UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01587048 8

Toronto University Library

Presented by

Messrs Joseph Baer & Co

through the Committee formed in
The Old Country
to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 1890

LGr
A786R

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ

ΟΝΕΙΡΟΚΡΙΤΙΚΑ.

ARTEMIDORI Daldian

ONEIROCRITICA

EX DVOBVS CODICIBVS MSS. VENETIS
RECENSVIT, EMENDAVIT, POLIVIT,

NOTIS INTEGRIS

NIC. RIGALTII ET IO. IAC. REISKII

SVISQVE ILLVSTRAVIT,

ITEM

INDICES COPIOSOS

ADIECIT

IOANNES GOTHOFREDVS REIFF

SAXO.

TOMVS II.

NOTAS CONTINENS.

LIPSIAE 1805.
SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

14388
31/7/91
1

VIRIS

EXCELLENTISSIMIS, IVRIVM CONSVLTISSIMIS,

AMPLISSIMIS,

CONSVLIBVS, PRAETORIBVS,

CETERISQVE SENATORIBVS GRAVISSIMIS

INCLVTAE CIVITATIS DRESDENSIS,

PATRONIS PIE COLENDIS.

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/oneirocritica02arte

VIRI EXCELLENTISSIMI,

IVRIVM CONSVLTISSIMI, AMPLISSIMI,

TVTORES SCHOLARVM DRESDENSIVM GRAVISSIMI,

Quum me measque qualescunque vires iuventuti scholasticae erudiendae in hac urbe incluta consecrare decreverim: quibus potius hunc libellum offerre possem, quam Vobis, de quorum benignissimo patrocinio et liberalissima tutela laetantur scholae Dresdenses omnes? Sit igitur Vobis, Viri Ornatissimi, hic auctor Graecus, quem meis curis illustratum decentissime Vobis trado, et meae qualiscunque doctrinae et summae meae erga Vos pietatis testis, simulque voti mei ingenui interpres, ut mihi suffragiis Vestris honorificis ornato munus scholasticum aliquando

in hac urbe contingat. Omni enim, et, ut spero, non infelici opera in eo elaborabo, ut, si Vestro me praesidio adiuveritis, hoc me non plane indignum esse censeatis. Ceterum Deum Optimum Maximum precibus ardentissimis oro rogoque, ut Vos Scholarum Dresdensium Tutores et Praesides longe meritissimos una cum gentibus Vestris spectatissimis omni felicitatis humanae genere ornare pergat,

Nominibus Vestris Splendidissimis

Dresdae,
mense Augusto,
MDCCCV.

addictissimus

JOANNES GOTHOFREDVS REIFF.

I.

NICOLAI RIGALTII

AD

ARTEMIDORI ONEIROCRITICA

NOTAE.

Ad lib. I. pag. I.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΔΑΛΔΙΑΝΟΥ.] Artemidori mixtum genus et patria duplex, Ephesus et Daldia. Illa paterna, haec vero materna. Fuit itaque semi-Ephesius et semi-Daldianus: quo modo Cyrum semi-Medum et semi-Persam, Pallanta semi-Arcadem et semi-Sabellum fuisse legimus. Nimirum, quamvis in genere monstrando princeps sit partis paternae praerogativa, tamen et a materna quoque origine patriae partem trahimus. Ideoque pia cogitatione Antiocheni privilegium illud ab Impp. indulgeri sibi flagitaverunt, ut quos patris conditio nullius vindicaret iuri civitatis, ii ex materno genere curialibus adscriberentur. Quod et lege sancitum XXII. Codicis lib. X. de Decurionibus. Grato igitur in matrem animo Artemidorus Δαλδίαν, πόλισμα Λυδίας, καὶ οὐ σφόδρα ἐλλόγιμον, maternam originem, nominis sui fama inclarescere optavit; et qui multis antea

libris editis Ephesium se inscripserat, hic Daldianus dici voluit. *Θρεπτήρια*, inquit, *σὺ μοι πατρίδι πρὸς μητρὸς ταῦτα ἀποδίδωμι αὐτῇ.* Sed aliam quoque adsciti huiusce cognominis rationem innuere ipse videtur sub finem lib. II. nempe quod ab Apolline Mysta, qui Daldiae in Lydia praecipue colitur, monitus animum ad haec oneirocritica conscribenda appulit. *οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα, ὃν Μύστην καλοῦμεν ἡμεῖς πατρῴῳ ὀνόματι, ταῦτά με προτρέψασθαι τῆς σῆς ἀρετῆς καὶ σοφίας προνοούμενον.* Tertia fortean ratione probari possit Artemidorum Daldianum indigetari voluisse, differentiae caussa. nam Artemidorum quendam Ephesium Geographum fuisse invenio apud Strabonem, Athenaeum et alios, sed praecipue apud Marcianum Heracleotam, qui ab eo multa passim excerpsit, ut initio libri sui palam et ingenue fatetur. *Τὴν εἰρσὴν ποιούμενος Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γαιωγράφος ἐν ἑνδεκάτοις τῆς γεωγραφίας βιβλίοις τὸν περίπλουν ὡς ἐνῆν μάλιστα δυνατὸν συνέγραψεν.* Sed alius iste et Daldiano antiquior. vixit enim Cleopatrae temporibus circa annum ab u. c. DCXLIX. C. Mario II. et C. Flavio Fimbria Coss. Olympiade CLXIX. si numeri apud Marcianum integri, sic enim ille: *Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος κατὰ μὲν τὴν ρξθ' ὀλυμπιάδα γεγονώς*, etc. At Daldianum nostrum Hadriani et Antonini Pii temporibus vixisse ab ipso discere est, c. XXIIX. et c. LXVI. lib. I. quum ait se nosse agonistas, qui ad certamen quinquennale in Hadriani honorem ab Antonino Pio institutum Puteolos et Smyrnam se contulerant. *οἶδα δέ τινα σταδιέα, ὃς μέλλων ἀγωνίζεσθαι Εὐσέβεια τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἀχθέντα ὑπὸ βασιλέως Ἀντωνίνου ἐπὶ τῷ πατρὶ Ἀδριανῷ, ἔδεξε τυφλὸς γεγονέναι, καὶ ἐνίκησεν.* Item: *οἶδα δέ τινα κιθαρῳδὸν ἐν Σμύρνῃ μέλλοντα ἀγῶνα τὸν Ἀδριανοῦ ἀγωνίζεσθαι, ὃς ἔδεξε λευόμενος ὕδωρ μὴ εὑρίσκειν ἐν τῷ βαλανείῳ.* Lucianus, qui Marci Antonini Philosophi principatu scribebat, nebulonis cuiusdam imperiti somnium ridens libro, qui inscribitur Philopatris, mentionem facit Aristandri et Artemidori: *ἣν δ' ἐγὼ κατὰ*

μὲν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ Ἀρτεμιδώρου, οὐ καλῶς ἀτερπήσονται. ταῦτά γε τὰ ἐνύτνια ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ σοὶ μὲν τὰ χρέα πληθυνθήσεται ἀ κλόγως τῆς ἀποδόσεως, οὗτος δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ὄβολοῦ γε στερηθήσεται ὡς πολλοῦ χρυσίου εὐπορηκώς etc. paullo post: ἦν δ' ἐγὼ πρὸς Κ[illegible]πωνα, μῶν κακῶς πάντα ἐξεργάσωμαι ἵν' εἴτω τὶ κωμικευσάμενος, καὶ οὐ κατὰ Ἀρίσταν[illegible]ρον τὸν Τελμισσέα καὶ Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον ἐξίχνευσα τοῖς ὀνείρασιν; Tertullianus vero, qui paullo post sub severo vixit, libro de Anima c. XLVI. inter multos ques ille enumerat somniorum interpretes, hunc nostrum non citat: forte quia antiquissimos tantum recensere voluit. Hoc amplius de Artemidoro apud Suidam: Ἀρτεμίδωρος Δαλδιανός, πόλις δέ ἐστι Λυδίας ἡ Δάλδις, φιλόσοφος ἔγραψε ὀνειροκριτικὰ ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν, οἰωνοσκοπικὰ καὶ χειροσκοπικά. Medicinae quoque cum operam dedisse ex his V. libris perspicuum fit. Quod autem IV. tantum Artemidori Oneirocriticorum libros agnoscat Suidas, mirum nemini videri debet; neque hodie plures exstant, si bene putemus. Quatuor enim libris ὀνειροκριτικὰ καὶ ὀνείρων κρίσεις comprehenduntur: sed iis subiunctae sunt ὀνείρων ἀποβάσεις, qui liber hodie quintus oneirocriticorum perperam inscribitur. nec editus quidem fuit ab Artemidoro cum quatuor oneirocriticis, sed aliquanto post, ut ipse testatur in praefatione ad filium, quum ait: ἄξιον μέν ἴσως, ὦ τέκνον, ἐγκαλεῖν τῆς βραδυτῆτος ἡμῖν, εἰ διὰ ῥᾳθυμίαν ἐγένετο. etc.

ΚΑΣΙΩ ΜΑΞΙΜΩ.] Quis fuerit hic Cassius Maximus, an praeses, an legatus, an vero consul, expedire haud facile est. nam in historiis quae nobis Artemidori tempora repraesentant Cassii quidem multi, multi item Maximi occurrunt, sed Cassii Maximi nulli. nisi forte dicamus mendum hic subesse, legendumque: ΓΑΒΙΩ, vel ΤΑΤΙΩ ΜΑΞΙΜΩ. lubricus certe error pro TATIO vel GAVIO scripsisse vel excepisse quasi dictantem CASIO. Iulius Capitolinus Gavium Maximum praefectum praetorii usque ad XX. annum sub Antonino Pio pervenisse, virum seve-

rissimum, eique Talium Maximum successisse refert. Sed abstineo. Quisquis tandem ille sit, virum illustrem et eloquentem fuisse plerisque in locis praedicat Artemidorus, ut in praefatione lib. I. τί γὰρ καὶ δεῖ λόγων ἄνευ τῶν πραγμάτων αὐτῶν πρὸς σὲ τὸν οὕτω μὲν δεινὸν εἰπεῖν, ὡς οὔπω τις εἰς ἀνθρώπους τῶν Ἑλλήνων παρῆλθεν. et lib. II. αἰτοῦμαι δὲ παρὰ σοῦ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν, καὶ τῇ ἀκριβεῖ τῶν κρίσεων, ἐφ' ᾧ καὶ μέγα φρονῶ, παρακολουθεῖν· κατὰ τὴν φράσιν δὲ μὴ παραβάλλειν τοῖς σοῖς λόγοις. Sub finem eiusdem lib. eum vocat ἀνδρῶν σοφώτατον, eiusque ἀρετὴν καὶ σοφίαν laudat. et initio lib. IV. ἐπειδὴ κατὰ δαίμονα καὶ τὴν τοῦ κρατίστου Κασίου Μαξίμου σπουδὴν προετράπην ὀνειροκριτικὰ βιβλία ποιήσασθαι, etc.

Pag. II.

Ἀνεπιφθόνως τε ἀλλὰ καὶ μετὰ κατασκευῆς.] commodior sensus videtur si legas: ἀν. τε ἅμα καὶ.

Καὶ τὴν τῶν ἐπιτελεσμάτων.] ἀποτελεσμάτων.

Ὀνειροκριτικά.] Somniorum interpretamenta. Vetus Glossarium: ὀνειροκρίτης, *coniector, somnisolutor, somniorum interpres.* ὀνειροπόλος, *somniortator. ms. somniportator.* Didymus ad I. Iliad. ὀνειροπόλον, τὸν δι' ὀνείρων μαντευόμενον. Oneirocritica scripsere ante Artemidorum plerique [melius: plurimi]: Artemon Milesius, Antiphon, Apoliodorus Telmissensis, Apollonius Attalensis, Aristander Telmissensis, Aristarchus, Alexander Myndius, Cratippus, Demetrius Phalereus, Dionysius Rhodius, Epicharmus, Geminus Tyrius, Hermippus, Nicostratus Ephesius, Phoebus Antiochenus, Philochorus, Panyasis Halicarnasseus, Serapion, Strato.

Pag. III.

Ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ὅτε βιβλίον.] L. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ὅ, τι βιβ.

Pag. V.

Καὶ ἐν ἄλλοις γέγραπταί μοι.] Nempe in praefatione libri IV.

Ὄνειρος ἐνυπνίου διαφέρει.] Suidas: Ἐνύπνιον, ἐφ' ὅσον τις ὑπνοῖ, ὄνειρος δὲ παυσμένων τῶν ὕπνων. quod ex hoc Artemidori loco desumtum, et pleraque alia, ut deinceps notabimus.

Ὁ δὲ ὄνειρος ἐνύπνιόν τε ὤν, ἐνεργεῖ ἀεὶ, ὧν εἰς ἐπίστασιν.] Legendum videtur ut emendavit in codice suo Isaac. Casaubonus: ὁ δὲ ὄνειρος ἐνύπνιόν τε ὢν ἐνεργεῖ ἄγων εἰς ἐπίστασιν, etc.

Pag. VI.

Ὀνόματος αὐτῷ τεθέντος ἀπ' ἀρχῆς παρὰ τὸ εἴρειν.] Suidas: ὄνειρον ἐγεῖρον καὶ ὀρίνον τὴν ψυχήν, ἢ παρὰ τὸ εἴρειν ὅ ἐστι λέγειν. nonnulli tamen legendum putant, παρὰ τὸ ὂν εἴρειν. Cum hoc vero Artemidori capite operae pretium erit conferre et componere Macrob. c. III. lib. I. in Somnium Scip.

Pag. VII.

Ἅμα νοηματικῶς εἰπεῖν.] Liber Is. Cas. ἅμα νοήματι ὡς εἰπεῖν.

Pag. VIII.

Καθίζειν εἰς χρείας.] Glossae veteres: χρείᾳ ἐν αἷς ἀποπατοῦμεν, Latrinae.

Pag. IX.

Ἀτὰρ δὴ καὶ δημοσίων ἀνδρῶν τε.] Liber Is. Cas. ἀτὰρ δὴ καὶ δημοσίων ὀνείρων τε καὶ κοσμικῶν.

Pag. X.

Καὶ γίνεται οὐ καὶ διώτης ὁ ἰδών.] Sic habebat editio Aldina. at in libro Is. Cas. καὶ γίνεται εἰ καὶ ἰδιώτης ὁ ἰδών.

Πανυάσιδι τῷ Ἁλικαρνασεῖ.] Huius somniorum Interpretis plerique e veteribus meminere. Clemens Alexandrinus, Arnobius, Athenaeus, Macrobius, Suidas et alii.

Γίνεται γὰρ ὡς τοῖς εὐπόροις τὸ ἄκουσιν.] Longe aberrat interpres. Legendum videtur, τὸ ἀκούσιον. Loquitur Arte-

midorus de insomniis quae contraria qualitati aut conditioni somniantium accidunt, puta si dives aliquid sibi videre videatur quod suae voluntati obstet; divites enim posse dicimus quidquid volunt. et ipse Artemid. cap. V. τοὺς εὐπόρους, inquit, πτερὰ φαμὲν ἔχειν. at nihil magis contrarium τῷ εὐπόρῳ quam τὸ ἀκούσιον.

Pag. XI.

Ἐπειδὴ ὅταν λέγωσιν.] Legendum: ἐπειδὴ ὅ, τι ἂν λέγωσιν.

Ἐκ τῆς οἰκείας διανοίας προτεθειμένον σκοπόν.] Feliciter hunc locum restituit vir divini ingenii Is. Casaubonus: ἐκ τῆς οἰκίας δι' ἀέρος πρὸς τεθειμένον σκοπόν.

Pag. XII.

Τούτους γὰρ μόνους ἐν νεκρῶν δείπνοις οὐ καλοῦσιν οἱ προσήκοντες.] Suspendio vitam finire turpissimum genus mortis. Plinius lib. II. c. LXIV. poenam praeposteram vocat. *Homines*, inquit, *torquet laquei poena praeposterа, incluso spiritu cui quaereretur exitus.* Virgilius *informe letum*, lib. XII. Aeneid.

Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Quod autem in feralibus epulis suspendiosos non nominari ait Artemidorus, id ex libris pontificalibus fluxisse videtur, quibus cautum fuisse notat Servius, ut qui laqueo vitam finisset insepultus abiiceretur. et Varro ait: *Suspendiosis quibus iusta fieri ius non sit, suspensis oscillis veluti per imitationem mortis parentari.* quod fortasse ad ludibrium et deridiculi gratia fiebat.

Κάμηλος οἱονεὶ κάμμηρος.] Quin potius doctissimo Varroni credimus, qui Camelum suo nomine Syriaco in Latium venisse ait lib. IV. de lingua Lat.

Ὡς φησιν Εὔηνος.] Evenus Parius poëta antiquissimus, Elegias scripsit. cognomines autem fuere duo; sed iunior maiorem indeptus est gloriam. unde suspicari licet huius

esse plerosque versus qui passim laudantur a Platone, Aristotele et aliis. Suidas: δύο ἀναγράφουσι * γεγράφθαι Εὐήνους ἐλεγείων ποιητάς, καὶ ἀμφοτέρους Παρίους. Harpocratio: δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι. γνωρίζεσθαι δὲ φησι τὸν νεώτερον μόνον. μέμνηται δὲ θατέρου αὐτῶν καὶ Πλάτων. Parium Evenum in poemate ὑποθήκωσιν καὶ παρεπαίνους invenisse asserit in Phaedro Socrates: τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον Εὔηνον εἰς μέσον οὐκ ἄγομεν; ὃς ὑποθήκωσίν τε πρῶτος εὗρε καὶ παρεπαίνους; οἱ δὲ αὐτὸν καὶ παραψόγους φασὶν ἐν μέτρῳ λέγειν, μνήμης χάριν, σοφὸς γὰρ ἀνήρ.

Pag. XIV.

Ὡς Ἀριστοτέλης διαπορῶν.] Lib. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντ. insomnia dici non debere θεόπεμπτα sed tantum δαιμόνια contendit ex eo, quod non solum homini sed et aliis quoque animalibus accidant. Ὅλως δ' ἐπεί, inquit, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὀνειρώττει τινά, θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια, οὐδὲ γέγονε τούτου χάριν· δαιμόνια μέν τοι· ἡ γὰρ φύσις δαιμονία, ἀλλ' οὐ θεία.

Μὴ δεῖν διαφέρειν.] Scribe: μηδὲν διαφέρειν.

Ἔτει αἵ γε ἄμετροι τροφαί.] Elegantissime hoc explicat Clemens Alexandrinus lib. II. Paedag. c. IX.: ἐρυγαὶ δὲ οἰνοβαρούντων, καὶ τῶν ἀποσεσαγμένων ταῖς τροφαῖς οἱ βῶκμοί, καὶ τὸ βέγκειν τοῖς στρώμασιν ἐνειλημμένον, γαστέρων τε στενοχωρουμένων βορβορυγμοὶ τὸ διορατικὸν τῆς ψυχῆς κατέχωσαν ὄμμα, φαντασιῶν μυρίων τὴν διανοίαν ἐμπιμπλαμένης· αἰτία δὲ ἡ περιττὴ τροφή, τὸ λογιστικὸν εἰς ἀναισθησίαν καθέλκουσα. Tertullianus lib. de anima c. XLVIII.: *Certiora et colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore prodacto sopore.*

Σύρων τινῶν τῶν τὴν Ἀστάρτην σεβομένων.] Astarte vetustissimum nomen Syriae numen fuisse notat Tertullianus Apol. c. XXIV.: *Unicuique etiam provinciae et civitati suus*

Deus est, ut Syriae Astartes. Phoenicib. et Sidoniis alii tribuunt: Achilles Tatius initio Leucipp.: ἐνταῦθα ἥκων ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, Σώστρατε, ἔδυον ἐμαυτῷ τῇ τῶν Φοινίκων, καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην οἱ Σιδώνιοι. Suidas: Ἀστάρτη ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, θεὸς Σιδωνίων. Ioannes Xiphilinus Sermone εἰς τὴν τοῦ σταυροῦ προσκύνησιν· Καὶ προσκυνήσασαν τῇ Ἀστάρτῃ καὶ τῷ Χαμὼς ὅ ἐστι Σιδωνίων βδέλυγμα.

Ἐν οἷς ὁ γράμματά τινα.] Scribe ut in lib. Is. Cas. ἐν οἷς οἷον γρ. 7.

Pag. XVII.

Χεῖρες δὲ αἱ πράξεις εἴρηνται.] Manus opificis pro opere ipso. ut apud Propert. lib. III. Eleg. XX.:

> Aut certe tabulae capient mea lumina pictae,
> Sive ebore exactae seu magis aere manus.

Himerius in excerptis per Photium: Χρυσῷ μὲν ἀσπὶς ἀστράπτουσα, καὶ τὴν Ἡφαίστου μηνύουσα χεῖρα τοῖς θαύμασιν. Inde opifices ἀποχειροβίωτοι Luciano.

Pag. XIX.

Ὡς υἱοὺς ἡ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.] Huius versus autorem Plutarchus, Evenum poetam, de quo nonnulla supra diximus, laudat lib. περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστορ. ψελλιζόντων ἠδὴ συλλαβιζόντων ἠκροῶντο, ἠδὴ κώμους ἠδὴ πότους καὶ ἔρωτας αὐτῶν οἱ ἄνδρωποι πλημμελούντων ἐπεῖδον, ὥστε ἐπαινεῖσθαι ἠδὴ μνημονεύεσθαι τοῦ Εὐήνου τοῦτο μόνον, ὡς ἐπέγραψεν:

> Ἶδε ὅση λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

atque hinc emendandum Artemidorum censet Is. Casaubonus legendumque: Εἶδεν ὅση λύπη etc.

Τὰ δὲ θηλυκὰ προικὸς ἐπιδεῖται.] Pomponius l. I. D. soluto matrim. Reipublicae interesse ait dotes mulieribus conservari, *quum dotatas esse feminas ad subolem procreandam, replendamque liberis civitatem, maxime sit necessarium.* ideoque tenentur patres filias dotare. et ipsae iure

quodam suo dictae promissaeve dotis persecutionem habent. Sic Martialis disertissimo epigrammate IX. lib. VII. postquam multa ad Aulum pertinere dixit, addidit

Dotem iam grandis filia poscit, et hoc.

ipse Artemidorus lib. IV. c. XLI. filiam cum creditore comparat: δανειστὴς καὶ θυγάτηρ τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον· ἐπειδήπερ καὶ ἡ θυγάτηρ μετὰ ἀνάγκης ἀπαιτεῖ, καὶ ὅταν μετὰ πολλῶν ἀνατραφῇ φροντίδων, ἀπαλλάσσεται λαβοῦσα προῖκα ὡς δανειστής.

Pag. XX.

Παντὶ σώματι ἀσκοῦντι.] Scribe: παντὶ σώματα ἀσκοῦντι.

Μικρὰ δὲ παραστήσομαι.] Scribe: παραιτήσομαι.

Pag. XXI.

Ἐρανάρχῃ.] Eranarcham vocat praefectum eranо colligendo. Ἔρανος in vetere Glossario, *stipes sodalium*. Suidas: Ἔρανα, δῶρα τὰ ἐκ συλλογῆς. Item: ἔρανος, ἡ ἐκ κοινοῦ ἑστίασις, ἢ ἐμπολή, εἰσφορὰ, συλλογή. Scholiast. Homeri ad illa verba Odyss. A.:

— — — — τίπτε δέ σε χρεώ;

Εἰλαπίν', ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν.

ὁ ἔρανος, inquit, ὡς ἕκαστος τὶ κομίσειεν, τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον.

Χρήματα κεφάλαια καλεῖται.] Glossae veteres: κεφάλαιον ἐπὶ δανείου, *Sors, summa*. Iulius Pollux l. III. c. IX.: καλεῖται δὲ τὸ μὲν κεφάλαιον, ἀρχαῖον· τὸ δὲ ἔργον, τόκος. Suidas: κεφάλαια, τὰ χρήματα. Idem: καὶ τὸ κεφάλαιον τὸ μὲν βασιλικὸν χρυσίον παρὰ Αἰσχίνῃ· παρείληπται δὲ καὶ ἐπ' ἀργυρίου. Idem: κεφάλαια παραλαμβάνεται ἐπὶ γράμματος, καὶ λόγου, καὶ ἀργυρίου. Idem: ἀρχαῖα, τὰ κεφάλαια τῶν χρεῶν. Idem: ἐχρήσαντο οἱ ῥήτορες τῷ ἀρχαίῳ ἐπὶ τοῦ δανειζομένου τὸ ἀργύριον, ὅπερ ἔλεγε κατά τινα συνήθειαν κεφάλαιον ὀνομάζουσι. Ipse Artemidorus hoc lib. c. XXXVI. πολλὰς κεφαλὰς κτήσασθαι, καὶ οὐσίαν πολλήν. et c. XXXVII. ἀπώλεια τῶν κεφαλαίων. et alibi. Sic Latinis *ca-*

put pro vectigali, ut apud Iuvenalem: *Binas qui capiti summas exegit.* Sic et *capita.* quod alii notavere.

Ἀλλοτρίαις θριξὶν αἱ γυναῖκες χρῶνται.] Alienis capillis turritum verticem aedificant, νεκρεῖς ἐνδιδύσκουσιν πλοκάμοις τὸ κράνιον, ut loquitur Clemens Alex. l. III. Paed. c. XII. Ovid. Amor. l. I. Eleg. XIV.:

Nunc tibi captivos mittet Germania crines,
Culta triumphatae munere gentis eris.
O quam saepe comas aliquo mirante rubebis,
Et dices, emta nunc ego merce probor.
Nescio quam pro me laudat nunc iste Sicambram, etc.

Τοῖς περὶ Διόνυσον τεχνίταις.] Aristoteles lib. III. Rhetor. c. II.: οὐ γὰρ ἂν μητραγύρτην αὐτὸν καλεῖν, ἀλλὰ δαδοῦχον· ἄμφω γὰρ περὶ θεόν· ἀλλὰ τὸ μὲν τίμιον, τὸ δὲ ἄτιμον, καὶ οἱ μὲν διονυσοκόλακας, αὐτοὶ δὲ αὐτοὺς τεχνίτας καλοῦσι. Idem Probl. sect. XXX. 9.: οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροὶ εἰσίν, ὅτι ἥκιστα λόγου σοφίας κοινωνοῦσι. Aelian. l. XI. Hist. anim. c. XIX.: Παντεδίους ὁ Λακεδαιμόνιος ἀναστείλας διὰ τῆς Σπάρτης ἐλθεῖν τοὺς ἐς Κύθηρα ἀπιόντας τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν, εἶτα καθήμενος ἐν τῷ ἐφορείῳ ὑπὸ κυνῶν διεσπάσθη. Vid. Pollux l. III. c. XXX.

Pag. XXII.

Κομεῖν μὲν γὰρ τὸ ἐπιμελεῖσθαι ἐστίν.] Suidas: κομμωτίζω, τὸ ἐπιμελοῦμαι. Κομμὸς, περίεργος κόσμησις. Vetus Glossarium ms.: Κομμὸς ἡ μεγαλοφροσύνη, καὶ ἡ περιφάνεια. Κομμεῖν, τὸ σῶμα ὡραΐζειν, ἐπεὶ καὶ κομμωτικὴν λέγουσι τὴν κοσμοῦσαν καὶ ἐμπλέκουσαν. καὶ τὸ κομμῆσαι, τὸ ἐπιμέλειαν ἀξιῶσαι.

Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ καίτοι ἱππείᾳ δεσμεύεται.] M. Cicero Tuscul. V. ubi de Damocle: *In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus.* Nec solum ex pilis de cauda equina vulsis funes fiebant, sed etiam e ca-

pillo muliebri. Vitruvius l. X. c. XVI.: *Namque fiunt in capitibus foramina, per quorum spatia contenduntur capillo, maxime muliebri, vel nervo, funes qui magnitudine ponderis lapidis quem debet ea ballista mittere ex ratione gravitatis proportione sumantur.* Iulius Capitol. in Maximino iuniore, tanta fide Aquileienses contra Maximinum pro Senatu fuisse refert, ut funes de capillis mulierum facerent, quum deessent nervi ad sagittas emittendas: quod aliquando Romae dicitur factum.

Ἕρια δὲ ἀντὶ τριχῶν ἔχειν νόσους μακρὰς νεμ φθίσιν προαγορεύει.] Ex tabe scilicet plerunque diffluunt capilli. Hippocrates in Coacis: ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι ἀπὸ διαῤῥοίης ἀπόλλυνται. Idem l. II. de Morbis: τούτοις ἢν μὲν αἱ τρίχες ἤδη ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, νεμ ψιλῶται ἤδη ἡ κεφαλὴ ὡς ἐκ νόσου, etc. Celsus l. III. c. XXII.: *Tertia tabis species longeque periculosissima, quam Graeci φθίσιν nominaverunt, oritur fere a capite, inde in pulmones destillat,* etc.

Pag. XXIII.

Ὅτι μηδενὸς ἐπιλαβέσθαι παρέχωσιν.] Posidippus Epigram. εἰς ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ l. IV. Antholog.:

Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι;
Νὴ Δία τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν,
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.

Ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν — ἀγαθόν.] Isiaci sacerdotes caput funditus deradere solebant, quod Graeci dicunt ξυρεῖν ἐν χρῷ. Apulei. Miles. X.: *Tunc influunt turbae sacris divinis initiatae, viri feminaeque omnis dignitatis et omnis aetatis, linteae vestis candore puro luminosi: illae limpido tegmine crines madidos obvolutae, hi capillum derasi funditus vertice praenitentes.* hos Martialis calvos linigeros nuncupavit l. XII. epigr. XXIX.:

Linigeri fugiunt calvi sistrataque turba.

iisdem λινοστολίαν καὶ ξύρησιν tribuit Plutarch. l. de Is. et Osir.: οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, ὦ Κλέα, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξύρησις.

Ξυρᾶσθαι.] Glossae veteres: ξυρὸν κουρέως, *Trauer.* ms. *Craber.* legendum: *Glaber.*

Ναυαγήσαντες μὲν γὰρ ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι.] Τὸ ξυρᾶσθαι naufragorum ultimum votum. Petron. Arbit. *Audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.* Quem morem iam pridem observaverat eruditissimus Brodaeus ad illud Lucillianum lib. VI. Anthol.

Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Pag. XXIV.

Καὶ γὰρ ὀνυχίζεσθαι φαμὲν τὸν ἐπὶ βλάβῃ ὑπό τινος ἐξαπατηθέντα.] Suidas: ὀνυχίζεται, ἀκριβολογεῖται· οὕτως Ἀριστοφ. ἐν δὲ τῇ συνηθείᾳ τὸ ἐπὶ βλάβῃ τινὶ ἐξαπατηθῆναι. καὶ ἀπονυχιῶ σοῦ τὰν πρυτανείω σιτία, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀνυχιζομένων. Idem in Ἀπονυχιῶ. Atque hunc loquendi modum Gallico nostro idiomate usurpamus. ad verbum autem ὀνυχίζεσθαι est, ungues demere, ungues facere; sic enim exponunt veteres Glossographi, inepte igitur verterat Cornarius: *unguibus conscalpi.*

Μέτωπον ἠλκωμένον αἰσχύνην ὀκνεῖ.] Eoque sensu accipi debet apud Martialem attrita frons l. VIII. Ep. LIX.:

Lippa sub attrita fronte lacuna patet.

et apud Iuvenal. Sat. XIII.:

— quando recepit
Iectum semel attrita de fronte ruborem?

Frontem pudoris templum esse ait auctor Glossarum ad illud Persii Sat. V.:

— exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus.

Χάλκεον δὲ ἢ σιδήρεον ἢ λίθινον μέτωπον, etc.] Ore ferreo esse dicuntur impudentes. Sic Catullus de moecha putida:

Quod si non aliud potest, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore.

Ὦτα ἔχειν πλείονα ἀγαθὸν τῷ βουλομένῳ κτήσασθαί τινα ὑπακουσόμενον.] Eorum aures in nostra potestate nos habere dicimus, qui nobis loquentibus attenti et obedientes esse solent. Sic in Milite glorioso Sc. *Voluptas*, Pyrgopolinices ait:

— operam do tibi,
Loquere, aures meas profecto dedo in ditionem tuam.

et in Pseudolo Sc. *Si de damnosis:*

Fac sis vacivas Pseudole aedis aurium,
Mea ut migrare dicta possint quo volo.

et Trinumi Prologo:

— date vacivas aures, dum eloquar.

Lucianus eloquentiae vires sub Herculis Ogmii persona figurate notavit: eumque lingua subtilibus traiecta catenulis innumerae multitudinis aures revinctas trahere ad se finxit: ὁ γὰρ ἐκ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. δεσμὰ δὲ εἰσὶν σειραὶ λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις. et ibidem aliquanto post: μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς εἰδὼς τὴν τῶν ὤτων ἐκ γλώσσης συγγένειαν.

Pag. XXV.

Μαστιγοῦσθαι δὲ τὰ ὦτα κακὰς ἀγγελίας ἀκούσεσθαι ποθὲν σημαίνει.] Mercurius in Amphitruone Sc. I.:

Hinc enim mihi dextera vox auris ut videtur verberat.
So. Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem quae hunc verberat.

Περὶ μυρμήκων.] Hic semel notandum quod saepiculo in his libris observari possit, imperitos librarios ineptis titulis cohaerentia capita disiunxisse. delendum igitur hoc lemma, et quae sequuntur titulo περὶ ὥτων continua serie adscribenda.

Μύρμηκας εἰς τὰ ὦτα δοκεῖν εἰσπορεύεσθαι.] Plin. l. XXVIII. c. IV. Si quod animal aurem intraverit, et exspuatur, exire ait. et l. XXIX. c. ult. Si quod animal aurem intraverit, praecipuum remedium esse murium fel aceto dilutum. Q. Seren. Sammonicus lib. de pris. med.:

> Si vero incautas animal penetraverit aures,
> Proderit admisto pavidi fel muris aceto.

Σοφισταῖς ἀγαθόν.] Bonum esse ait Artemidorus et prosperum Sophistis insomnium, si aures suas formicas intrasse somniaverint. forte quod huiusmodi somnium pueros qui ad ipsos discendi gratia commeabunt ἀνηρίθμους καὶ ἀμέτρους fore portendat. quales formicas describit Theocrit. Idyll. XV. indeque magnos illos sophistas futuros, scilicet μεγαλομίσθους, ὀημοτελεῖς, πανδήμους, παγκοίνους. Sic enim illustriores sophistae a Iul. Pollue. nuncupantur l. IV. c. VI. ceterum Sophistae appellatio anceps et ambigua est. Suid.: Σοφιστής, ἀπατεών· παρὰ τὸ σοφίζεσθαι, ὅ ἐστι λόγοις ἀπατᾶν· λέγεται δὲ σοφιστὴς καὶ ὁ διδάσκαλος, ὡς σοφίζων. Vetus Glossarium: Σοφιστής, *disertor, sophista.* ms. *deceptor, sophista, praeceptor, orator.*

Ὅμοιοι γάρ εἰσι μύρμηκες τοῖς φοιτῶσιν ἀκουσομένοις μειρακίοις.] Quidquid enim in pueris discentibus desiderari potest, id in formicarum natura reperire est. quippe haec animalcula τῶν ἐντόμων ζώων ἐργατικώτατα operantur et noctu plena luna: in opere labor, sedulitas, concursatio; diligens cum obviis quaedam collocutio, atque percontatio. condunt frumenta formicae hiemis memores: in iisque notat Aristoteles ἀπόθεσιν τῆς τροφῆς καὶ ταμιείαν. ideoque dictae

frugilegae, γυναῖοι οἰκονόμοι καὶ φρουροί. quibus scilicet τὸ ἐθελουργὸν καὶ τὸ ἐθελόπονον πάρεστι ἀπροφασίστως καὶ ἄνευ τινὸς ὑποτιμήσεως ἐθελοκακούσης καὶ σκήψεως εἰς ἣν ὑποχωρεῖ τὸ ῥᾴθυμον. unde et pigros ad formicam mittit Sapiens, *Parvula nam exemplo est magni formica laboris,* et *Formica tandem quidam expavere magistra.* οὐδὲν γὰρ οὕτω μικρὸν ἡ φύσις ἔχει μειζόνων καὶ καλλιόνων κάτοπτρον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν σταγόνι καθαρᾷ πάσης ἔνεστιν ἀρετῆς ἔμφασις· ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, τὸ κοινωνικόν· ἔνι δὲ ἀνδρείας εἰκὼν τὸ φιλόπονον. ἔνεστι πολλὰ μὲν ἐγκρατείας σπέρματα, πολλὰ δὲ φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης. Aristoteles l. IX. H. anim. c. XXXVIII. Plin. l. XI. c. XXX. Ovid. VI. Metam. Virgil. Horat. Iuvenal. Aelian. l. II. hist. an. c. XXV. et l. IV. c. XLIII. Plutarch. πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. Horapollo in Hieroglyph.

Γῆς τε γάρ εἰσι παῖδες.] Inde est quod Apulei. formiculam illam parvulam *ruricolam* vocat l. VI. Metam. et Phaedrus l. IV. *rusticam.*

Καὶ εἰς τὴν γῆν καταδύονται.] Earum solertiam in subeundis cavis belle expressit Aelian. H. A. l. VI. c. XLIII. σοφία δὲ ἄρα τὴν ὑπόγειον οἰκοδομίαν τήνδε ὑπεργάζονται σκολιωτάτην τοῖς ἐπιβουλεύουσι σφισὶ τῶν θηρίων πάροδον, καὶ δύσπορον, ἢ καὶ παντελῶς ἄπορον ἀποφαίνοντες. etc.

Ὦτα ὄνου ἔχειν δοκεῖν φιλοσόφοις μόνον ἀγαθόν· ὅτι μὴ ταχέως κινεῖ τὰ ὦτα ὁ ὄνος.] Inepta haec sunt, nisi legas: ὅτι δὴ ταχέως κινεῖ τὰ ὦτα ὁ ὄνος.

Αὗται γὰρ ὑπὲρ εὐμορφίας καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὀφρύας.] Aristaenetus Epist. I. Laidis pulcritudinem curiose inspiciens, nigerrima eius supercilia fuisse ait: ὀφρὺς τὲ μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον. Plinius l. XXX. c. XV.: *Ovis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt.* Tertull. l. de habitu mul.: *Illum ipsum nigrum pulverem quo oculorum exordia producuntur.* nec solum supercilia sed et palpebras oculosque tingebant. Ovid. l. III. de Arte:

Nec pudor est oculos tenui signare favilla.

Plin. l. XI. c. XXXVII.: *palpebrae in genis hominī utrinque; mulieribus vero etiam infectae cotidiano. tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque.* Lucian. in Perictione Pythagor.: *οὐδὲ χρίεται πρόσωπον λευκαίνουσα ἢ ἐρυθραίνουσα τοῦτο, ἢ μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμούς.* eo pertinet etiam illud Tertull. l. de cultu fem. *oculos fuligine collinunt.* et Arnob. l. II. adv. gent. *fuligine oculos obumbrant.* et B. Chrysostom. Panegyr. in Ioseph.: *ψιμμυθίῳ δὲ τὸ μέτωπον λευκαίνουσα καὶ μέλανι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσα.* Pingebant autem supercilia, ut ea in arcum ducerent, et quasi lunarent. et Varro notat l. IV. de L. L. mulieres potissimum supercilia sua attribuisse Lunae.

Ἔθος γὰρ παλαιὸν ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλοῦσθαι.] Nimirum in luctu homines supercilia ponunt aut etiam radunt, ut abiectiores et humiliores videantur. etenim supercilia maxime indicant fastum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hinc pendet. nihil altius simul abruptiusque invenit in corpore ubi solitaria esset. Plin.

Pag. XXVI.

Ἐπειδὴ καὶ τὰ ὄμματα ψήφους ἔχει.] Pupilla enim in oculo est quasi *ψῆφος* sive gemma in anulo. alludit ad ambiguam significationem *τοῦ ψήφους.* ut c. V. l. II. *ψῆφον γὰρ καλοῦμεν ὥςπερ λίθον τὸν ἐν δακτυλίῳ, οὕτω δὴ καὶ τὸν τῶν χρημάτων ἀριθμόν.* Vetus Glossarium: *ψῆφος ὁ ἀριθμὸς, numerus. ψῆφος ὁ λίθος, gemma.*

Ἐοίκασι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παισίν.] Orbi et quasi caeci dicuntur parentes qui liberos amiserunt. Festus: *Orba est quae patrem aut matrem aut filios, quasi lumen, amisit.* Glossae: *Orbus, πηρὸς, ὀρφανὸς, τυφλός.*

Ὀφθαλμοὶ τοῦ σώματος ἡδηγοί.] Cic. l. II. de N. D.: Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere.

Ὀφθαλμοὶ

Ὀφθαλμοὶ ἀδελφοί εἰσιν ἀλλήλων.] Ipse Artemid. sup. c. XXV. τὰ ὦτα ἀδελφά ἐστιν ἀλλήλων. Suidas: ἀδελφά, οἰκεῖα, ἁρμόζοντα, πρέποντα.

Εὐσέβεια.] Pialia. certamen quinquennale quod in Hadriani honorem ab Antonino Pio institutum fuisse scribit Spartianus.

Ἐν Ἰταλίᾳ.] Scilicet apud Puteolos, ut tradit idem Spartianus in Hadriano sub finem.

Pag. XXVII.

Λόγος δέ τις ἔχει ὡς καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος τυφλὸς ἦν.] Caecum fuisse Homerum et a caecitate sic dictum vetus fabula est. Herodotus in Homeri vita: ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ ὄνομα Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγενεῖ ἀπὸ τῆς συμφορῆς. οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς ὁμήρους λέγουσιν. ὥστε πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγενέος, τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα Ὅμηρος. Plutarch. in eiusdem vita: μετωνομάσθη δὲ Ὅμηρος, ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη· οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵ τε Κυμαῖοι καὶ οἱ Ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους, παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. Christodorus Thebanus l. V. Antholog.:

— ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀφρῦς
Ἀμφοτέρας προβλῆτας εὐσκοπος ἔπλασε τέχνη·
Οὔτι μάτην· φαέων γὰρ ἐρημάδες ἦσαν ὀπωπαί.
Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀλαῷ ἐναλίγκιος ἀνδρὶ νοῆσαι·
Ἔζετο γὰρ κενεοῖς χάρις ὄμμασιν, etc.

Alii vero caecum Homerum ab antiquis habitum fuisse aiunt, ὅτι οὐχ ἡττήθη ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχεται. Videndus Suidas.

Διὰ τὸν Κύκλωπα μῦθον.] Scribe: διὰ τὸν περὶ Κύκλ. μ.

Pag. XXVIII.

Ἀλλοτρίους δὲ δοκεῖν ἔχειν ὀφθαλμούς, τυφλὸν γενέσθαι σημ.] Leonidas Epigrammatarius l. I. Antholog.:

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἡέρταζεν,
Ὄμμασιν ἀλλοτρίοις ἀντερανιζόμενος.

Τέκνον ἐκείνου παραλήψεται.] εἰς γάμον scilicet.

Προπέμπειν τὰς χεῖρας.] Praetentare iter. *aller à tatons.* Plinius de cochleis l. XI. c. XXXVIII.: *Cochleis oculorum vicem corniculа bina praetentatu implent.*

Πολλὴν γὰρ εὐαίσθησιν.] Scribe: εὐαισθησίαν, ut infra ἀναισθησίαν.

Διὰ γὰρ τῆς ῥινὸς ἀέρα ἐπισπῶντες οἱ ἄνθρωποι βελτίονα ὄντως ἀφελοῦνται.] Aristoteles l. I. H. A. c. XI: ἔτι προσώπου μέρος, τὸ μὲν ὂν τῷ πνεύματι πόρος, μίς· καὶ γὰρ ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ ταύτῃ, καὶ ὁ πταρμὸς διὰ ταύτης γίνεται, πνεύματος ἀθρόου ἔξοδος, σημεῖον οἰωνιστικὸν καὶ ἱερὸν μόνον τῶν πνευμάτων. Arnob. l. II. adv. Gent.: *Suspensum imbricem narium munctionibus mucculentis et spiritali commeabilem tractui.*

Δύο ἔχειν ῥῖνας, ἔτι στάσεις πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας οἰκείους σημ.] Delendum τὸ: ἔτι; obrepsit enim oscitanti librario per similem litterarum ductum sequentis vocabuli ἐπεί.

Pag. XXIX.

Καὶ γὰρ ἐν τοῖς πένθεσι, λωβῶνται τὰς παρειὰς οἱ ἄνθρωποι.] Morem hunc notavere viri docti ad illud caput legis XII.: MULIERES GENAS NE RADUNTO.

Τὰς δὲ σιαγόνας πρὸς ἀποθήκας λαμπτέον.] Etenim in maxillis ut in loculis et apothecis repositi sunt dentes.

Παιδὶ δὲ νέῳ κομιδῇ θάνατον σημαίνει, διὰ τὸ προσλαβεῖν τὴν ἡλικίαν.] Censorius Cato filium monebat senilem iuventam praematurae mortis esse signum.

Pag. XXX.

Ἀριστάνδρου τοῦ Τελμισέως.] Aristander Telmissensis peritissimus vates in magna apud Alexandrum existimatione fuit. Q. Curt. l. IV.: *Apud Macedonas quoque cum forte panem quidam militum frangeret, manantis sangui-*

nis guttas notaverunt: territoque rege, Aristander peritissimus vatum respondit, si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum: contra, cum ab interiore parte manaverit, urbi, quam obsidere destinassent, exitium portendere. Idem eodem lib.: *Forte praetervolans corvus glebam quam unguibus ferebat, subito omisit.* et paullo post: *Digna res visa de qua vates consuleretur, et erat Alexander non intactus ea superstitione mentis. ergo Aristander cui maxima fides habebatur, urbis quidem excidium augurio illo portendi, ceterum periculum esse inquit, ne rex vulnus acciperet.* Plutarch. in Alexandro: ὁ δὲ Φίλιππος ὑστέρῳ χρόνῳ μετὰ τὸν γάμον, εἶδεν ὄναρ αὐτὸν ἐπιβάλλοντα σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικός· ἡ δὲ γλυφὴ τῆς σφραγῖδος, ὡς ἔοικε, λέοντος εἶχεν εἰκόνα. τῶν δὲ ἄλλων μάντεων ὑφορωμένων τὴν ὄψιν, ὡς ἀκριβεστέρας φυλακῆς δεομένῳ τῷ Φιλίππῳ τῶν περὶ τὸν γάμον, Ἀρίσταιδρος ὁ Τελμησεὺς κύειν ἔφη τὴν ἄνθρωπον, οὐθὲν γὰρ ἀποσφραγίζεσθαι τῶν κενῶν, καὶ κύειν παῖδα θυμοειδῆ· καὶ λεοντώδη τὴν φύσιν. et in eodem opere celeberrimi huiusce vatis frequens mentio. meminit etiam Arrian. l. I.: καὶ Ἀλέξανδρος οὐ φαῦλον ποιησάμενος τὸ τῆς χελιδόνος, ἀνεκοίνωσεν Ἀριστάνδρῳ τῷ Τελμισσεῖ μάντει. Lucian. in Philopatri. Aelian. V. H. l. XII. c. LXIV.: Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς θεόληπτος γενόμενος ἢ ἔκ τινος ἄλλης συντυχίας κατασχεθείς, etc. Clemens Alex. l. I. Strom.: Ἀρίστανδρός τε ὁ Τελμισσεὺς, ὁ σὺν Ἀλεξάνδρῳ γενόμενος. Hunc Aristandrum esse puto qui De ostentis scripsit. citaturque a Plin. l. XVII. N. H. c. XXV.: *Laodiceae Xerxis adventu platanus in oleam mutata: qualibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet, ne in infinitum abeamus.* Ceterum Telmessus in Caria est: qua in urbe excellit haruspicum disciplina. Cic. l. I. de divinat.: *Tum Caria tota,* inquit, *praecipueque Telmessenses, quod agros uberrimos maximeque fertiles incolunt, in quibus multa propter fecunditatem fingi*

gignique possunt, in ostentis animadvertendis diligentes fuerunt. Arrian. l. I.: εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν. Tertull. l. de Anima c. XLVI.: *Telmessenses nulla somnia evacuant, imbecillitatem conjectationis incusant.* e contrario vero Atlantes insomnia non visunt qualia reliqui mortales, ut ait Plin. l. V. c. VIII. Tertull.: *Sed et quod Libyca gens Atlantes caeco somno noctem transigere dicuntur, animae utique natura taxatur.*

Οἶκον μὲν γὰρ ἡγεῖσθαι χρὴ τὸ στόμα· τοὺς δὲ ὀδόντας, τοὺς κατὰ τὸν οἶκον ἀνθρώπους.] Achmet. c. XLI.: τὸ δὲ στόμα ὡς οἶκος κρίνεται τοῦ ἀνθρώπου· οἱ γὰρ ὀδόντες ὁ τοῦ οἴκου εἰσι λαός.

Οἱ τομεῖς λεγόμενοι, τουτέστιν, οἱ ἐμπρόσθιοι ὀδόντες.] Dentium forma et usus triplex. Arnob. lib. III. adv. gent.: *subactionibus ciborum dentes trini generis, atque in officina trina compositi.* Aristoteles l. III. de part. animal. c. I.: ὁ δὲ ἄνθρωπος πρός γε τὴν κοινὴν χρῆσιν καλῶς ἔχει πεφυκώτας· τοὺς μὲν προσθίους ὀξεῖς, ἵνα διαιρῶσι· τοὺς δὲ γομφίους πλατεῖς, ἵνα λεαίνωσι· ὀρίζουσι δὲ ἑκατέρους οἱ κυνόδοντες. Cic. l. II. de N. D.: *dentibus autem in ore constructis manditur: atque ab aliis extenuatur et molitur cibus; eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt qui genuini vocantur.* Plin. l. XI. c. XXXVII.: *continuorum qui digerunt cibum lati et acuti: qui conficiunt, duplices: qui discriminant eos, canini appellantur.*

Τομεῖς.] Plinio, *primores:* Polluci: διχαστῆρες, κτένες, γελασινοί. Isidoro Orig. XI. c. I.: *praecisores.* in veterino pecore vocantur: *rapaces.* Vegetius l. III. Mulomedicinae c. I.

Κυνόδοντες.] canini, Isidoro *columelli*, a longitudine et rotunditate. unde apud Achmetem legitur: ὁ κυνόδους,

στηριγμὸς καὶ ἕρισμά ἐστι τοῦ οἴκου. eiusmodi dentes in equis vocantur: *columellares.* Varro l. II. de re rust. c. VIII.: *Equus triginta mensium primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, totidem inferiores: incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt et totidem proximos eorum quos amiserunt, et incipiunt nasci quos vocant columellares.* Plin. l. XI. c. XXXVII.: *aetas veterinorum dentibus indicatur. equo sunt numero quadraginta. amittit tricesimo mense primores utrinque binos: sequenti anno totidem proximos; tum subeunt dicti columellares.* Columellares dentes, κυνόδοντες Absyrto Mulomedico in Bassi Geoponicis l. XVI. cuius verba operae pretium erit conferre cum Varronianis. λ' μηνῶν μὲν γὰρ γενόμενος ὁ πῶλος, πρωτοβολεῖ τῶν ἐμπροσθίων ὀδόντων οὓς καλοῦμεν τομεῖς, τοὺς μέσους δύο κάτωθεν, καὶ ἄνωθεν ὁμοίως τοὺς δύο ἀποβάλλων. ἀρχόμενος δὲ τοῦ τετάρτου ἔτους, ἐκβάλλει πάλιν ἄλλους δύο κάτωθεν ἐξ ἑκατέρου μέρους, καὶ ἄνωθεν ὡσαύτως· φέρειν δὲ δοκεῖ τότε καὶ τοὺς κυνόδοντας. τελειώσας δὲ τὸ δ' ἔτη καὶ τοῦ ε ἐτιλαβόμενος, τοὺς λοιποὺς ἐκβάλλει κάτωθεν καὶ ἄνωθεν, ἐξ ἑκατέρου ἕνα. Vegetius lib. IV. c. V. Art. veterinar.: *pullis enim bimis et sex mensium medii dentes superiores cadunt, quos lactantes vocant. quum autem quartum annum agere coperint, decidentibus his, alios supponunt qui canini appellantur. deinde intra sextum annum molares cadunt.* Plinii locus supra citatus, a ceteris quos etiam protulimus quodammodo dissentire videtur. consentit autem cum Aristotele c. XXII. l. VI. H. A.: ἔχει μὲν οὖν ὀδόντας τεσσαράκοντα. βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέτταρας τριακοντάμηνος, τοὺς μ ι δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν· ἐπειδὰν δὲ γένηται ἐνιαυτὸς, βάλλει τὸν αὐτὸν τρόπον τέτταρας, δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν· καὶ πάλιν ὅταν ἄλλος ἐνιαυτὸς γένηται ἑτέρους τέτταρας τὸν αὐτὸν τρόπον· τεττάρων δὲ ἐτῶν παρελθόντων καὶ ἓξ μηνῶν, οὐκέτι βάλλει οὐδένα.

Μύλοι.] molares, γόμφιοι, maxillares Plinio. Isidor.: *ultimi sunt molares*, qui concisa a prioribus atque confracta subigunt et molunt atque immassant.

Pag. XXXI.

Ὀδόντες ἐμτρόσθιοι ἐκβληθέντες οἱ καλούμενοι τομεῖς οὐδὲν ἐῶσι πρᾶξαι διὰ λόγου.] Quippe vocis sermonisque regimen primores tenent, concentu quodam excipientes ictum linguae, scriemque structurae atque magnitudinem; mutilantes mollientesve aut hebetantes verba, et cum defluxere, explanationem omnem adimentes. Plin. l. VII. c. XVI.

Ἄνευ μὲν γὰρ ὀδόντων οὐκ ἔστι χρῆσθαι ὑγιεινῇ τροφῇ, ἀλλὰ ῥοφήμασι καὶ χυλῷ.] Qui valide valent utuntur ὑγιεινῇ τροφῇ, ἰσχυρῷ βρώματι, at aegrotis, quia cibos solidiores conficere nequeunt, victitandum serbilo. ideoque a priscis medicis inventa fuisse ῥοφήματα tradit Hippocrates l. de prisca med.: ἦσάν τινες οὕτως ἔχοντες ὡς μηδ' ὀλίγων σιτίων δύνασθαι ἐπικρατέειν· ἀσθενεστέρου δή τινος ἐδέοντο οἱ τοιοῦτοι δεῖσθαι, εὗρον ῥοφήματα, μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι. Ῥόφημα in veteribus Glossis exponitur *Sorbicina, Sorbicio.* in ms. *Sorbicium, Sorbillacio.* Item, ῥοφητόν, *Sorbile.*

Ὀδόντας δοκεῖν ἔχειν ἐλεφαντίνους ἀγαθὸν φιλολόγοις.] Philologos adeoque et philosophos decere munditias oris dentiumque candorem probat Apulei. in Apolog.: *cum primis cui ulla fandi cura sit, impensius cetero corpore os colendum, quod est animi vestibulum, et orationis ianua, et cogitationum comitium.*

Ὡς γὰρ ἀπὸ χρυσέων φθέγγονται τῶν ὀδόντων.] quasi fiant Chrysostomi et Chrysologi.

Νόσον τὴν ὑπὸ χολῆς πλήθους συνισταμένην, ἣν καὶ Ἴκτερον καλοῦσι.] Suidas: Ἴκτερος, νόσος ἐκ χολῆς συνισταμένη. Aretaeus Cappadox l. II. περὶ χρον. παθ. c. XV.: Ἣν χολῆς

ξανθῆς λεκιθώδεος ἢ κροκοειδέος ἢ τῆς μελαγχλώρου, εἰς τὸ παντελὲς ἀνάχυσις ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου γένηται, τὸ πάθος ἴκτερος κικλήσκεται. Glossae veteres: ἴκτερος, *auguro.* ἰκτερικὸς, *aurugi-nosus.* ms. *auriginarius.* icterus, arquatus Lucretio l. IV. morbus regius: *molliter hic quoniam celsa curatur in aula,* ut ait Q. Seren. Samonicus.

Pag. XXXII.

Παραιρεῖται γὰρ καὶ τὴν τῶν λόγων παῤῥησίαν ἡ πενία.] Πενία ἄνδρα ταπεινοῖ· χεῖρες δὲ ἀνθρώπων πλουτίζουσιν. Sic in Platonis Convivio: Πενίας υἱὸς σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς, καὶ ἀνυπόδητος, καὶ ἄοικος· χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος· τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων.

Pag. XXXIII.

Τὸν ἴσον λόγον ἔχει τῷ αἵματι τὰ ἀργύρια.] Achmet. c. XXXIII.: Γνωστέον ὅτι ὥσπερ αἱ τρίχες δύναμιν καὶ πλοῦτον τοῦ ἀνθρώπου σημαίνουσιν, οὕτως καὶ τὸ αἷμα· ἀλλὰ καὶ πολλῷ περισσότερον εἰς τὸν πλοῦτον ἐστὶν ἡ κρίσις. καὶ ὅσον ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀφῃρέθη τοῦ αἵματος αὐτοῦ καὶ διὰ φλεβοτομίας καὶ διὰ συκιάσεως, τοσοῦτον ἐλαττωθήσεται ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ. Sic ambiguo sensu apud Plautum argentiexterebronides lenonum puellae miseris amantibus sanguinem exsugere et cbibere dicuntur. Curculione Sc. *Flos veteris.* et in Bacchid. Sc. *Pandite:*

> Apage istas a me sorores quae hominum cbibunt sanguinem.

eo sensu in Poenulo Collabiscus Agorastocli sanguinem exsugere procul gestit, id est, pecuniam. vetus poeta comicus:

> Τ' ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
> Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μηδ' ἐκτήσατο,
> οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατέει.

Nos Galli vulgo dicimus: Qui perd le sien perd le sang.

Αἷμα φερόμενον ἰδεῖν ἄτοπον τῷ λανθάνειν προαιρουμένῳ, ἐλεγχθήσεται γάρ.] Inter signa quibus homicidia argui solent, cruorem observant Rhetores. Cic. l. II. de Orat. ex consequentibus signis argumenta duci ait, puta, *si et ferro interfectus ille, et tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco*, etc. Marius Victorinus in I. Rhetoric. Cic.: *Sed quod paullo ante dixi, signum esse in eo quod fere solet fieri; utique cum dico: ex itinere venit, nam multus in calceis pulvis est. et, hominem occidit, nam cruentus est: argumentum facio ex his quae fere solent fieri. nam et qui ex itinere venit, solet fieri ut pulverulentus sit: et qui hominem occidit, solet fieri ut cruentus sit.* Caussam huiusce rei eleganter explicat Lucretius l. IV.:

Namque omnes plerumque cadunt in vulnus, et illam
Emicat in partem sanguis unde icimur ictu:
Et, si cominus est, hostem ruber occupat humor.

Pag. XXXIV.

Πρὸς γὰρ τὸ πολλὰς κεφαλὰς κτήσασθαι, καὶ οὐσίαν περιβαλέσθαι πολλήν.] Notavi supra ad pag. XXI.

Καὶ γὰρ ἡ κεφαλή, ὡς εἰπεῖν, οἶκός ἐστι τῶν αἰσθήσεων.] Sensus enim interpretes ac nuntii rerum in capite, tanquam in arce, mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt, ut ait Tullius l. II. de N. D. et Plato in Timaeo κεφαλὴν vocat τοῦ θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου οἴκησιν.

Pag. XXXV.

Περινέου.] πλωτῆρος. Thucyd. et Iul. Poll. Suidas: περίνεως, τοὺς περιττοὺς τῇ νηὶ ἐπιβάτας, οἷον δούλους.

Ὁ τοίμαρχος.] Legendum τοίχαρχος, ut emendavit eruditissimus Io. Brodaeus ad illud Bianoris epigrammatarii l. I. Anthol. c. XXXIII.:

Μὴ θάμβει χρεμέθοντα, καὶ ἐν ποσὶ λὰξ πατέοντα
Τοίχους, etc.

Τοίχαρχος dicitur lateri navis praepositus. Pollux l. I.: ὁ δὲ τοίχαρχος λέγοιτ' ἂν καὶ τοίχων ἄρχων. Idem: ὀνομάσαις δ' ἂν τοῖχον εὐώνυμον καὶ δεξιόν.

Pag. XXXVI.

Εἰ δέ τις ἔτι μελήσειε τὴν κεφαλήν.] Scribendum: ἐπιμελήσειε.

Pag. XXXVII.

Καὶ γὰρ οἱ ὦμοι ἀδελφοί εἰσιν ἀλλήλων.] Sic ipse sup. c. XXVIII. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἀδελφοί εἰσιν ἀλλήλων.

Ἀμελέστερον γὰρ διάγουσι γυναῖκες καὶ ἀσύνονται, ἐπειδὰν μὴ παρῇ δι' ὃν ἀσκοῦσι τὰ σώματα.] Arnob. l. V.: *partem illam corporis per quam secus femineum et sobolem prodere et nomen solet acquirere generi, eam longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem, et in speciem levigari nondum duri atque striculi pusionis.* Mulier absente viro quasi ager incultus silvescit. Ovid. l. I. Amor. Eleg. VIII.:

Aera nitent usu: vestis bona quaerit haberi:
Canescunt turpi tecta relicta situ:
Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit.

Catull.: Ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam, etc.

Μαζοὶ μείζονες κτημάτων ἐπίκτησιν σημαίνουσι.] Ceres mammosa Lucretio l. IV. et Arnob. l. III. et VI. Minutio Felici Ephesia mammis multis et uberibus exstructa, eoque habitu in numis multis cernitur.

Pag. XXXVIII.

Χεῖρες εὔτονοι καὶ καλαὶ — λήψεως ποριζομένοις.] Aristoteles l. IV. de partibus animal. c. X.: Ἀναξαγόρας μὲν οὖν φησι, διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν, φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον. εὔλογον δὲ, διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων, χεῖρας ἔχειν· τοῦ λαμβάνειν γὰρ χεῖρες ὄργανόν εἰσι. Isidorus Hispal. Orig. l. XI. c. I.: *Manus dicta, quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia atque dispensat; per eam accipimus et damus.*

Ἔστι δὲ παλαιὰ διαίρεσις ἀληθὴς ἤδη.] eam divisionem insinuavit c. II.

Κοινῇ δὲ ἀμφότερα αἱ χεῖρες σημαίνουσι τέχνας.] Aristoteles l. IV. de part. animal.: ἡ δὲ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά. ἔστι γὰρ ὥςπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων, τῷ οὖν πλείστας δυναμένῳ δέξασθαι τέχνας, τὸ ἐπὶ πλεῖστα τῶν ὀργάνων χρήσιμον τὴν χεῖρα ἀπέδωκεν ἡ φύσις. Ipse Artemid. supra, c. XIV.: χεῖρες δὲ αἱ πράξεις εἰρηνται. Cic. l. II. de N. D.: *Quam vero aptas, quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit?* et paullo post: *Iam vero operibus hominum, id est, manibus cibi etiam varietas invenitur et copia.* Pollux l. II.: καὶ τοὺς ἰδίους δακτύλους κεκλῆσθαι λέγουσιν· οἱ μὲν κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ὅτι πέντε· οἱ δὲ κατὰ τὸ τῇ ῥέᾳ πάνυ ὑπουργεῖν· ὅτι καὶ οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι τεχνικά τε καὶ πάντων ἐργάται. Schol. Aristoph. ad illud ex Avibus: τί δῆτα πόδες οὐκ ἂν ἐργασαίατο; — παρὰ τὴν παροιμίαν, inquit, τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο; Arnob. l. III.: *manus ministras operum, articulis, digitis, et cubitorum mobilitate tractabiles.* Horapollo in Hierogl.: ἄνθρωπον φιλοκτίστην βουλόμενοι σημῆναι, χεῖρα ἀνθρώπου γράφουσιν· αὕτη γὰρ ποιεῖ πάντα τὰ κτίσματα. Isidorus Orig. XI.: *abusive manus etiam ars vel artifex, unde et manus pretium dicimus.* Virgil. I. Aen.:

Quale manus addunt ebori decus —

Servius: *manus, vel artificis, vel ars ipsa.* Martial. l. IX. epigr. LX.:

Pocula Menforea nobilitata manu.

Sic Propert. ut sup. notavimus:

Sive ebore exactae seu magis aere manus.

Varro l. IV. de L. L.: *Quae manu facta sunt, dicam de victu, de vestitu, de instrumento, et si quid aliud videtur his aptum.* Idem: *quod manu factum erat, et datum pro eo,* manupretium, *a manibus et pretio.* Glossarium: χειρῶν μισθός, *manupretium.* Item: *Manupretium,* χειροδόσιον. Tertulliani etiam locus de operibus intelligendus est, lib. de Idololatria c. V.: *eundem praecepisse dicunt secundum suum exemplum, ut manibus unusquisque operetur ad victum. Si hoc praeceptum ab omnibus manibus defendatur, credo et fures balnearios manibus suis vivere; et ipsos latrones manibus agere quo vivant. item falsarios utique non pedibus sed manibus operari malas litteras. histriones vero non manibus solis, sed totis membris victum elaborare.*

Χειρόγραφα δὲ ὅτι καὶ αὐτὰ χεῖρες λέγονται.] Suidas: χεῖρα, τὸ χειρόγραφον. Iul. Pollux l. II.: Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος, καὶ τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζόμενον χειρόγραφον, χεῖρα ὠνόμασεν εἰπών, οὔτε τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα δυνατὸν ἀρνήσασθαι. Cic. l. VII. Epist. ad Attic.: *Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae: litterae manum non amabam, quia indicabat te non valere.* Idem: *Statilius agnovit manum et signum suum.* Sic et apud Iurisconsultos, manus, pro chirographo l. XV. D. de Probationibus. et metatorum manus, pro metatoria pagina l. I. de metatis et epid. l. XII. Cod.

Ἐπεὶ μὴ ἄνευ τούτων.] Scribe: ἐπειδὴ ἄνευ τ.

Λόγους δὲ, ἐπεὶ ἅμα τοῖς λόγοις αἱ χεῖρες κινοῦνται.] Horapollo Hierogl. XXVII.: τὸ λέγειν σημαίνοντες, γλῶσσαν καὶ χεῖρα ὑποκάτω γράφουσι. τῇ μὲν γλώσσῃ, τὰ πρωτεῖα τοῦ λόγου φέρειν δεδωκότες· τῇ δὲ χειρὶ, ὡς τὰ τῆς γλώσσης βουλήματα ἀνύουσιν, τὰ δεύτερα. possunt etiam referri ad mentem Artemidori ea quae de gestu rhetores tradunt. videatur Curius Fortunatianus sub finem l. III.

Pag. XXXIX.

Οὐκέτι γὰρ περὶ τὰ ἔργα τριβομένων — τρίχας ἀναφύναι.] Pellis quae occalluit, densior est; ideoque nec pilos emittit. Hippocrates lib. de natura pueri: σημεῖον δὲ ὅτι ἐν τοῖσι ἀραιοτάτοισι τῆς ἐπιδερμίδος φύονται αἱ τρίχες, εἴ τις ἐθέλοι ἐπικαῦσαι τὴν ἐπιδερμίδα, καὶ φλυκταίναν μόνον ποιῆσαι καὶ ὑγιῆναι, πυκνὴ γενομένη ἡ ἐπιδερμὶς κατὰ τὴν οὐλὴν τὰς τρίχας οὐκ ἐκφύσεται.

Pag. XL.

Δεινὸν δὲ πᾶσι τὸ ὑπό τινος κατανοεῖσθαι τὰ σπλάγχνα· πραγμάτων γὰρ πονηρῶν καὶ δικῶν ἐπαγωγὸν σημαίνει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει.] Reorum viscera nudari dicimus, cum intima et secreta negotiorum aperiuntur. et caussae viscera dixit M. Tull. l. II. de Orat.: *haec autem in dicendo non extrinsecus aliunde quaerenda; sed ex ipsis visceribus caussae sumenda sunt.*

Ἡ καρδία γυναῖκα σημαίνει ἀνδρὸς ἰδόντος, ἄνδρα — τὸ πνεῦμα.] Plin. l. XI. cap. XXXVII.: *cor prima domicilia intra se animo et sanguini praebet.* Hippocrates lib. περὶ σαρκῶν: πνεῦμα ἡ καρδίη ἔχει θερμὴ ἐοῦσα μάλιστα τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Χολὴ δὲ τὸν χυμὸν καὶ χρήματα.] Isidorus Orig. XI.: *Fel appellatum quod sit folliculus gestans humorem qui vocatur bilis.*

Κοιλία ἀνειστὰς σημαίνει, ἐπεὶ — ἀναιτεῖ τροφάς.] Venter quasi creditor, exigit nec moras patitur. Plin. l. XXVI.

c. VIII.: *Alvus pessimum corporum vas; instat ut creditor, et saepius die appellat. huic luxuria conditur: huic navigatur ad Phasin: huic profundi vasa exquiruntur. et nemo vilitatem eius aestimat consummationis foeditate.*

Τὸ αἰδοῖον ἔοικε γονεῦσι· ἐπεὶ — λόγον.] Martial. parentem omnium vocat, l. XI. epigr. XVI.:

Nec per circuitus loquamur illam
Ex qua nascimur omnium parentem,
Quam sanctus Numa mentulam vocabat.

Ἀδελφοῖς δὲ καὶ παισὶ τοῖς καθ' αἷμα προσήκουσιν.] Scribe: καὶ πᾶσι τ. καθ' αἵ. πρ.

Pag. XLI.

Διὰ ἀνδρίαν πρός τινων καλεῖται.] Suidas: καλεῖται δὲ πρός τινων ἀνδρία καὶ τὸ αἰδοῖον. Sic Martiali, virilitas, l. IX. epig. VII.:

Virilitatis damna moeret creptae.

et Arnob. l. V.: *Virilitate pignoris visa sumit animum mitiorem.* Sic etiam *virilia.*

Εἶδον δὲ καὶ ἐν Κυλλήνῃ — φυσικῷ.] Pausan. sub finem Heliacorum: Θεῶν δὲ ἱερὰ ἐν Κυλλήνῃ Ἀσκληπίου, τὸ δὲ Ἀφροδίτης ἐστί. τοῦ Ἑρμοῦ δὲ τὸ ἄγαλμα, ὃν οἱ ταύτῃ περισσῶς σέβουσιν, ὀρθόν ἐστι αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου. naturalem vero effingendae huiusmodi statuae rationem quam Artemidor. innuit, bene explicat Plutarch. l. εἰ πρεσβυτ. πολιτευτ. extremis verbis: διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους, ἄχειρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττομενοι τῶν γεροντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν ὡς προσήκει καὶ γόνιμον ἔχωσι. Phurnutus in Mercurio: ἄχειρ δὲ καὶ ἄπους, ἐπεὶ οὔτε ποδῶν οὔτε χειρῶν δεῖται πρὸς τὸ ἀνύειν τὸ προκείμενον αὐτῷ. οἱ δὲ ἀρχαῖοι, τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γεννῶντας τῶν Ἑρμῶν, ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχον-

τας. τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ ἀγενείους, ἀνειμένους. παριστῶντες ὅτι ἐν τοῖς πρεσβεβηκόσι ταῖς ἡλικίαις γόνιμος ὁ λόγος καὶ τέλειός ἐστιν.

Ὅτι μηδέα καλεῖται τὰ βουλεύματα καὶ τὸ αἰδοῖον.] Suidas: Μήδεα τὰ βουλεύματα καὶ τὰ αἰδοῖα. in veteribus Glossis ubi scribitur: Μηδεία, *Anguicia*, legendum: Μήδεα, *Inguina*. nam in ms. legitur: Μήδεα, *testiculi, pudenda*. Venus Φιλομηδής, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, ut ait Hesiod. in Theogon. Homerus Iliad. r. Scholiastes: Φιλομειδὴς, ἡ φιλογελως καὶ ἱλαρὰ καθ' Ὅμηρον· κατὰ δὲ Ἡσίοδον, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, ὅ ἐστι τῶν αἰδοίων. Videatur Clemens Alexandr. in Protreptico.

Αἰδοῖον ἀναγκαῖον καλεῖται, καὶ τῆς ἀνάγκης ἐστὶ σύμβολον.] Ipse Artemidor. c. LXXV.: καὶ οὕτω συμβήσεται τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀναγκαῖον· τοῦτο γὰρ καὶ τὸ αἰδοῖον καλεῖται. Suidas: Ἀναγκαῖον, οὕτω καλεῖται τὸ αἰδοῖον, ἐπεὶ τῆς ἀνάγκης ἐστὶ συμβόλαιον. οἱ δὲ πρὸς ἁλκὴν ἐτράποντο ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, ἀντὶ τοῦ δι' ἀνάγκης. Ἰσαῖος δὲ ἀναγκαῖον τὸ δεσμωτήριον καλεῖ.

Αἰδῶς γὰρ καὶ ἐπιτιμία καλεῖται τὸ αἰδοῖον.] Αἰδοῖα Latini vocant, pudenda; et verenda sive reverenda. Arnob. l. V.: *obiectanturque partes illae, quas pudor communis abscondere, quas naturalis verecundiae lex iubet; quas inter aures castas sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare praefatis. quidnam, quaeso, spectaculi? quid in pudendis reverendisque Baubonis, quod feminei sexus Deam, atque consimili formatam membro in admirationem converteret?* Vetus Glossarium: *αἰδοῖον, pudimentum, pudendum, penes.*

Καὶ ἀνθ' ἑνὸς ὀνόματος τρία ἴσχε.] Ausonius in Cripho:

— tria nomina nobiliorum.

Iuvenalis Sat. V.: — tanquam habeas tria nomina.

Μόνον δ' ἐπιάλεοι γενόμενοι τοῖς πλουσίοις ἀηδεῖς.] Legendum ut emendavit Is. Casaubonus: μόνον δὲ πιάλεοι γ. nec audiendus interpres.

Pag. XLII.

Καὶ γὰρ ὁ κάλαμος γόνυ τε ἔχει καὶ σύριγξ γίνεται.] Vetus Glossarium: συρίγγιον τὸ ἕλκος, *fistula*. Corn. Celsus l. V.: *id nomen est ulceri alto, angusto, calloso.* Plin. l. XXV. c. XII.: *fistulae quoque in omni parte serpunt medicorum vitio male sectis corporibus.* Corn. Nepos in T. Pomponio Attico: *subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistulae puris erumperent.* Exstat apud Hippocratem liber περὶ συρίγγων.

Πλείοσι γὰρ ποσὶ χρήσεται τῆς νεὼς ἐρεσσομένης.] naves instar vermium multigradae. Lycophron:

— καὶ δὲ παρθενοκτόνον θέτιν
Ἰουλόπεζοι θεῖνον εὐῶπες σπάθαις.

Homerus navem πεντοπόρον vocat. Pollux l. I.: λέγοις δ' ἂν τὰς ναῦς, καὶ πορεῖα θαλάττια καὶ ὀχήματα. nimirum remis quasi pedibus navis graditur, est veluti equus ligneus. Plautus Rudente:

Nempe equo ligneo per vias caeruleas
Estis vectae.

Palaephatus in Bellerophonte Pegasum non equi sed navigii nomen fuisse ait: πλοῖον κατασκευάσας μακρὸν, ἐληίζετο τὰ παραθαλάσσια χωρία. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει. μᾶλλον δὲ δοκεῖ πλοίῳ, ἢ ἵππῳ ὄνομα εἶναι πήγασος. Idem, qui vulgo Pelopis equus dicitur navem fuisse adfirmat: ῥητέον οὖν, ὅτι Πέλοψ ἦλθεν ἔχων πλοῖον· ἐγέγραπτο δὲ ἐπὶ τοῦ πλοίου, ἵπποι ὑπόπτεροι.

Συνέβη αὐτῷ εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι.] Observavere hunc locum viri doctissimi Is. Casaub. Animadv. in Tranquil. et I. Lipsius l. II. Elector. c. XV. ad illud Sueton. in Tib. c. LI.: *uno ex his equestris ordinis viro et in antliam condemnato.* qui locus sic olim e veterib. lib. a magno illo Turnebo emendatus fuerat. l. XIV. Advers. c. XVII.

Pag. XLIII.

Θᾶττον γὰρ καὶ ὡς εἰπεῖν ἐκ πυρὸς ἁρπάζουσι τὰ σκέλη.] alludit ad paroemiam, ὡς διὰ πυρὸς σώζεσθαι. Chrysostomus Panegyrico IX. de SS. Bernice et Prosdoce: ἓν γὰρ μόνον σπουδάζουσιν, ὅπως τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῶν πρεξαρπάσωσι τῆς φλογὸς καὶ τὸν τοῦ πυρὸς φράσωσι δρόμον μετὰ πολλῆς ἐπιόντα σπῆς τραχύτητος.

Νῶτα δὲ καὶ τὰ ὀπίσθια Πλούτωνος καλοῦσιν ἴδια.] nam in divisione patrimonii Iovi plagam orientalem, Plutoni occidentalem obtigisse fabulantur.

Pag. XLIV.

Ἀεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.] Homeri versus Iliad. Δ. Idem Odyss. Η.: Ἐρξέμεν· ἀεὶ γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέουσιν.

Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ οἰκουροῦσιν αἱ γυναῖκες.] D. Paul. ep. ad Tit. mulieres esse vult οἰκουρούς, ἀγαθὰς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι. Mulierem οἰκουρὸν esse oportere significabat Phidias per testudinem domiportam. celebratur enim inter eius opera Urania Venus, ἣ τῷ ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ χελώνης βέβηκε, ut refert Pausan. Heliac. II.: Τὴν Ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην ἐποίησε χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς. Ideoque Plutarchus ἐν γαμικ. παραγγέλμ. moris fuisse ait Aegyptiis mulieribus calceis non uti: ταῖς αἰγυπτίαις ὑποδήμασι χρῆσθαι πάτριον οὐκ ἦν, ὅπως ἐν οἴκῳ διημερεύσωσι. Inter personas comicas notat Iulius Pollux οἰκουρὸν γραΐδιον.

Pag. XLV.

Σιδηρέους γὰρ λέγομεν τοὺς πολλὰ κακὰ ὑπομένοντας.] Suidas: Σιδηροῦς ἄνθρωπος, καὶ πολλὰ ὑπομένων κακά. Antipater l. I. Anthol.:

Ταύρου βαθὺν τένοντα καὶ σιδαρέους
Ἄτλαντος ὤμους.

Γεωργεῖν

Γεωργεῖν ἢ σπείρειν ἢ ἀροτριᾶν ἢ φυτεύειν ἀγαθὸν τοῖς γῆμαι προαιρουμένοις.] Matrimonium agriculturae imaginem quandam esse notavi ad Phaedri fab. XLII. Plutarch. in praeceptis coniugalibus: ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. καλῶς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Σοφοκλῆς εὔκαρπον Κυθέρειαν προσηγόρευσε.

Κριθαὶ δὲ ζυγατέρες, ἐξαμβλώματα.] hic aliquid deesse suspicatur Isac. Casaubonus. et quidem certe legendum mihi videtur κριθαὶ δὲ ζυγατέρες, ὅσπρια δὲ ἐξαμβλώματα, aut, quod minus placet, κ. δὲ ζυγατέρες καὶ ἐξαμβλώματα.

Pag. XLVI.

Ἰατροὺς δὲ ἰδεῖν χαλεπώτατον ἁπάντων.] Martial. l. VI. Epig. LIII. de subita morte Andragorae:

Tam subitae mortis caussam, Faustine, requiris?
In somnis medicum viderat Hermocratem.

Χρυσοχοεῖν δὲ πανουργίας σημαίνει διὰ τὰ ὑποκείμενα τῶν ἰῶν.] Aurifices uiuntur argento vivo rerum omnium veneno, ut ait Plin. l. XXXIII. c. VI.: *Est et lapis in his venis, cuius vomica liquoris aeterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. exest ac perrumpit vasa, permanans tabe dira. omnia ei imitantur praeter aurum: id unum ad se trahit. ideo et optime purgat, ceteras eius sordes exspuens crebro iactatu ficilibus in vasis; ita vitiis abiectis, ut ipsum ab auro discedat.*

Καὶ τοὺς ὑποπεπλεγμένους ὅρμους.] contortiplicata monilia. Sic in sua officina Vulcanus apud Homer. recenset: Πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικάς τε καὶ ὅρμους.

Χαλκεύειν τῷ γῆμαι βουλομένῳ — συμπνέουσι γάρ.] Συμπνεῖν, conspirare: idem velle atque idem nolle. quasi fiat in matrimonio quod Pythagoras in amicitia voluit, unum e duobus; vel potius quod Deus iussit, in una carne una anima.

Μάχιμον δὲ διὰ τὰς σφύρας, ἠχοῦσι γάρ.] Poterat Artemidorus in bonam etiam partem hoc interpretari. ὥσπερ ἂν φθόγγοι δύο σύμφωνοι ληφθῶσι, τοῦ βαρυτέρου γίνεται τὸ μέλος, οὕτω πᾶσα πρᾶξις ἐν οἰκίᾳ σωφρονούσῃ πράττεται μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων ὁμοιοσύντων, ἐπιφαίνει δὲ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡγεμονίαν ἡ κρὴ προαίρεσιν. Plutarch. ἐν γαμικ. παραγγέλ.

Pag. XLVII.

Φορεῦνται γὰρ ἅμα κρὴ πονοῦσιν οἱ μανθάνοντες.] Auson. Protreptico ad nepotem Ausonium:

Tu quoque ne metuas, quamvis schola verbere multo
Increpet, etc.

Prudens vero Quintiliani monitum l. I. Institut. orator. c. III. in aetatem infirmam et iniuriae obnoxiam nemini debere nimium licere. *Caedi vero discentes*, inquit, *quamquam et receptum sit, et Chrysippus non improbet, minime velim, quia deforme atque servile est: et certe, quod convenit si aetatem mutes, iniuria.*

Pag. XLVIII.

Χρὴ γὰρ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι — ἀργὴν μὴ εἶναι.] Delenda negatio. Sic enim apud Suidam hic locus legitur: μόνοις δὲ ἐλευθέροις ἐφίκσιν ὁ νόμος ἐφηβεύειν· ἐχρῆν δὲ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι τὴν δεξιὰν ἔχειν ἐνειλημμένην διὰ τὸ ἀργὴν εἶναι εἰς ἔργα κρὴ λόγους εἰς ἐναυτὸν, κρὴ μὴ προϊέναι τὴν χεῖρα.

Ἐν δήμῳ γὰρ χρὴ εἶναι τὸν ἔφηβον.] Suidas: ἔνδημον δὲ χρὴ ε. τ. ἔ. Id unum ephebis curae erat, ut populo maxime grati essent. Atys apud Catullum:

Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
Abero foco, palaestra, stadio et gymnasiis, etc.

Καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκή, etc.] Notavit hunc locum Hadrianus Turnebus lib. XI. Advers. c. VI.

Ἐφηβία καινόν ἐστιν ὀρθοῦ τινὸς καὶ ὑγιοῦς.] Haec etiam reperiuntur apud Suidam.

Οὐδὲ γὰρ εἰς μακρὰν ὁ ἔφηβος ἔσται ἀνήρ.] Donatus in Andriam: ἐφηβεία *prima pars adolescentiae, et extrema pueritiae.* Suidas: ἐφηβεία, νεότης, ἡ ἀκμὴ τῆς ἡλικίας.

Τροχὸν ἐλαύνειν.] Vetus Glossarium: *Trochus rotae genus ad ludum. ludentium rota.* Graecanicum ludum fuisse docet Horat. l. III. Carm. od. XXIII.:

— nescit equo rudis
Haerere ingenuus puer,
Venarique timet ludere doctior,
Seu Graeco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.

Pueros aleas fugere, trocho ludere iubet Dionysius Cato. puerilem enim fuisse ludum declarant etiam ista Martialis l. XIV. epig. CLXVIII.:

Inducenda rota est, das nobis utile munus:
Iste trochus pueris, at mihi canthus erit.

Sequenti epigrammate trochus belle depingitur:

Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur?
Cedat ut argutis obvia turba trochis.

et epigr. XXII. lib. XI.:

Lydia tam laxa est, etc.
Quam celer arguto qui sonat aere trochus.

atque hinc explicandus Propertii versus Eleg. XIV. lib. III.:

Increpat et versi clavis adunca trochi.

versatus enim et agitatus a pueris trochus una cum clave aduncа sive anulo illo laxiore garrulus erat et argutus, ita ut sonaret et increparet, adeoque turbam quasi summoveret. Cave autem putes trochum a Iuvenale per Lacedaemonium orbem significari. nec enim

adsentior viro magno, qui lib. XXIV. Advers. c. XXVIII. hoc putavit. ait enim Iuvenalis, pauperem non facile in libidinem accendi; et postquam multa lasciviae luxuriaeque incentiva recensuit:

Non capit has nugas humilis domus, inquit, *audiat ille*
Testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
Fornice mancipium quibus abstinet; ille fruatur
Vocibus obscoenis, omnique libidinis arte,
Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem.

dives scilicet, qui in marmor Lacedaemonium expuit, qui per marmoreum pavimentum incedit. Sed haec alea est, trocho iterum ludamus. Τροχὸς idem fuisse videtur atque Βέμβιξ. Sane non absimiles fuisse lusus docent ista ex epigr. Callimachi in Pittacum:

Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες,
Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.

Scholiast. Aristoph. ad Vesp. et Aves, cuius verba sic emendata leguntur apud Suidam: ἔστι δὲ βέμβιξ ἐργαλεῖον, ὃ μάστιγι στρέφουσιν οἱ παῖδες, ἢ παίγνιον τῶν παίδων, ὡς τροχὸς, ὃς μάστιγι διωκόμενος στρέφεται. Bembix proprie turbo, qui eleganter describitur VII. Aeneid.

Ἁρπαστὸν δέ.] Harpasti mentio frequens apud Martialem. Harpasto raptim luditur. estque ludus coelestis, οὐρανία παιδιὰ, Iulio Polluci: ὁ μὲν ἀνακλάσας αὐτὸν ἀποῤῥίπτει τὴν σφαῖραν εἰς τὸν οὐρανόν· τοῖς δ' ἦν ἀλωμένοις φιλοτιμία, πρὶν εἰς γῆν αὐτὴν ἐμπεσεῖν, ἁρπάσαι.

Ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἁρπαστὸν ἑταίρᾳ.] Naevius Tarentilla:

— quasi in choro pila
Ludens datatim dat se et communem facit:
Alium tenet: alii nutat: alibi manus
Est occupata: alii perpellit pedem:
Alii annulum dat spectandum a labris. etc.

Ἀρτῆρες.] Legendum ἀάτηρες. Martial. l. XIV. epigr. XLIX.:

Quid pereunt stulto fortes altere lacerti.

et l. VII. epigr. LXVI.:

Alteras agili rotat lacerto.

Pag. XLIX.

Θύλακοι δὲ γὴ σφαῖδες, γὴ ὑπερἄλματα.] Suidas: Θύλακοι, γὴ σφῆνες, γὴ ὑπερἄλματα γυμνασίων εἴδη. Glossae: Θύλακος, *follis*. Martialis:

Folle decet pueros ludere, folle senes.

Κώρυκος Paul. Aeginet. l. IV. c. I.: γὴ γυμναζέσθω ποικίλως, τὰ μὲν ἀφαλλόμενος, τὰ δὲ πλέον ἀλτῆρσί τε γὴ κωρύκῳ χρώμενος.

Σφαῖδες.] Scribe: σφῆνες, ut est in Suida. fortassean autem erant pilae paganicae. Martialis:

Haec quae difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, et minus acta pila.

Σαλπίζειν δοκεῖν σάλπιγγι τῇ ἱερᾷ.] Suidas: Σάλπιγξ, ἱερατικὸν τοῦτο ὄργανον. ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι. Pollux l. IV.: ἔστι δέ τι γὴ πομπικὸν ἐπὶ πομπαῖς, γὴ ἱερουργικὸν ἐπὶ θυσίαις.

Καὶ γὰρ ἐν πολέμῳ συνάγει τοὺς ἐσκορπισμένους.] Tuba enim signa militaria dantur. unde in Tacticis saepe occurrit illud: σημῆναι τῇ σάλπιγγι.

Σύγκειται γὰρ ἐξ ὀστέου γὴ χαλκοῦ.] Pollux l. IV.: Σάλπιγξ, τὸ μὲν εὔρημα τυρρηνικόν· τὸ δὲ σχῆμα εὐθειά τε καὶ καμπύλη. ἡ δὲ ὕλη, χαλκὸς καὶ σίδηρος. ἡ δὲ γλῶττα, ὀστέινη.

Στρογγύλη δὲ σάλπιγγι σαλπίζειν.] Glossae veteres: σάλπιγξ περιφερὴς, *classica*. Καμπύλη σάλπιγξ. Polluci sup.

Δούλους οὐ χάριτι τῶν δεσποτῶν ἐλευθεροῖ. ἀλλὰ ἀναφωνήσαντας ἐλευθερωθῆναι λέγει.] Servi ad pileum et libertatem vocabantur οὐ χάριτι τῶν δεσποτῶν, in seditione, aut urgente aliqua necessitate, aut publica utilitate exigente. Seneca l. VI. Epist.: *Dicat nunc aliquis me vocare ad*

pileum servos et dominos de fastigio suo deiicere. Sic apud Livium l. III. servos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat, se miserrimi cuiusque suscepisse causam dictitans, ut exsules iniuria pulsos in patriam reduceret, et servitutis grave iugum demeret. Sic apud eundem l. XXIV. ad premendas obsidione Syracusas servi ad pileum vocati, carcere vincti emissi. et apud Sueton. Octav. Aug. XX. servorum CIↃ manumissis et ad remum datis, portum Iulium apud Baias, commisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit.

Αὐλεῖν δὲ πυθικοῖς αὐλοῖς.] Pollux: πρὸς παιᾶνας δὲ οἱ πυθικοὶ αὐλοί. τελείους δὲ αὐτοὺς ὠνόμαζον· ἡῦλουν δὲ τὸ ἄχορον αὔλημα τὰ πυθικά.

Καταγακτέον.] L. κατακτέον.

Pag. L.

Τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας.] Veteris comoediae meminit Horat. in Art. Poet.:

> Successit vetus his comoedia, non sine multa
> Laude, sed in vitium libertas excidit.

quid autem inter veterem ac novam sit discriminis, docent excerpta illa e veteribus Glossographis Graecis praefixa Aristoph. comoediis.

Σκώμματα καὶ ταραχάς.] Suidas: κωμῳδεῖν, σκώπτειν. Κωμῳδίαι, ὕβρεις, διασυρμοὶ, ἐμπαίγματα.

Σκώμματα καὶ ταραχὰς καὶ στάσεις καὶ αἰσχρολογίας σημαίνει.] Aristoteles l. de Poëtica c. V.: Κωμῳδία ἐστὶ μίμησις φαυλοτέρων μὲν, οὐ μέν τοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ ἐστί τὸ γελοῖον μόριον. τὸ γὰρ γελοῖον ἐστὶν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον, οὐ φθαρτικόν.

Ἵππον κέλητα ἐλαύνειν.] Homeri Scholiast. Iliad. O.: κελητίζειν, ἵππον κέλητα ἐλαύνειν· κέλης ὁ μονάμπυξ, παρὰ τὸ κέλειν, τὸ βαδίζειν. Suidas: Κέλης ὁ μόνος ἵππος, γυμνός.

Ἵππος γὰρ γυναικὶ — ἔχει λόγον.] Ipse Artemidor. l. IV. c. XLVIII.: ὁ μὲν γὰρ ἵππος τὴν γυναῖκα ἐσήμαινεν. Sic Anacreon puellam Threiciam, quae nondum subacta cervice iugum ferre didicerat, pullo equino comparat:

Πῶλε Θρηϊκίη, etc.
Νῦν δὲ λειμῶνά τε βόσκεαι,
Κοὐφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Δεξιὸν γὰρ ἱππεύειν
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

eademque tralatione dixit Ovid. l. II. de Arte:

Cum mora non tuta est, totis incumbere remis
Utile, et admisso subdere calcar equo.

et l. III.:

Tu quoque, cui rugis uterum Lucina notavit,
Ut celer aversis utere Parthus equis.

permulta apud poetas huiusmodi nequitiarum exempla.

Τὸν ἐλατῆρα βαστάζει.] In veteri epigrammate Graeco Navis, cui nomen Ἑταῖρα, ait:

Ἐλθόντα δέχομαι, πάντα βαστάζω ξένον.

Ὅμοιος δέ ἐστι καὶ πλοίῳ.] Suidas: κελήτιον μικρὸν πλοιάριον, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κέλητος ἵππου.

Ἄλλη μὲν γὰρ ἵππους.] Scribe: ἀλλὰ μὲν γ. ἴ. vel potius: ἄλος μὲν γ. ἴ.

Ἡμεῖς δὲ τὸν Ποσειδῶνα Ἵππιον καλοῦμεν.] Suidas: Ἵππιος, ὁ Ποσειδών. Plurmutus: Ἵππιος δὲ ἀπὸ τοῦ ταχεῖαν τὴν διὰ θαλάσσης ὁδὸν εἶναι, καθάπερ ἵπποις ἡμῶν ταῖς ναυσὶ χρωμένων. Sed aliam huius epitheti caussam esse autumat Pausanias in Achaicis: ὠνομάσθαι δὲ Ἵππιον τὸν θεὸν πείθοιτο μὲν ἄν τις καὶ ἐπ' αἰτίαις ἄλλαις· ἐγὼ δὲ εὑρετὴν ἱππικῆς ὄντα ἀπὸ τούτου σχεῖν καὶ τὸ ὄνομα εἰκάζω.

Φημὶ δὲ ἀγαθὸν ἐλευθέραις — ἱερωσύνας αὐταῖς περιποιεῖται.] Sacerdotes feminas carpento per urbem vehi soiitas observavit Hadr. Turnebus l. XI. Advers. c. VI. ex hoc

Artemidori loco, qui et his Taciti verbis ex Annal. XII. confirmari possit: *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi; quia mos sacerdotibus, et sacris antiquitus concessus.*

Pag. LI.

Ἀγαθὰς ἱερωσύνας.] Sic Gallice dicimus: *bons benefices.*

Περὶ πενταθλου.] Festus: *Pentathlum antiqui quinquertium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat, iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, luctatione.* Videatur Pollux l. IV. et c. I. l. I. Antholog.

Ἔπειτα δὲ ζημίας τινὰς, ἢ δατάνας ἀκαίρους, ἢ ἐξοδ. — χειρῶν ἀποβρίπτεται.] Aes suum scilicet operasque suas proiiciunt, qui δατάνας ἀκαίρους faciunt. Discus autem aereus fuit. Martial. epigr. CLXIV. l. XIV.:

Splendida cum volitent Spartani pondera disci,
Este procul pueri, sit semel ille nocens.

Διὰ τὰ πηδήματα τὰ ἐν τῇ ἁλτηρίᾳ.] Aristoteles sect. V. Problem. VIII.: ἐμείως δὲ τούτου καὶ ὁ πένταθλος, πρὸς τοὺς ἁλτῆρας· καὶ ὁ θέων παρασείων, πρὸς τὰς χεῖρας. διὸ ὁ μὲν μεῖζον ἄλλεται, ἢ μὴ ἔχων ἁλτῆρας· ὁ δὲ, θᾶττον θεῖ παρασείων, ἢ μὴ παρασείων.

Ὁ δὲ δίαυλος τὰ αὐτὰ τῷ σταδίῳ σημαίνει.] Iul. Pollux l. III.: Δίαυλος, καὶ ὁ τοῦ διαύλου ἀγωνιστὴς, καὶ ἀγωνιζόμενος τὸ διπλοῦν στάδιον, καὶ ἵππιον δρόμον, καὶ δρόμον τὸν εὐκαμπῆ. Scholiast. Homeri Iliad. P. αὐλὸς καλεῖται πᾶν τὸ στενὸν καὶ ἐτίμηκες, κατὰ μεταφορὰν τοῦ ὀργάνου· ὅθεν τὸ στάδιον δίαυλον ἐκάλουν, διὰ τὸ μῆκος. Scholiast. Aristophanis in Avibus: Δίαυλος ὁ δὶς τὸν ὁδόμον ἔχων τὸν ὁδόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον καὶ ὑποστρέψαι. δολιχοδρόμοι δὲ οἱ ἑπτὰ τρέχοντες, διὸ καὶ δολιχοδρόμοι. οἱ γὰρ σταδιοδρόμοι διπλοῦν ποιοῦντας τὸν δρόμον. Item: δίαυλος, ὁ διστάδιος τόπος, ἢ μέτρον πήχεων σ. δίαυλος

καὶ ἡ μακρὰ περίεδος. Vitruvius l. V. c. IX.: *in palaestris peristylia quadrata ita sunt facienda, ut duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem, quod Graeci vocant* δίαυλον.

Pag. LII.

Ὡς καὶ ὁ δόλιχος ἐκ πολλῶν ὑτερθέσεων ἐξαίρετον.] Repete quae ex Aristoph. Scholiaste protulimus: cuius verba etiam leguntur apud Suidem.

Ἐγκρίνεσθαι δὲ δοκεῖν.] Scribe hic ubique: Ἐκκρίνεσθαι, ipse infr. c. LXVI. ἐκβληθῆναι τοῦ ἀγῶνος.

Διὰ τὸ τοῦ ἱεροῦ ἀγῶνος μὴ μετεῖναι αὐτῷ.] ἱερὸς ἀγών, στεφανίτης. Pollux l. III.: τοὺς μὲν οὖν καλουμένους ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, στεφανίτας ἐκάλεσαν καὶ φυλλίνας.

Καὶ ἐκ δακτύλων δύο περὶ μίαν τὸ λεγόμενον ποιήσας.] Vide an legendum potius sit: καὶ ἐκ δ. δ. ἀγωνίαν τὸ λεγ. π.

Pag. LIII.

Οὐ γὰρ ἐκριθῆναι σημαίνει τοῖς παισί.] Scribendum videtur: τοῦτο γὰρ ἐκ. σ. minime, inquit, bonum est athletae puero collactari et congredi viro. hoc enim puero reprobationem significat.

Πυκτεύειν παντὶ βλαβερόν. καὶ γὰρ ἄσχημον γίνεται τὸ πρόσωπον.] Pugilis os deforme. pugillatus enim cruentus erat, et inhonestis vulneribus faciem deturpabat; ut cernere est in pugna Daretis et Entelli V. Aeneid. Euripides in Autolyco apud Athenaeum l. X. pugilem designans dixit: ἀνὴρ γνάθων παίσας καλῶς, et apud eundem Xenophanes Colophonius πυκτοσύνην ἀλγινόεσσαν vocat. Sic apud Plautum in Captivis Hegio multa minantem Ergasilum ridens:

— hic homo pugillatum incipit.

respondet Ergasilus: *Facere certum est.* et paullo post:

— tum genu ut quemque icero, ad terram dabo.

Dentilegos omnes mortales faciam, quemquem offendero.

Tertullianus lib. de Spectaculis: *Sed quae in stadio geruntur, indigna conspectui tuo non negabis. pugnos, et calces, et colaphos, et omnem petulantiam manus, et quamcunque humani oris, id est, divinae imaginis depugnationem.* Ibidem: *Tales enim cicatrices caestuum, et calles pugnorum, et aurium fungos a Deo cum suo plasmate accepit?* Et in Scorpiaco adversus Gnosticos, cap. VI.: *pugni quassant, calces arietant, caestus dilaniant, flagella dilacerant: nemo tamen agonis praesidem suggillaverit, quod homines violentiae obiecter. iniuriarum actiones extra stadium.* etc.

Τὸ δὲ παγκράτιον τὰ αὐτὰ τῇ πυγμῇ σημαίνει.] Suidas: παγκράτιον, πυγμὴ, ἀγὼν, πάλη, ἄθλησις. παγκρατιασταῖς, ἀθληταῖς, πύκταις· ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσι.

Τὸ δὲ ὅπλον τὸ λεγόμενον, παρολκὰς σημαίνει.] Notavit hunc locum vir incomparabilis doctrinae Iosephus Scaliger Notis ad Manilii Sphaeram barbaricam, ad illa verba:

Aut solo vectatus equo. nunc arma movebit.

deque armatura intelligendum monuit. Sed mendum hic subesse existimo, legendumque in lemmate: περὶ ἄθλου, et deinceps: τὸ δὲ ἆθλον τὸ λεγόμενον, etc. est enim ἆθλον, βραβεῖον, corona, τελευταῖον καὶ ἐπὶ πᾶσι, finis scilicet et quasi scopus, quem sibi tandem post exantlatos labores maximos proponunt agonistae. Sic ipse Artemidor. in praecedenti cap. τὰ ἆθλα καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ ἐπὶ τέλος ἄγει, ὅταν μέχρι στεφάνου τις ἀφίκηται.

Ἄθλον.] Glossae veteres: Ἄθλον, *Missum.* quod temere reficiendum non puto, quamvis in codice ms. legatur: *miserum.*

Pag. LIV.

Οἱ μὲν πάνυ παλαιοὶ τὸ λούεσθαι οὐ καλὸν ἐνόμιζον εἶναι· βλακείᾳ γὰρ οὐκ ἤδεσαν.] Suidas in voce Βαλανειομφιάλους. ὅτι τὸ καταρχὰς μὴ ὄντων βαλανείων, ἐν ταῖς σκάφαις καὶ πυέλοις οἱ ἀρχαῖοι ἐλούοντο.

Ἐν ταῖς λεγομέναις ἀσαμίνθοις ἐλούοντο.] Homer. Iliad. K. sub finem:

Ἓς β' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας λούσαντο.

Suidas: ἀσάμινθος ἡ πύελος, ἡ σκάφη. ἐν αἷς οἱ ἀρχαῖοι ἐλούοντο· οὐκ ἦσαν γὰρ βαλανεῖα. παρὰ τὸ ἄσιν μινύθειν. Scholiast. Homeri: ἀσαμίνθους, πυέλους, σκάφας, παρὰ τὸ τὴν ἄσιν, τὸν ῥύπον μινύθειν. Asaminthi meminit etiam Pollux l. X. cap. περὶ τῶν ἐν τῷ βαλανείῳ σκευῶν.

Ἔτι δὲ ἀγωνίαν καὶ τὰ δεῖκα τῆς ψυχῆς.] Scribe: τὰ δεινὰ τῆς ψυχῆς.

Ἢ πόλεμον καταστρεψάμενοι, ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου ἐλούοντο.] quod in Homeri rhapsodia observatur non semel. et notat Athenaeus l. I.: Ἴσασι δὲ καὶ λουτρὰ ἄκη πόνων παντοίων. κόπον μὲν θαλάττῃ λύοντες, ἢ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ πρόσφορος· ἀναχαλῶντες δὲ ταῖς ἐμβάσεσι τὰς τῶν μυῶν συντάσεις, εἶτ' ἐπαλείφοντες λίπα, πρὸς τὸ μὴ ξηρανθέντος τοῦ ὕδατος ἀπεσκληρυμένα γίνεσθαι τὰ σώματα, etc.

Καὶ ἐστὶ, νῦν τὸ βαλανεῖον οὐδὲν ἄλλο ἢ ὁδὸς ἐπὶ τροφήν.] Aliter legitur in Suida: ἔστι δὲ τὸ βαλανεῖον ὁδὸς ἐπὶ τρυφήν, nec male.

Οἱ περὶ μεγάλων ἀγωνιῶντες ἐν τοῖς ἱματίοις ἱδροῦσι.] Persius Sat. III.:

Quae pater adductis sudans audiret amicis.

Vetus Interpres: *sudans, id est, sollicitus de spe filii recitantis.* scilicet tanquam de re maximi momenti.

Pag. LV.

Οἶδα δέ τινα κιθαρῳδὸν ἐν Σμύρνῃ.] Ephesius erat Artemidorus. Smyrna autem dicta Ephesus. Strabo l. XIV.

postquam recensuit XII. Ionicas urbes: προσελήφθη δὲ ὕστερον καὶ Σμύρνα, εἰς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς σύγκοικοι τὸ παλαιὸν, ἡνίκα καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος. paullo post: Σμύρνα δ' ἦν Ἀμαζὼν ἡ κατασχοῦσα τὴν Ἔφεσον· ἀφ' ἧς τοὔνομα καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῇ πόλει. Eustathius ad Dionysii periegesin: καὶ ἡ Σμύρνα δὲ Ἀμαζὼν οὖσα καὶ αὐτὴ, κατασχεῖν τὴν Ἔφεσον λέγεται, ἀφ' ἧς καὶ Σμύρνα τόπος Ἐφέσου, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἔφεσον Σμύρναν κληθῆναι λέγουσι.

Πανύασις ὁ Ἁλικαρνασσεύς.] Suidas: Πανύασις Ἁλικαρνασσεὺς, νεώτερος, φιλόσοφος περὶ ὀνείρων βιβλία β.

Σεργίδες.] Scribe: στελγίδες. Suidas ex hoc Artemidori loco: στελγίδες καὶ καταμάγια, τὰ εἰς τὸ λούεσθαι χρειώδη, καὶ ξύστραι, καὶ λήκυθος, καὶ ξυστροφύλαξ, εἴδη λουτροῖς ἐπιτήδεια.

Ξύστραι.] Glossae veteres: Ξύστρα, *strigila*, *strigilis*. ξυστροποιὸς, *strigilarius*. ξύω, *rado*, *stricto*. rectius in cod. ms. *strigo*, *polio*.

Λήκυθος.] Glossae sub titulo de aereis: *Ampulla*, λήκυθος. vide Suidam.

Pag. LVI.

Δοκεῖ δέ μοι — Σωκρατικοῦ.] Socrates in Xenophontis Symposio: ἀλλὰ πίνειν μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ. τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἅρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. quae verba etiam citantur ab Athenaeo lib. XI. Deipnosophist.

Μυρτίτην.] Vinum myrteum M. Catoni l. de re rust. cap. CXXV. myrtites Plinio l. XIV. c. XVI.

Ὄξος δὲ πίνειν δοκεῖν, στασιάσαι σημαίνει πρὸς τοὺς οἰκείους.] Aristophanes in Equitibus:

ἐμαχόμεθ' αὐτοῖσι θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες.

Διὰ τὴν τοῦ σώματος συστροφήν.] Ea vero συστροφὴ contingit ob aceti acrimoniam, quam Plinius *nequitiam* vocavit l. XIV. c. XX.: *aceti nequitiae*, inquit, *inest vir-*

tus ad magnos usus. Arnobius *perfidiam*, lib. I. adv. gent.: *sub ipsis in potu labris in acoris perfidiam vinum repente mutari.*

"Εστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο ὁ γάρος ἢ σηπεδών.] Vetus Glossarium: Γάρον, *liquamen.* Suidas: Γάρος ἀρσενικῶς λέγεται. ἔστι δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ σηπεδών. Plin. lib. XXXI. c. VII.: *aliud etiammum liquoris exquisiti genus, quod garon vocavere, intestinis piscium, ceterisque, quae abiicienda essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies.* Idem l. IX. c. VII. ubi de mullis: *Marcus Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in sociorum garo, nam ea quoque res cognomen invenit, necari eos praecelleus putavit, atque e iecore eorum alecem excogitare provocavit.* Apicius in Polytele: *fungi fuginei elixi calidi exsiccati in garo, pipere accipiuntur, ita ut piper cum liquamine teras.* ad eumque locum multa erudite notavit Gabriel Hummelbergius.

Pag. LVII.

"Ετι τὰ κεράτινα καὶ διὰ τὴν ἀρχαιότητα ἀγαθά.] Interpres Homeri ad illud Iliad. Θ.:

Οἷόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.·

ἐγκεράσασα, inquit, εἰς κέρας. πρὸ τοῦ γὰρ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, εἰς κέρας ἔπινον. Athenaeus l. XI.: τοὺς πρώτους λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν, ἀφ' οὗ τὸν Διόνυσον κερατοφυᾶ πλάττεσθαι· ἔτι δὲ ταῦρον καλεῖσθαι ὑπὸ πολλῶν ποιητῶν. ubi multa enim ibi de poculis corneis.

Τὰ δὲ ὑάλινα τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὸ διαφανές.] Horat. l. I. od. XVIII.: *Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.* Plinius l. XIV. cap. ult. ubi de ebrietate: *Tunc animi secreta proferuntur. alii testamenta sua nuncupant. alii mortifera loquuntur. redituraeque per iugulum voces non continent, quammultis ita interemptis. vulgoque veritas iam attributa vino est.*

Σέρις.] Plinius l. XX. c. VIII. Dioscorides l. II. c. CLX: Σέρις δισσή. ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρὶς, ἡ καὶ κιχώριον καλουμένη. ἡ δέ τις ἐστὶ καὶ πλατυφυλλοτέρα καὶ εὐστομαχωτέρα τῆς κηπευτῆς. Suidas: Σέρεις εἶδος λαχάνων, τὰ παρ' ἡμῖν σεῖρικα λεγόμενα. αἱ πικρίδες παρ' ἄλλοις. ἢ μᾶλλον τ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, μακεδονήσια.

Θριδακίναι καὶ εἴτι ἄλλο ὅμοιον.] fortasse legendum: Θριδακίναι καὶ πικρίδες, καὶ εἴτι ἄλλο, etc.

Pag. LVIII.

Ἐπειδὴ ἄμπελος μόνη κράμβη οὐ περιπλέκεται.] Crambe sive brassica viti adeoque vino inimica, τὰς ἐκ κραιπάλης καὶ οἴνου κακίας σβέννυσιν ἐπιλαμβανομένη, ut ait Dioscorides l. II. c. CXLVI. Cic. l. II. de N. D.: *Vites a caulibus brassicisque, si prope sati sint, ut a pestiferis et nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.* Plin. l. XX. c. IX.: *Hanc alii crambem petream vocant, inimicissimam vino, quam praecipue vitis fugiat; aut, si non possit fugere, moriatur.* Suidas: Κράμβη τῷ κάρῳ ἀντιβαίνουσα, ὅθεν καὶ πρώτη ἐν συμποσίοις δίδοται, καὶ παρ' ἄμπελον οὐ φυτεύεται.

Πέπονα γὰρ τὸ προσφιλὲς οἱ ποιηταὶ καλοῦσι.] Suidas: πέπων, προσφιλέστατε, προσηνέστατε.

Καὶ γὰρ τὸ ἔκλυτον πέπον καλεῖται.] Suidas: πέπονες, ἔκλυτοι, ἀσθενεῖς.

Εἴ τις πολλὰ κρόμμυα δόξειεν ἐσθίειν.] Suidas: κρόμμυα ἐσθίειν, ἴσον τῷ κλαίειν. Aristophanes in Ranis: Τί δῆτα κλαίεις; Δι. κρομμύων ὀσφραίνομαι. Scholiastes: σημαίνει τὸ δακρύειν ἀκουσίως. τοῦτο γὰρ συμβαίνει τοῖς ὀσφραινομένοις κρομμύων. ita enim reficiendus mihi videtur ille locus.

Πισσοῦ.] Glossae veteres: πισσὸς, *Pisus*. Item: *Pisus*, πῆσσος. Scholiast. Aristophanis in Pluto: λέκιθος δὲ κυρίως τὸ ξανθὸν τοῦ ὠοῦ, διὰ τὸ τῷ λέπει κεύθεσθαι. ἔστι δὲ

καὶ εἶδος ὀστρίου, ὃ καλεῖται πίσον. ὅτι ἐν Πίσᾳ τῆς Ἤλιδος κατακόρως φύεται, διὰ τὸ ἐοικέναι τὴν χροιὰν λευκίθῳ ὠοῦ.

Ἔρεγμὸς δὲ καὶ κύαμος.] Vetus Glossarium: *Faba frensa*, Ἔρεγμός. *Faba solida*, Κυαμος. Festus: *Frendere, est frangere; unde et faba fressa.*

Κύαμος πνεύματος ποιητικὸς ἀτόπου.] Hippocrates l. II. de victus rat.: κύαμοι, τρόφιμόν τι, καὶ στατικὸν, καὶ φυσώδες. φυσώδες μὲν, ὅτι οὐ δέχονται οἱ πόροι τὴν τροφὴν ἄλλην ἐπιοῦσαν. Didymus in Geoponicis collectis a Cassiano Basso Scholastico, lib. II.: οἱ δὲ φυσικοὶ φασι τοὺς κυάμους ἀμβρύνειν τὰς καρδίας τῶν ἐσθιόντων αὐτούς. διὸ καὶ ἐμποδίζειν ταῖς εὐθυνεσίαις νομίζονται. εἰσὶ γὰρ πνευματώδεις. Theophrastus l. V. caus. natural.: οἱ Πυθαγόρειοι ἀπηγορεύκασιν τῷ κυάμῳ χρῆσθαι· καὶ γὰρ πνευματοποιὸν καὶ δυσπεπτον· καὶ τοὺς ὀνείρους τεταραγμένους ἡμῖν ἐμποιεῖ. Tertull. l. de An. c. XLVIII.: *Pythagorici fabam respuunt, onerosum et inflatum pabulum.* Vid. Cl. Alexand. Stromat. III. et A. Gellius l. IV. c. XI.

Ὅτι πάσης τελετῆς καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀπελήλαται.] quod Aegyptiis quidem usitatum fuit, qui fabam impurum legumen censebant, ut tradit Herodotus in Euterpe: κυάμους δὲ οὔτέ τι μάλα σπείρουσι Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τούς τε γενομένους οὔτε τρώγουσι, οὔτε ἕψοντες ἐσθίουσι. οἱ δὲ δὴ ἱερέες, οὐδὲ ὁρέοντες ἀνέχονται, νομίζοντες οὐ καθαρόν μιν εἶναι ὄσπριον. Pompeius Festus: *Fabam nec tangere nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. nam et lemuralibus iacitur larvis, et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore eius luctus litterae apparere videntur.* Faba igitur minime ab omnibus sacris reiecta. Plin. l. XVIII. c. XII.: *quin et prisco ritu fabacia suae relligionis Diis in sacro est.* Macrob. l. I. Saturnal. c. XII.: *et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione Brutus habebatur idoneus emendationi publicae status, hanc Deam, quae vitalibus praeest, templo sa-*

cravit. cui pulte fabacia et larido sacrificatur; quod his maxime rebus vires corporis roborentur. nam et Calendae Iuniae Fabariae vulgo vocantur: quia hoc mense adultae fabae divinis rebus adhibentur. Pollux l. VI. c. IX.: κύαμοι, οἱ καὶ πύανοι, ἀφ' ὧν καὶ τὰ πυανέψια ἑορτή. Videatur Harpocration.

Pag. LIX.

Κατάλληλοι μὲν γὰρ πέντε οἱ ῥυπαροὶ ἄρτοι· πλουσίῳ δὲ οἱ παντελῶς καθαροί.] Hanc panis diversitatem luxuriae tribuit Plinius l. XIX. c. IV.: *Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro, pauperibus interdicta.* et paullo post: *e frugibus quoque quoddam alimentum sibi excogitasse luxuriam, ac medullam tantum earum, superque pistrinarum operibus et caelaturis vivere, alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus usque ad infimam plebem descendente annona.* Panis καθαρὸς, mundus, Lamprid. in Alex. Severo: *panis mundi pondo XXX, panis sequentis ad donandum pondo L.* Panis pulcerrimus Horat. Sat. V. l. I. Pollux l. VI. c. XI.: Αἰγύπτιοι δὲ τοὺς εἰς ὀξὺ ἀνηνεγμένους ἄρτους καλλιστεῖς ὠνόμαζον. Didymus l. II. Geoponicorum: σταφυλὰς πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἀρτοποιεῖν βάλλοντες εἰς ὕδωρ, τῇ ἐξῆς τὰς ἐπιπλεούσας ἄραντες συμπιέζουσι, καὶ τῇ ῥυείσῃ νοτίδι ἀντὶ ζύμης χρῶνται, καὶ ποιοῦσι τοὺς ἄρτους ἡδίους καὶ λαμπροτέρους. Panis ῥυπαρὸς, sordidus, furfuribus consparsus. panis niger, Martialis epig. LVII. lib. XI.:

— nigro pane carere potes.

panes sordidi, magni. Athenaeus l. III.: Πλάτων δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Νυκτὶ μακρᾷ τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς, κιλικίους ὀνομάζει. Panem ῥυπαρὸν innuit Persius Sat. III. cum ait:

Durum olus, et populi cribro decussa farina.

Glossae veteres hanc farinam interpretantur, *panum non delicio-*

deliciosius cribro discussum, sed plebeium, de populi annona, id est, fiscalem. qualem fortasse Lampridius vocat *panem sequentem*, et Horatius *secundum*, lib. II. Ep.:

— vivit siliquis et pane secundo.

Sic invenio δευτερείους ἄρτους apud Geoponicorum auctores l. II. ut apud Plinium *deuteria, secundaria, et operaria vina*, l. XIV. c. X. et apud Dioscoridem l. V. c. XIII.: οἶνον δευτέριον καὶ ἀδύναμον. Sic etiam *cibarium panem*. M. Tull. Tusculan. V.: *Ptolemaeo peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis, cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.* Apulei. l. VI. Metam.: *et frusto cibarii panis ei proiecto, cubitum facessit.*

Ἀτονίαν.] L. ἀτονίαν.

Ἔστι δὲ τὰ πρόβατα οὐδὲν ἄλλο ἢ ἄνθρωποι.] Ipse Artemid. l. II. c. XII.: πρόβατα ἀνθρώποις ἐοίκασι, διὰ τὸ πείθεσθαι τῷ ποιμένι καὶ συναυλίζεσθαι. Ideoque reges dicti ποιμένες λαῶν. Clem. Alex. Strom. I.: προγυμνασία γὰρ βασιλείας, τῷ μέλλοντι τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιστατεῖν ἀγέλης, ἡ ποιμενική· καθάπερ καὶ τοῖς πολεμικοῖς τῇ φύσει ἡ θηρευτική. Disertissime Philo Iudaeus libro qui inscribitur: Βίος πολιτικοῦ. Ὅθεν οἶμαι, inquit, καὶ τὸ ποιητικὸν γένος ποιμένας λαῶν τοὺς βασιλεῖς εἴωθεν ὀνομάζειν. ὁ γὰρ τὴν ποιμενικὴν ἄκρος, ἄριστος ἂν εἴη καὶ βασιλεύς, τῆς καλλίστης ζώων ἀγέλης ἀνθρώπων τὴν ἐπιμέλειαν ἐν ταῖς ἐλάττονος σπουδῆς ἀξίαις ἀναδιδαχθείς. καὶ καθάπερ τῷ μέλλοντι πολεμαρχεῖν καὶ στρατηγεῖν ἀναγκαιότατα αἱ περὶ τὰ κυνηγέσια μελέται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἷς ἐλπὶς ἐπιτροπεῦσαι πόλεως, οἰκειότατον ποιμενική, προαγωγή τις οὖσα στρατηγίας.

Βόεια.] Glossographi veteres, titulo περὶ κρεῶν: *Bubal*, βόειον.

Δούλοις δὲ βασάνους διὰ τὸν ἰμάντα καὶ τὴν ταυρίαν.] Servos scilicet vivos mortui saepe incursabant boves, ut loquitur Plautus. castigabantur enim illi taureis, bubulis coriis, bubulis exuviis, censione bubula, bubulis mo-

mumentis, bubulis coriabis. ideoque dicti *bucaedae.* Ταυρία, Taurea. Iuvenal. Sat. VI.:

— — taurea punit
Continuo flexi crimen facinusque capilli.

Glossae veteres: *Taureae, plagae, nervi.*

Τοῖς δὲ ἐν χειμῶνι διάγουσιν ἀγαθὰ τετήρηται.] Corruptum hunc locum repentina sed certissima coniectura felicissime restituit magnus ille Isac. Casaubonus: τὰ δὲ αἴγεια τοῖς ἐν χειμῶνι διάγουσιν ἀγαθὰ τετήρηται.

Ὅτι χειμῶνι ὁμώνυμα ὄντα τὰ ζῶα ἀνήρηται.] αἶγες scilicet, caprae. αἰγὶς autem est χειμών. Ipse Artemidorus l. II. c. XII.: αἶγες πᾶσαι πονηραὶ, καὶ μάλιστα τοῖς πλέουσι· καὶ γὰρ τὰ μεγάλα κύματα αἶγας ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν.

Pag. LX.

Ἐπεὶ μὴ κρατεῖ ἡ ἡμετέρα φύσις ὠμῶν κρεῶν.] Hippocrates lib. II. de victus ratione: τὰ δὲ ἔνωμα τροφώδεα καὶ ἐρευγμώδεά ἐστι, διότι δεῖ τῷ πυρὶ κατεργασθῆναι, ταῦτα ἡ κοιλίη διαπρήσσεται ἀσθενεστέρα ἐοῦσα τῶν ἐσθιόντων.

Ὡς γε φιλεῖ γενέσθαι ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ.] Hannibalem humanis corporibus vesci militem suum docuisse ait Livius l. XXIV.: *Hunc natura et moribus immitem ferumque, insuper dux ipse efferavit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis, et, quod proloqui etiam piget, vesci humanis corporibus docendo. hos infandis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, videre atque habere dominos,* etc. Arnobius l. II.: *et ad ultimum vi famis humanis cadaveribus incubarent.* D. Chrysostomus Homilia in S. Lucianum: καὶ ἵνα μάθῃς, ὅσον ἐστὶ λιμὸς, καὶ τέκνων ἀπεγεύσαντο μητέρες πολλάκις τὴν τοῦ κακοῦ τούτου βίαν οὐκ ἐνεγκοῦσαι· καὶ ταύτην τὴν συμφορὰν τραγῳδῶν ὁ προφήτης ἔλεγε, Χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρμόνων ἥψησαν τὰ τέκνα αὐτῶν. οὓς ἔτεκον κατήσθιον, καὶ τῶν γεννηθέντων παιδίων ἡ τεκοῦσα γαστὴρ ἐγένετο τάφος, καὶ φύσεως ἐκράτη-

εεν ὁ λιμός. Vid. Plin. l. VII. c. II. Iuvenal. Sat. XV. Petron. sub finem Satyr.

Τρόπον γάρ τινα — ἐσθίουσιν ἀλλήλους.] Homines mutua hominum opera res omnes, sine quibus vita retineri nequit, sibi comparant, ideoque quasi hominibus ipsis vesci videntur. Sic Diomedem poetae, quia opes suas omnes alendis equis prodigebat, equos ἀνδροφάγους habuisse fabulati sunt. Phurnutus: καὶ μέχρι τούτου ἵπποις ἤδετο, ἕως οὗ τὰ αὐτοῦ ἀπώλεσε, καὶ πάντα πωλῶν κατηνάλωσεν εἰς τὴν τῶν ἵππων τροφήν. οἱ οὖν φίλοι τοὺς ἵππους ἀνδροφάγους ὠνόμασαν.

Τοὺς ἄλλους γεγονότας.] L. τ. ἄλλως γ.

Pag. LXI.

Διὰ γὰρ τῶν ἁλῶν ἐπιπολὺ τηρεῖται.] Salem divinum Homerus vocavit, eo quod putredinem et quasi mortalitatem a carnibus arceat. Plutarchus Symposiac. VI. problem. X.: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σκόπει, μὴ κἀκεῖνο θεῖον αὐτῷ συμβέβηκεν, ὅτι τῶν σωμάτων τὰ νεκρὰ διατηροῦν ἄσηπτα καὶ μόνιμα πολὺν χρόνον, ἀντιτάττεται τῷ θανάτῳ, καὶ οὐκ ἐᾷ παντελῶς ἐξολέσθαι καὶ ἀφανισθῆναι τὸ θνητόν. ἀλλὰ ὥσπερ ἡ ψυχή, θειότατον οὖσα τῶν ἡμετέρων, τὰ ζῶα συνέχει, καὶ βεῖν οὐκ ἐᾷ τὸν ὄγκον, οὕτως ἡ τῶν ἁλῶν φύσις τὰ νεκρὰ παραλαμβάνουσα, καὶ μιμουμένη τὸ τῆς ψυχῆς ἔργον, ἀντιλαμβάνεται φερομένων ἐπὶ τὴν φθορὰν καὶ κρατεῖ καὶ ἵστησιν, ἁρμονίαν παρέχουσα καὶ φιλίαν πρὸς ἄλληλα τοῖς μέρεσι.

Διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἁλῶν τετῆχθαι.] Plutarch. Quaest. Nat. III.: τὴν πιμελὴν τήκουσιν οἱ ἅλες καὶ διαχέουσιν. unde et Virgil. I. Aeneid.:

— optata potiuntur Troes arena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt.

Οἱ δὲ τετυρωμένοι, δόλον καὶ ἐνέδραν σημαίνουσι. ταῦτα γὰρ καὶ ὁ τυρὸς προαγορεύει.] scilicet propter homonymiam

verbi τυρεύειν. videatur Pollux l. VI. c. XXXII. et Eustathius ad Iliad. Λ.

Ἦν γὰρ ὁ πυραμοῦς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπινίκιος.] Schol. Aristoph. ad Equit.: Πυραμοῦς δὲ, εἶδος πλακοῦντος ἐκ μέλιτος ἑφθοῦ καὶ τυρῶν πεφρυγμένων. ὡς καὶ σησαμοῦς τὸ διὰ σησάμων. ταῦτα δὲ ἐτίθεσαν ἆθλα τοῖς διαγρυπνηταῖς. εἰώθασι δὲ ἐν τοῖς συμποσίοις ἁμιλλᾶσθαι περὶ ἀγρυπνίας, καὶ ὁ διαγρυπνήσας μέχρι τῆς ἕω, ἐλάμβανε τὸν πυραμοῦντα. eademque fere verba reperiuntur etiam in Suida.

Τὰ δὲ χειμερινὰ κυδώνια καλούμενα, λυπηρὰ διὰ τὸ στύφον.] Hippocrates l. II. περὶ διαίτ.: Κυδώνια, στυπτικὰ, καὶ οὐ διαχωρέουσιν. Cydonia, cotonea, Plin. l. XIII. c. XI.

Pag. LXII.

Καὶ τὰ λεγόμενα λεπτοκάρυα.] Veteres Glossae: Λεπτοκάρυον, *avellanum, corilum.* et tit. περὶ δένδρων: *Avolana,* λεπτοκάρυα. Κάρυα ποντικά. Dioscorid. l. I. c. CCLXXX.: τὰ δὲ ποντικὰ, ἃ ἔνιοι λεπτοκάρυα καλοῦσιν, ἐστὶ κακοστόμαχα. in Geoponicis extat caput περὶ ποντικοῦ τοῦ καλουμένου λεπτοκαρύου. e Ponto scilicet venere, et ideo Ponticae nuces vocantur, ut ait Plin. l. XV. c. XXII. In vetere Glossario. *Calvae,* ποντικὰ πεφρυγμένα. per archaïsmum vero: *galbae,* Plin. ibid.

Καὶ ὅσα πατάσσεται ταραχὰς διὰ τὸν ψόφον σημ.] Nuces cadendo tripudium sonumque faciunt: ideo nuptialium fescenninorum comites, et nuptiis religiosae. sed aliam rationem magis probat Plinius: *Nec non et honor his naturae peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinari primum calycis, mox ligni putaminis. quae causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis facta munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumve faciant.* Servius ad illud Eclogae VIII.: *Sparge marite nuces. ideo a novo marito nuces spargi debere dicitur, quod proiectae in terram tripudium solistimum*

faciunt, quod auspicium ad rem patrandam optimum est. vel ideo a pueris aspergendas nuces cum strepitu et convicio flagitari, nequid nova nupta audiat adversum, quo dies nuptiarum divimatur. Idem: *nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, ut rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellae vox virginitatem deponentis possit audiri.* Catullus:

Da nuces pueris, iners
Concubine. satis diu
Lusisti nucibus.

Δουλείας καὶ ὑποταγῆς διὰ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον.] Acdestis fabulam innuit, quae narratur a Clem. Alexand. in Protrept. et Arnobio l. V. adv. gent.

Περσικά.] Persicorum duo genera supernatia et popularia, Plin. l. XIII. c. XII. Persicum malum, mollusca nux Plauto et Suevio apud Macrob. l. II. Saturn. c. XIV. Diphilus Siphnius apud Athenaeum l. III.: Περσικὰ λεγόμενα μῆλα, ὑπό τινων δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα, μέσως ἐστὶν εὔχυλα, θρεπτικώτερα δὲ τῶν μήλων.

Βερόκκια.] Scribendum videtur πραικόκια. Martial. l. XIII. epigr. XLVI.:

Vilia maternis fueramus praecoqua ramis.
Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

Plin. l. XIII. c. XII.: *aestate praecocia intra XXX dies reperta.* Dioscorid. l. I. c. CLXVI.: τὰ δὲ μικρότερα καλούμενα ἀρμένια, ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια, εὐστομαχώτερα τῶν εἰρημένων εἰσί. in quibusdam tamen codicibus legitur: βρεκόκια: et in Suida: κοκκύμηλα εἶδος ὀπωρῶν τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα βερίκοκκα.

Καὶ πάντα τὰ ὅμοια.] ὡραῖα, scilicet, quae fugacia sunt decerpique properant, quorum velocitas cito mitescentium transvolat, coguntque se venundari.

Ἐπεὶ τὸ δένδρον.] L. ἐπὶ τὸ δ.

Οἶδα δὲ ἐξ αὐτῶν παρά τισι καὶ ποτὸν σκευαζόμενον.] Plin. l. XIV. c. XVI.: vinum fit et e siliqua Syriaca, et e piris malorumque omnibus generibus.

Pag. LXIII.

Πίνακες.] Glossae veteres: Πίναξ, *catinus*. Item: *Catillus* πίναξ. reperies etiam πινάκια, πινακίσκους, πινακίσκια apud Pollue. l. VI. c. XII. et l. X. c. XXIII.

Παροψίδες.] Suidas: παροψὶς, ἐμβάφιον, ὀξυβάφιον.

Λυχνία.] Pollux: λυχνίον, ἐφ' οὗ ἐντίθεται ὁ λύχνος, ἡ καλουμένη λυχνία.

Διὰ τὸ εὐαπόσβεστον.] Hadriano interroganti: Quid est homo? Epictetus resp. Lucerna in vento posita.

Καὶ ἔρωτα διὰ τὸ ἀναλάμπειν.] Hadriano interroganti: Quare Venus Vulcano nupta est? Epictetus resp. Ostendit amorem amore incendi.

Τράπεζα δὲ τρίποδος οὐδὲν διαφέρει.] Pollux l. X. c. XXIII.: ἡ ὑποκειμένη τοῖς ὄψεσι τράπεζα καὶ τρίπους ἂν καλοῖτο.

Οἱ τοῖχοι τῶν κλινῶν.] Spondae, ἐνήλατα, latera lectorum. ut in Anthelog. l. I. c. XXXIII. τοῖχος νεώς. unde et τοιχάρχος apud Artemidorum sup.

Τραπεζοφόροι.] Iul. Paulus l. III. de Supellect. leg.: *Supellectili legata haec continentur, mensae, trapezophora, delficae*, etc. trapezophora, abaci e quibus vina ministrantur. Glossae veteres: Τραπεζοφόρον, *Caliclare*. ἐφ' οὗ δὴ τὰς κύλικας οἰνοχόοι ἐτίθεντο, ut loquitur Procopius: vel ut Pollux l. X. c. XIX.: ἐφ' οὗ τὰ ἐκπώματα κατάκεινται. de delficis olim edidit princeps Iurisconsultorum Iacobus Cuiacius Observat. X. c. XIII. Fortean vero scripserat Glossographus *Culicare* a calice; ut Iuvenalis Interpres a culice culicare, ad Sat. VI.: *Latine*, inquit, *conopeum culicare dicunt*. Sed [in aliis] Glossis legere memini: Πετηκιδάκη, *Caliclarium*.

Ἀγκῶνες δὲ καὶ πάντα τὰ προεπτυσσόμενα τὸ κύσμιον τοῦ βίου σημ.] Suidas: ἀγκῶνες δὲ καὶ πάντα τὰ προεπτυσσόμενα κατ' ὄναρ, τὸ κύσμιον τοῦ βίου σημαίνει. Glossarium vetus: ἀγκωνίσμος, *hoc cubital.* codex ms. ἀγκὼν ὁ δεσμὸς, Cubital.

Pag. LXIV.

Πυργίσκοι καὶ θησαυροφυλάκια.] Suid.: πυργίσκοι καὶ θησαυροφυλάκια, σκεύη κατ' οἶκον.

Μυρίζεσθαι γυναιξὶ — μοιχευομένων.] Odor scilicet deprehensionem significat apud Artemidor. passim.

Ἀνδράσι δὲ πρὸς αἰσχύνην ἔσται.] Viros unguenta olere turpe et indecorum est. unguentatos enim καὶ ζῶντας μύρου τί ἂν τις φαίη τούτους ἰδών; ἀτεχνῶς, καθάπερ μετωποσκόπος ἐκ τοῦ σχήματος αὐτοὺς καταμαντεύεται μοιχούς τε καὶ ἀνδρογύνους. Cl. Alexand. l. III. Paedag. c. III. Phaedrus Aug. Libertus l. V. fab. LXXXIII.:

> Unguento delibutus, vestitu adfluens,
> Veniebat gressu delicato et languido.
> Hunc ubi tyrannus vidit extremo agmine:
> Quinam cinaedus ille in conspectu meo
> Audet venire?

Vespasianus narrante Suetonio adolescentulum fragrantem unguento. cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit: Maluissem allium oboluisses. Unguentis sese unctitant feminae, ut elegantiores sint et mundiores, ait Pomponius l. XXI. De aur. arg. leg. Plinius vero lib. XIII. c. III. summam unguentorum commendationem esse scribit, ut transeunte femina odor invitet etiam aliud agentes. Cl. Alexand. l. II. Paed. c. VIII.: μυρίζεσθαι ἥδιους ἐστὶν ἑταιρικοῦ διαβολὴ, καὶ φάρμακον ἐρεθισμῶν.

Πλὴν τῶν ἔθος ἐχόντων μυρίζεσθαι.] Quibusdam moris est unguentis uti non voluptatis, sed valetudinis causa, ut notat Pomponius loc. cit. Clemens: οὐ γὰρ κατὰ πάντα

ἀποσκορακιστέον τὴν χρῆσιν αὐτῶν, ἀλλ' ὥςπερ Φαρμάκῳ καὶ βοηθήματι χρηστέον τῷ μύρῳ· πρός τε τὸ ἐπεγεῖραι τὴν ἀπαυδῶσαν δύναμιν, καὶ πρὸς τοὺς κατάῤῥους, καὶ πρὸς τὰς καταψύξεις, δυσαρέστησίν τε. ὑγείας μέρος μέγιστον, ὀδμὰς ἐγκεφάλων χρηστὰς ποιεῖν. Sed magis est ut his verbis τῶν ἔθος ἐχόντων μυρίζεσθαι, cinaedos et draucos notet Artemidorus, qui solent μυρίζεσθαι voluptatis et nequitiae gratia. et obscoenorum dominorum praecipua erat cura delicatos saepe linire. qua de re nimis multa passim.

Εὐφροσύνην δὲ — πρότερον ὀρχοῦνται, etc.] Saltationem umbram luxuriae vocat M. Cic. orat. pro Muraena, quia commissationem sequatur. *nemo enim fere*, inquit, *saltat sobrius, nisi forte insanit: neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto. intempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.* atque id omnino est quod ait Artemidor. Horatius Sat. I. lib. II.:

> Quid faciam? saltat Milonius, ut semel icto
> Accessit fervor capiti, numerusque lucernis.

Εἰ μὴ ὥςτερ δεσπότῃ ἀποτόμῳ καὶ ὠμῷ τῇ ἀρχῇ τὴν ἀποφορὰν ἀποδῶσι.] Scribe: τῇ γαστρὶ τὴν ἀποφορὰν ἀποδ. Ventris obsequium dixit Horatius Sat. VII. lib. II. ventri enim parendum domino acerbo, crudeli, inexorabili. ideoque arduam rem esse aiebat Cato verba facere ad ventrem qui auribus caret. et apud Aristophanem in Acharnens. pater filias famelicas compellans, non aures praebere iubet, sed ventrem:

> ἀκούετον δή ποτ' ἔχετ' ἐμὴν τὰν γαστέρα.

Homerus Odyss. H.:

> Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
> Ἔπλετο, ἥτ' ἐκέλευσεν ἔο μνήσασθαι ἀνάγκῃ.

hic vero locus citatur ab Athenaeo l. X. ubi et Alexis comicus ait:

Μάθοις τ' ἂν οἷον κακὸν ἀνθρώποις
Ἔσθ' ἡ γαστὴρ, διδάσκει οἵ', ἀναγκάζει θ' ὅσα,
Εἴ τις ἀφέλοι ταῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,
Οὐ δ' ἂν ἀδικοῖτ' οὐδὲν οὐδείς, οὔ θ' ὑβρίζοιτ' ἂν ἑκών.
Νῦν δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα γίνεται τὰ δυσχερῆ.

Propter hanc ventris crudelitatem fit, ut malo famis premi atrocissimum sit supplicii genus, τιμωρίᾳ δριμυτάτῃ ὁμοῦ καὶ μακροτάτῃ. ἁπάντων θανάτων χαλεπώτατος. D. Chrysostom. Homil. de S. Luciano: καθάπερ γὰρ δήμιός τις τοῖς στλάγχνοις ἔνδον καθήμενος, ἅπαντα καταξαίνει τὰ μέλη, πυρὸς παντὸς καὶ θηρίου σφοδρότερον κατεσθίων πάντοθεν τὸ σῶμα διηνεκῆ τινα καὶ ἄῤῥητον παρέχων ὀδύνην.

Τὴν ἀποφορὰν ἀπεδ.] Suid.: ἀποφορὴ παρὰ Ἡροδότῳ ἡ τελουμένη παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις.

Κωφὸν ἅμα καὶ ἄλαλον.] ἐκ γενετῆς κωφὸς, ἄλαλος. Alexand. Aphrodis. Problem.

Pag. LXV.

Ἵνα διανεύοι ὅσα βούλεται σημαίνειν.] Saltantium nutus et gestus loquaces erant, adeoque quod canebatur oculis subiiciebant. Vetus Epigramma:

Ingressus scenam populum saltator adorat,
Solerti pendet prodere verba manu.
Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
Quae resonat cantor, motibus ipse probat.
Tot linguae, quot membra viro, mirabilis ars est,
Quae facit articulos ore silente loqui.

Cassiodorus l. IV. Var. LI.: *horcistarum loquacissimae manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam musa Polyhymnia reperisse narratur, ostendens homines posse et sine oris affatu suum velle declarare*, etc. postrema haec verba rectam faciunt interpretationem illis Artemid.: ἵνα διανεύοι ὅσα βούλεται σημαίνειν. Idem Cassiodorus l. I. XX.: hanc partem musicae

disciplinae mutam nominavere maiores: scilicet, quae ore clauso manibus loquitur. Petronius apud Terentianum Maurum:

Memphitides puellae
Sacris Deum paratae.
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

Antipater epigrammatarius in statuam Pyladis saltatoris:

Θῆβαι γιγνώσκουσι τὸν ἐκ πυρός· οὐράνιος δὲ
Οὗτος ὁ παιμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος.

Leontius Scholasticus in statuam saltatoris:

Ὄμματά σοι, καὶ ταρσὰ, ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν
Δάκτυλα.

hinc illa apud Graecos saltationum vocabula: χειρῶν περιαγωγή. ἔνδειξις. ἐπίδειξις. ὀξυχειρία. εὐχειρία. ταχυχειρία. μορφάσαι. σχηματοποιήσασθαι. Item: χειρίσοφοι et χειρονόμοι, qui saturo gestu per multiplices figuras et schemata sub canticis historiam aut fabulam saltabant. veteres enim saltare dicebant ἐπιδεικτικῶς ὑποχήσασθαι. Sic Horatius saltare Cyclopa, Sat. V. l. I.:

Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat.

Arnob. l. V. adv. gent.: *saltatur Venus. saltatur Pessinuntia Dyndumene.* Apuleius Apol.: *mos in iuventute saltandis fabulis exossis plane et enervis.* Sic Iuvenal. Sat. VI.:

Cheironomon Ledam molli saltante Bathyllo
Tuccia vesicae non imperat.

hoc est, Tuccia prurit et pene crissat spectando Bathyllum, qui tam bene Ledam saltando repraesentat, ut ipse cheironomos Leda videatur. Pollux l. II.: χειρονομῆσαι τὸ ταῖν χεροῖν ἐν ῥυθμῷ κινηθῆναι.

Βατιλικὰ μὲν πρόσωπα — ὁ ὀρχηστής.] Petronius Sat.:

Grex agit in scena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet:

Mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies, dissimulata perit.

Vetus verbum est, mortales omnes histrioniam hic agere. postquam enim persona quam nobis Deus imposuit, et vita functi sumus, mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres.

Ὅπως δ' ἂν ὀρχήσηται δοῦλος — πληγάς.] Quum plebeiis ludis quidam paterfamilias, priusquam pompa induceretur, servum suum sub furca caesum medio egisset circo, T. Atinio Iupiter in quiete praecepit, ut Coss. diceret, ὅτι οὐ καλὸν ὀρχηστὴν ἔδωκαν, ὅτι κακὸν ὀρχηστὴν ἔστειλαν καὶ ἀτερπέστατον. praesultatorem sibi displicuisse.

Σταυρωθήσεται διὰ τὸ ὕψος.] Chrysalus servus in Plauti Bacchidib.:

Credo hercle adveniens nomen mutabit mihi,
Facietque ex templo Crucisalum me ex Chrysalo.

in crucem salire. in crucem excurrere, apud eundem nec semel.

Διὰ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν.] cruciarii dispessis manibus figebantur, ut apud comicos observare est.

Τὸ δὲ πυρρίχιζειν τὸ αὐτὸ τῷ ὀρχεῖσθαι σημ.] Suidas: Πυρρίχιζειν, μετὰ τῶν ὅπλων ὀρχεῖσθαι. Πυρρίχη, εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως. Agathias l. II.: Ναρσῆς δὲ ἐξασκεῖν γε ἐπιπλεῖον αὐτοὺς ἐκέλευε τὰ πολέμια, καὶ ἐπιρρώννυε τὸν θυμὸν ταῖς καθημέραν μελέταις· τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔς τε πυρρίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι. qui locus citatur a Suida in voce πυρρίχαις, nonnullis immutatis, nec nominato auctore. Athenaeus lib. XIV.: καὶ γὰρ ἐν τῇ μουσικῇ, καὶ τῇ τῶν σωμάτων ἐπιμελείᾳ περιεποιοῦντο τὴν ἀνδρείαν, καὶ πρὸς τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις κινήσεις ἐγυμνάζοντο μετὰ τῆς φδῆς, ὅθεν ἐκινήθησαν αἱ καλούμεναι πυρρίχαι. Vid. Xenophon initio l. VI. Κύρ. ἀναβ. Pollux lib. IV. c. XIII.

Τροχοπεσεῖν.] Saltatorium orbem vertere, Arnob. l. II. M. Cic. orat. in Pisonem: *ne tum quidem, cum illum*

suum saltatorium versaret orbem, fortunae rotam pertimescebat. apte ad sensum Artemidori. nisi mavis, quod magis mihi placet, istud verbi referre ad illam saltationis figuram, quae belle repraesentatur in Xenophontis convivio: *ὁρῶ γὰρ ἐγώ γε τήνδε τὴν ὀρχηστρίδα ἐφεστηκυῖαν, καὶ τροχοὺς τινὰ αὐτῇ προσφέροντα. ἐκ τούτου δὴ ἠύλει μὲν αὐτῇ ἡ ἑτέρα, παρεστηκὼς δέ τις τῇ ὀρχηστρίδι ἀνεδίδου τοὺς τροχοὺς μέχρι δώδεκα. ἡ δὲ, λαμβάνουσα ἅμα τε ὠρχεῖτο, καὶ ἀνερρίπτει δινουμένους· συντεκμαιρομένη ὅσον ἔδει ῥίπτειν ὕψος, ὡς ἐν ῥυθμῷ δέχεσθαι αὐτούς.*

Μαχαίρας περιδινεῖσθαι ἢ ἐκκυβιστᾶν.] fortean intelligit saltationis schema, quod a Pollucc et Suida vocatur *ξιφισμός*. unde et *ξιφίζειν* Hesychio. Suidas: *Ξιφισμὸς, σχῆμα ἐκ τῆς ἐμμελείας καλουμένης.* addendum videtur: *πυῤῥίχης.* vel legendum: *ἐκ τῆς ἐμμελείας οὕτω καλουμένης.* Quin potius significare voluit Artemid. periculosum illud saltandi schema, de quo etiam Xenophon in convivio: *μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν, εἰς οὗν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν· ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο, μήτι πάθῃ. ἡ δὲ θαῤῥούντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο.*

Pag. LXVI.

Στέφανοι νάρκισσῳ — ἱστορίαν.] Narcissus amore sui attenuatus intabuit ad Cephisum amnem mutatusque est in florem. Sed florem huiusmodi nervis inimicum caput gravantem a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero ait Plinius l. XXI. c. XIX. Plutarch. Symposiac. III.: *τὸν νάρκισσον ὠνόμασαν ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις· διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα, τουτέστι, χθονίων προσηγόρευκε.* quod Sophoclis dictum citatur etiam a Clem. Alexand. Paedag. II. c. VIII.

Ἔχει γὰρ τινὰ τὸ πορφυροῦν — θάνατον.] Eoque sensu dixit Homerus πορφύρεον θάνατον. et Virgil.: Purpuream animam. Vid. Aelian. Histor. animal. l. XVI. c. I.

Διὰ τὸ εὐμάραντον.] Plutarchus Sympos. III. problem. I.: τὸ δὲ ῥόδον ὠνόμασται δήπουθεν, ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφίησι· διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται. Ovidius:

Quam longa una dies, aetas tam longa rosarum;
Quas pubescentes iuncta senecta premit.

de floribus generatim Plin. l. XXI. c. I.: *natura flores odoresque in diem gignit: magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreant, celerrime marcescere.* Plutarch.: ἀνθινὴ μαραινομένη ἐν ταῖς χερσὶ τῶν στεφανηπλόκων.

Ἀμαράντους.] mirum in amaranto, gaudere decerpi, et lactius renasci. mirumque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reviviscit, et hibernas coronas facit. summa eius naturae in nomine est, appellato, quoniam non marcescat. Plin.

Σισυμβρίου.] Vetus Glossarium: Σίσυμβρον, εἶδος λαχάνου, *cunila.* Item: *Cunela*, θύμβρα. *Cunilium*, θύμβρος, εἶδος βοτάνης. Plin. l. XX.: *sisymbrium silvestre a quibusdam thymbraeum appellatum.* Duplex sisymbrium agnoscunt Dioscorid. et Plin. unum quod in riguis nascitur, alterum quod in sicco. in sicco ortum, odoratum est, ait Plin. et inseritur coronis, angustiore folio. Dioscorid.: Σισύμβριον, (οἱ δὲ ἔρτυλλον ἄγριον καλοῦσιν) ἐν χέρσοις φύεται. ἔοικε δὲ ἡδυόσμῳ κηπαίῳ, πλατυφυλλότερον δὲ καὶ εὐωδέστερον, στεφανωματικόν. coronam ex sisymbrio morbum significare ait Artemid., tamen apud Aristophanem σισύμβρια laetitiae voluptatisque signa sunt. Scholiast. σισύμβρια φύλλα, οἷς ἐστεφανοῦντο οἱ νυμφίοι.

Ἀμαράκου.] Amaracum inter στεφανωματικὰ ἄνθη recenset Theophrastus. quod etiam notatur ab Athenaeo l. XV. Amaracus et sampsychus idem Dioscorid. l. III.

c. XLVII. et Plin. l. XXI. c. XI. Mollis amaracus Virgil. I. Aen. Amaracus regius unguentarius fuit, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, maiorem ex confusione odorem creavit. unde optima unguenta amaracina dicuntur. hic postea in herbam sampsuchum dicitur versus. Servius.

Λαπάθου.] Glossae: Λάπαθον, λάχανον, *rumex, lapathium.*

Φρυγίου.] Plin. l. XXI. c. XI. amaracum Phrygium cognominatum fuisse ait. ἀμάρακος ὁ φρύγιος Theophrast. l. VI. et Athen. l. XIV.

Ἑλενίου.] Helenium e lacrumis Helenae dicitur natum et in Helena insula laudatissimum. Plin. l. XXI. c. X.

Ἀνεμώνης.] Anemone quae et Limonia vocatur Plin. l. XXI. c. XI. Glossae: Ἀνεμώνη, *Vaccinium, Saliuncula.* Ἀνεμώνιον, *vaccinium.* Item: *Vaccinium,* Ἄγχουσα, Ὑάκινθος. Item: *Saliunca,* ἀγριόροδον, λευκόροδον. Servius ad Eclog. V. *Saliunca, herbae genus, quam orcitunicam vocant.* Varia anemones genera enumerat Dioscorid. l. II. cap. CCVII.

Καὶ τῆς ῥοδοδάφνης.] Glossae: *Rosa graeca,* Λυχνὶς, ἡ Ῥοδοδάφνη. Item: *Taxus,* σμίλαξ, ῥοδοδάφνη. Item: Ῥοδοδάφνη, *Taxus, Viburna, Lauria, Andrum.* ms. *Lauriandrum.* Dioscorid. l. IV. c. LXXXII.: ῥοδόδενδρον, νήριον. Apul. IV. Metam.: Rosa Laurea.

Pag. LXVII.

Καὶ τὸ ἐπίθυμον.] ἐπίθυμον, θύμου ἐστὶν ἄνθος τοῦ σκληροτέρου. Dioscorid.

Καὶ τὸ μελίλωτον.] Plin. l. XXI. c. IX.: *Ergo in coronamenta folio venere melothron, spireon, trigonon, cneoron, quod casiam Hyginus vocat; et quod cunilaginem, quae conyza, melissophyllon, quod apiastrum, melilothon, quod sertulam Campanam vocamus.*

Σελίνων δὲ στέφανος, καὶ ὅτι ἐπιταφίῳ — οὗτος.] Suidas: Σέλινον, εἶδος λαχάνου. σελίνου δεῖται ὁ νοσῶν. ἐπεὶ ἐν ἐσχάταις πνοαῖς ὄντων τοὺς τάφους, ὅτε ἔμελλον τοὺς νεκροὺς τιθέναι, σελίνοις ἐστρώννυον. σελίνου στέφανος, πένθιμος. τὸ γὰρ σέλινον πένθεσι πρυσήκει. Plin. l. XX. c. XI. Selinum ad cibos admitiere olim omnino nefas fuisse notat. nam id defunctorum feralibus epulis dicatum esse; visus quoque claritati inimicum. Plutarch. in Timol.: ἀναβαίνοντι δὲ αὐτῷ πρὸς λόφον, ὃν ὑπερβάλλοντες ἔμελλον κατόψεσθαι τὸ στράτευμα καὶ τὴν δύναμιν τῶν πολεμίων, ἐμβάλλουσιν ἡμίονοι σέλινα κομίζοντες· καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπεικῶς στεφανοῦν σελίνοις. καὶ παροιμία τὶς ἐκ τούτου γέγονεν εἰς τὸν ἐπισφαλῶς νοσοῦντα, δεῖσθαι τοῦτον τοῦ σελίνου. Servius ad illud Virgil. Eclog. VI.:

— apio crines ornatus amaro.

apud antiquos indago erat species coronae de apio, sed in Nemeo agone, qui in honorem Archaemori institutus est. et volunt quidam hoc coronae genus ad indicium mortis electum.

Ἀθλητὰς δὲ ἀγαθούς.] Apio enim victores Nemei certaminis, ἐπιταφίου ἀγῶνος, coronabantur. ut patet ex illis Servii verbis, et Plutarchi in cod. Timol. et Plin. l. XIX. c. VIII.: *Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeae.* Isthmiorum quoque corona fuit. Plutarch. in Timol. et Sympos. V. quaest. III.

Καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ ἄρχειν ὁρμωμ. — οὓς δὲ ἀπόρους ποιοῦσιν.] in exemplari Cornarii scriptum fuisse videtur: τοὺς δὲ ἀφόβους.

Φοίνικος δὲ καὶ ἐλαίας στέφ. — ἀειθαλές.] Plutarch. Sympos. VIII. quaest. IX. palmam esse ait μακρόβιον, ἐμπεδόφυλλον, βεβαίως ἀείφυλλον. ideoque esse victoris praemium, ὅτι δεῖ τὴν τῶν νικηφόρων δόξαν ἄφθιτον καὶ ἀγήρω διαμένειν. Plurnutus tit. de Musis, in ea agnoscit τὸ ἀείζωον.

Κοινὸν δὲ ταῖς θεαῖς τὸ φυτόν.] Myrtum Dianae gratam fuisse refert Cl. Alex. Paedag. II. c. IX. Minervae Didymus Geoponic. XI. Veneri sacram fuisse vetus fabula est Servianis in Virgil. commentariis varie inserta. nam aliter ad illa verba l. III. Aeneid.:

— et densis hastilibus horrida myrtus.

aliter ad illa l. V.:

— velat materna tempora myrto.

Myrtum vero etiam ad Cererem pertinere dixit Artemid., propter virgas myrteas, quibus Bona illa Dea a Fauno marito caesa est, quod meri seriam ebibisset plenam. Sed in huius quoque fabulae narratione dissentiunt Plutarch. ἐν Ῥωμαϊκ. Arnob. l. V. adv. gent. Lactant. I. de falsa relig. Macrob. Saturn. I.

Στέφανοι κήρινοι.] Splenia de ceroto. coronae cerinae. quo modo apud Plaut. in Epid. cerinum dici vestimenti genus a cerae colore notat Marcellus. vel, si mavis, ceras intellige, quae magicis ad malas artes usui sunt.

Οἱ δὲ τῶν ἐρίων περ. — καταδέσμους σημ.] Huiusmodi coronae veneficiorum licia sunt et filamenta lanea discoloria. Virgilius in Pharmaceutria:

Terna tibi haec primum triplici diversa colore
Licia circumdo.

Idem: — et molli cinge haec altaria vitta.

Serv.: *molli vitta, lanea scilicet.* Petron.: *illa de sinu licium protulit varii coloris filis intortum, cervicemque vinxit meam.* Apul. in Apol.: *at si Virgilium legisses, profecto scisses alia quaeri ad hanc rem solere. ille enim, quantum scio, enumerat vittas molles, et verbenas pingues, et tura mascula, et licia discoloria.* Ovid. I. Amor. Eleg. VIII.:

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia.

χλωρὸς

Χλωρὸς γὰρ ὁ χρυσός.] Catull.: *Quantum saepe magis fulgore expalluit auri.* Diogenes interrogatus, διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη, ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

Pag. LXIX.

Οὐδὲν μέντοι καιναὶ γυναῖκες.] L. οὐδὲν μ. τ. κοινὸν αἱ γυν.

Pag. LXX.

Καὶ προσδεθεὶς κίονι.] Servos ad columnam verberari solitos fuisse indicat Nicobulus in Plauti Bacchid.:

— abducite hunc
Intro, atque adstringite ad columnam fortiter.

Pollux l. III. c. VIII. Hyperidem de servis dixisse notat, κρεμάσαι ἐκ τοῦ κίονος.

Καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἐνετάθη.] non intentus in venerem, sed extensus ad columnam.

Περὶ τῆς παρανόμου συνουσίας.] Inepta dissectio huius capitis, quod intactum integrumque esse debuit.

Ἐρωμένου τὴν γνώμην.] L. ἐρῶντος.

Pag. LXXII.

Εἰς φιλίαν καταστήσεται διὰ τὴν μίξιν· καὶ γὰρ φιλότης καλεῖται.] Homer. Iliad. Ζ.:

Ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ.

et alibi passim.

Pag. LXXIII.

Καὶ τὴν γῆν οὐδὲ ἧττον μητέρα καλοῦμεν.] L. καὶ τὴν γῆν αὐτὴν οὐ. ἧ. etc.

Pag. LXXV.

Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ᾧ ἡμάρτανεν ἐν μέρει τοῦ σώματος, τούτῳ καὶ κολασθῆναι.] Notavi ad Phaedri Fab. V. lib. III. haec verba inveniri etiam apud Heraclidem Ponticum.

Ad lib. II.

Pag. LXXXIII.

Ὀθόνια τὲ καὶ τρίβακα ἱμάτια δοκεῖν φορεῖν ἀγαθὸν ἂν εἴη.] Suidas: τρίβακα κατατετριμμένα ὀθόνια. καὶ τρίβακα φορεῖν δοκεῖν ἀγαθόν. Vetus Gloss.: ὀθόνιον, *linteamen.* Ὀθόνη, *linteamen.* ms. *Subtile velum.* Suid.: ὀθόνη, πᾶν τὸ λεπτὸν ὕφασμα, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνόν, κἂν μὴ λινὸν ᾖ.

Λευκὰ δὲ ἱμάτια τοῖς ἱερεῦσι μόνοις συμφέρει.] alba scilicet vestimenta purissima sunt, qualia sacerdotes decent. Festus in voce: *Pura.*

Δούλοις Ἑλλήνων.] Graecorum servis albae vestes libertatem significant: δούλοις δὲ Ῥωμαίων, non item; ut ipse mox paullo indicat: διὰ τὸ τὴν αὐτὴν τοῖς δεσπόταις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἔχειν ἐσθῆτα.

Τοὺς ἐν ὄχλῳ ἀναστρεφομένους λευκὰ ἔχειν ἱμάτια.] Scito, inquit Tullius, nihil tam exercitum fuisse Romae quam candidatos omnibus iniquitatibus. officiosissima scilicet illa natio petitorum, unumquemque Quiritium assidue prensando, salutando, deducendo permultos terebat dies, et in comitiorum turba universis placere maxime studebat. ambitiosos autem candidatos, hoc est, cretatos fuisse et album in vestimenta addidisse quis nescit?

Οὐ γὰρ πρὸς ἔργῳ ὄντες οἱ ἄνθρωποι λευκοῖς ἱματίοις χρῶνται.] Pulla et sordida erat tenuiorum vestis, qualis etiam rusticorum.

Pag. LXXXIV.

Διὰ τὸ τοὺς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι.] Vita functorum corpora albis vestibus inducbant, quando iam

animas non poterant. quas tamen puras et intaminatas emigrare cupiebant. Plutarch. in Quaest. Rom.: τὸ σᾶμα τοῦ τεθνηκότος ἀμφιεννύουσι λευκοῖς· ἐπεὶ μὴ δύνανται τὴν ψυχὴν· βούλονται δὲ ἐκείνην λαμπρὰν καὶ καθαρὰν προπέμπειν, ὡς ἀφειμένην ἤδη καὶ διηγωνισμένην μέγαν ἀγῶνα καὶ ποικίλον.

Ἀλουργίδα.] Sic vocata vestis a colore, quem Plato in Timaeo rubrum esse ait, nigri austeritate et albi splendore temperatum: ἐρυθρὸν μέλανι λευκῷ τε κραθὲν ἁλουργοῦν λέγομεν.

Πορφυρᾶ ἐσθῆς νοσοῦντα ἀναιρεῖ.] Ipse Artemidor. sup. L. I. c. 77.: ἔχει γάρ τινα τὸ πορφυροῦν χρῶμα συμπάθειαν καὶ πρὸς τὸν θάνατον.

Κοκκίνη δὲ ἐσθής.] Glossae veteres: κόκκινον, *ruseum.* ms. *roseum, cocinum.* Item: κόκκος, βάμμα, *vermicula, coccum.* Isid. L. XIX. Orig. c. 28. Κόκκον *Graeci, nos rubrum, seu vermiculum dicimus. est enim vermiculus ex silvestribus frondibus.* Dioscorides L. IV. c. 48.: Κόκκος, βαφικὴ θάμνος ἐστὶ μικρός, φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι, ὡς φασί, οἵ τινες ἐκλεγόμενοι συντίθενται. Ἀρίστη δὲ ἐστὶν ἡ Γαλατιατικὴ καὶ ἡ Ἀρμενιακή. Plin. L. IX. c. 41.: *Coccum Galatiae rubens granum.* Eundem vide L. XVI. c. 8. et L. XXII. c. 2. Pollux L. VI.: ἱμάτιον κοκκιοβαφὲς ἀπὸ τοῦ χρώματος.

Pag. LXXXV.

Ἣν νῦν τίβενον καλοῦσιν, ἀπὸ Τιμένου τοῦ Ἀρκάδος.] Citatur hic locus a Suida, nec laudatur auctoris nomen. Enimvero inanis opera non erit illius verba cum his Artemidori nostri componere et conferre: Τήβεννος, στολὴ ῥωμαϊκή. Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Τιμένου Ἀρκάδος, ὃς πρῶτος ταύτην τὴν χλαμύδα περιεβάλλετο εἰσπλεύσας κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον, καὶ ὑποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικούντων· ἀφ' οὗ μαθόντες οἱ ἐγχώριοι τὸν αὐτὸν ἐνεσκευάζοντο τρόπον, καὶ ἐκάλουν τὴν ἐσθῆτα τιμένιον, ἐπώνυμον τοῦ εὑρόντος. ὕστερον δὲ παραφθαρέντος τοῦ

ὀνόματος, τήβεννος ἐκλήθη. Glossae veteres: Τήβεις, *toga, trabea.* Τηβεννοφόρος, *togatus.* Apud Pollucem L. VII. scribitur: τίβαινα et Τιμενίς.

Χλαμὺς δὲ, ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βιρίον καλοῦσι.] Suidas: Ἐφεστρὶς, ἱμάτιον ῥωμαϊκόν. Λέγεται δὲ καὶ μάνδυας, καὶ βίῤῥον. ἅ τινα ἐν ὑσὶρῳ βλεπόμενα θλίψεις σημαίνουσιν. haud dubie ex hoc loco. Idem Suid. alibi: Βίῤῥον, ἱμάτιον ῥωμαϊκόν. Isidor. etiam *Birrum.*

Φαινόλης.] Apud Suidam scribitur: Φενόλης, apud Athenaeum L. III. et Pollucem L. VII.: Φαινόλης.

Ὅθεν ἀπολύειν.] L. ἀπολλύειν.

Γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει· μάλιστα δὲ ἑταίρᾳ καὶ πλουσίᾳ.] Floridas vestes Lacedaemone solis meretricibus concessas fuisse notat Clem. Alexandr. L. II. Paedag. c. 10.: ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιὰν, ἣ μόναις ταῖς ἑταίραις ἀνθινας ἐσθῆτας καὶ χρυσοῦν κόσμον ἐπέτρεψε φορεῖν, ἀφαιρουμένη τῶν δοκίμων γυναικῶν φιλοκοσμίαν, τὸ μόναις ἐφεῖναι καλλωπίζεσθαι ταῖς ἑταιρούσαις. eandemque Syracusis legem fuisse tradit Philarchus ap. Athenaeum L. XII.: Συρακουσίοις νόμος ἦν τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδὲ ἀνθινὰ φορεῖν, μὴ δ' ἐσθῆτας ἔχειν πορφυρᾶς ἐχούσας παυφάς, ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή. Plin. L. XXII. c. 2. infici vestes admirabili fuco ait, ut facilius matrona adulteri placeat; corruptor insidiatur nuptae.

Ἡ δὲ διὰ τὴν τρυφήν.] Clem. Alex. cod.: αἱ δὲ τοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαι ἐσθῆτες, βακχικοῖς καὶ τελεστικοῖς καταλληπτέαι λήρους, etc. ὄψεως, οὐ σκέπης ἡ ἐσθὴς αὕτη.

Pag. LXXXVI.

Πλύνειν γὰρ καταχρηστικῶς καὶ τὸ ἐλέγχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί.] Suidas: Πλύνεται, λοιδορεῖται, αἰσχρῶς ὑβρίζεται. πλύνειν γὰρ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἐλέγχειν, ὥς που καὶ Μένανδρος· ἐὰν κακῶς μου τὴν γυναῖκα οὕτω λέγῃς, τὸν πατέρα καὶ σὲ τούς τε σοὺς ἐγὼ πλυνῶ. ἀντὶ τοῦ ἐλέγξω. Pollux L. VII. c. 10.:

τὸ λοιδορεῖν, πλύνειν. καὶ πλυνὸν μὲ ποιεῖς, ἢ παιδιὰ φησίν, ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ αἰσχύνεις. Aristophanes in Plut.:

— οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς,
Πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσι.

Scholiastes ἐφύβριστον πλῦμα interpretatur. Sic ap. Athenaeum L. III. ex Aristophanica fabula, quae inscribitur: Δαιταλεῖς:

Οὐκ αἰσχυνοῦμαι τὸν τάριχον τευτονὶ
Πλύνων ἅπασιν, ὅσα σύνοιδ' αὐτῷ κακά.

Δακτύλιοι ἐκτὸς σιδηροῖ ἀγαθὸν μέν, etc.] Annulos primum ferreos fuisse docet Plin. L. XXXII. c. 1. ait autem Artemidorus boni ominis esse annulos ἐκτὸς σιδηροῦς, quia servorum annuli erant ἐντὸς σιδηροῖ. Plin. ibid.: *nec non et servitia iam ferrum auro cingunt.* ut ferrum scilicet loco gemmae esset.

Πολύκμητον γὰρ ὁ ποιητὴς τὸν σίδηρον ἐκάλει.] Homer. Odyss. Ξ. (v. 324.):

Χαλκόν τε, χρυσόν τε, πολύκμητόν τε σίδηρον.

Schol.: πολύκμητος, μετὰ πολλοῦ καμάτου γενόμενος, ἢ δ' πολὺν κάματον παρεχόμενος.

Ψῆφον γὰρ καλοῦμεν.] Suid.: ψῆφον καλοῦμεν λίθον τὸν ἐν τῷ δακτυλίῳ καὶ τῶν χρημάτων ἀριθμόν.

Θεῖον ἔνδον ἔχοντες.] quales Execesti Phocensium tyranni annuli γεγοητευμένοι, de quibus Clem. Alex. L. I. Strom.: Ἐξήκεστός τε ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους, τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διαθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων. qualis etiam fuit Cygis annulus, quo circumacto habentem nemo cernebat. Fuere item annuli φυσικοὶ, in quibus ἀλεξιφάρμακα. imo et sub gemmis venena cludebant, annulosque mortis gratia habebant.

Σούκινοι δὲ καὶ ἐλεφάντινοι καὶ ὅσοι ἄλλοι.] Suid.: Σούκινοι καὶ ἐλεφάντινοι δακτύλιοι γυναιξὶ εἰσὶ σύμφοροι.

Pag. LXXXVIII.

Ἀνόμοιον δὲ ἐν κατόπτρῳ — ἀλλοτρίων παίδων πατέρα κληθῆναι προαγ.] Liberos parentibus absimiles procreare, culpae et vituperio uxoribus esse solet. quaeque alieno et extranco similem pariunt filium, pariunt sibi et probrum. unde in Declam. II. Calpurnii Flacci, adulterii rea matrona, quae Aethiopem peperierat. et adulteram satyrica figura notat Iuvenalis per filium patri suo dissimilem:

— testudineo tibi Lentule conopeo

Nobilis Turyalum mirmillonem exprimit infans. Theocritus Εἰδυλ. εἰς Πτολεμαῖον impudicam uxorem per liberorum vultum designat: et illius, quae virum suum non amat, cuiusque mens in alienum fertur, faciles et proclives esse partus ait, natosque minime similes patri:

Ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰέν.
Ῥηϊδίαι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί.

Tertullianus L. de Virgin. vel.: *Scit Deus, quot iam infantes et perfici et perduci ad partum integros duxerit, debellatos aliquandiu a matribus, facillime semper concipiunt et felicissime pariunt huiusmodi virgines, et quidem simillimos patribus.* Et ita in Amphitruone Plautina, Alcumena Iovis et Amphitruonis partiario compressu gravidata, absque uteri doloribus peperit, et alterum fadii e geminis Iovi potius et Deo, quam Amphitruoni aut mortali similem. Contra vero, τεκνοποιΐα, qua parentum vultus velut in speculo repraesentantur, puerperis laudi fuit. Horat. L. IV. Od. 5.:

Laudantur simili prole puerperae.
Culpam premit comes.

Est enim haec naturae lex, ut in sobolem transeant formae, quas posteri quasi descriptas species custodiunt. deque hac lege belle Lucretius L. IV. ait:

— multa modis primordia multis
Mista suo celant in corpore saepe parentes,
Quae patribus patres tradunt a stirpe profecta.

Forte ob hanc quoque rationem, quam tangit Macrob. L. V. Saturn. c. 11.: *quod providentia naturae similitudinem natorum atque gignentium ex ipso quoque nutricatu praeparans, fecit cum ipso partu alimoniae copiam nasci.* Sed fraudem naturali huic legi faciant pudicae alioqui mulieres, quae partum lacte suo alere negligunt. *Id hercle ipsum est*, inquit Pharsorimus, *quod saepenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus neque animis similes existere.* Certissima igitur legitimi partus nota, cum tacentibus cunctis, filiorum vultus parentem arguit. cuiusmodi puerum optabat Manlio Catullus:

Sit suo similis patri
Manlio, et facile insciis
Noscitetur ab omnibus;
Et pudicitiam suae
Matris indicet ore.

Minerva ap. Homer. Od. A. Telemachum Ulyssis esse filium ex ipsius vultu coniicit:

Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο τόσος πάϊς εἶς Ὀδυσῆος.
Αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας.

Medea ap. Senecam liberos parere cupiebat Iasoni similes, ut illius perfidiam non fama solum, sed et puerorum vultus praedicaret:

— limen alienum expetat
Iam notus hospes, quoque non aliud queam
Peius precari, liberos similes patri
Similesque matri.

communes scilicet liberos optabat, et, ut loquitur Lucretius, *miscentes volta parentum.* Nec raro acci-

dit, ut vir et uxor, amore mutuo conspirantibus animis, mutuum quoque sibi pignus edant. Unde fit, ut iure naturali communes utriusque parentis liberi nascantur; etsi iuris subtilitate, patrem filius sequatur, non matrem. Suaviter Phaleris de Paurola filio ad Erythiam suam: Εἰ ὡς μόνη, καὶ οὐ μετ' ἐμοῦ γεγενημκυῖα, μόνη δικαιεῖς ἔχειν αὐτὸν, ἀγνωμόνως κρίνεις τὰ περὶ γονέων· κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἀποτερμάτατον λόγον, πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον, ἢ μητρὸς, κατὰ δὲ τὸν εὐγνωμονέστερον, ἑκατέρων ἴσος.

Ψεκάδες.] ψεκὰς, δρόσος, ros, minutissima pluvia. unde et mulierum ornatrices, quae disponendis crispandisque crinibus paullulum aquae conspargunt et irrorant, Psecades dictae. Scholiast. Iuvenalis Sat. VI.: ψεκάζειν *Graeci dicunt, quando rarum sive minutum pluit. ornatrices igitur componentes, rarum ac parvum aquae solent mittere ac velut* ψεκάζειν. Sic Antimachus Psecas nuncupatus, ὅτι προσέβαινε τοὺς ὁμιλοῦντας διαλεγόμενος.

Pag. LXXXIX.

Ἀστραπὴ δὲ χωρὶς βροντῆς, φόβον μάταιον σημαίνει.] Servius ad illud I. Aeneid.:

Aeternis regis imperiis, et fulmine terres.

non sine caussa, inquit, *adiecit: terres. est enim fulmen quod terreat, est quod afflet, est quod puniat.*

Ὅτι μετὰ τὴν ἀστραπὴν προσδοκήσαι ἄν τις βροντὴν, ἢ διὰ τὸν φόβον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀπειλή.] Legendum videtur: ὅτι μετὰ τὴν ἀστραπὴν, ἢ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀπειλή, προσδ. α. τ. β. διὰ τὸν φόβον. Quum autem fulgurat coelum, minari videtur. Aristoteles L. II. Meteor. c. 9. sonum illum sive strepitum, quem excitant anhelitus terrae frigidi, quum se in nubem induunt, eiusque tenuissimam quamque partem dividunt et disrumpunt, similem esse ait τῷ ἐν τῇ φλογὶ γινομένῳ ψόφῳ, ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν τὸν Ἥφαιστον γελᾶν, οἱ δὲ τὴν Ἑστίαν, οἱ δὲ ἀπειλὴν τούτων. hanc vero

comparationem probare videtur Plinius, quum ait: *ergo ut e flagrante ligno carbo cum crepitu, sic a flore coelesti ignis expuitur.* L. II. c. 20.

Ἢ ὅπου ἀναφέρηται.] L. ὁ. ἂν φέρηται.

Pag. XC.

Ὁ κεραυνὸς τὰ μὲν ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ.] Fulgurita, religione insignia. Festus: *Fulguritum, id quod est fulmine ictum. qui locus statim fieri putatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur.* Glossae veteres ad illud Persii Sat. II.:

Triste iaces lucis evitandumque bidental.

Bidental, locus sacro percussus fulmine, qui bidente ab aruspicibus consecratur, quem calcare nefas est. Ἐπίσημος autem erat ille locus, quia sepiebatur aris inibi erectis. Varro L. IV. de L. L. de Curtio lacu: *C. Aelius et Q. Lutetius scribunt, cum locum esse fulguratum, et ex SC. septum, idque factum esse a Curtio cos.* Apuleius I. Florid.: *colliculus sepimine consecratus.*

Τὰ δὲ πολυτελῆ χώρια ἔρημα καὶ ἄβατα ποιεῖ.] Per fulgurita loca incedere, eaque calcare nefas erat. Plutarchus in Pyrrho: Λυσιμάχῳ δὲ οὐκ ἤρεσκεν ἡ ὕψις, ἀλλ' ἔφη δεδιέναι μή, καθάπερ τὰ βαλλόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀνέμβατα μένει χωρία, καὶ τῷ Πύῤῥῳ προσημαίνῃ τὸ θεῖον ἀνείσυδον ἔσεσθαι τὴν πόλιν.

Οὔτε δεσπότας ἔτι οἱ κεραυνωθέντες ἔχουσιν.] Ipse Artemid. L. I. c. 5.: κεραυνοῦσθαι δοκεῖν πένητα ὄντα καὶ δοῦλον, ἢ μέλλοντα πλεῖν, ἢ μονομαχεῖν ἀγαθόν· τούτων μὲν γὰρ ὁ μὲν πλοῦτον, ὁ δὲ ἐλευθερίαν.

Pag. XCI.

Οὐδὲὶς γὰρ κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστι.] Tamen ap. Athenaeum L. XII. Clearchus notat Tarentinos ob petulantem in Carbinatium mulieres lasciviam a Iove fulmine

jctos quasi infames mansisse: καὶ μέχρι καὶ νῦν ἐν Τάραντι ἑκάστῃ τῶν οἰκιῶν ὅσους ὑπεδέξαντο τῶν εἰς Ἰαπυγίαν ἐκπεμφθέντων, τοσαύτας ἔχει στήλας πρὸ τῶν θυρῶν, ἐφ' αἷς καθ' ὃν ἀπώλοντο χρόνον, οὔτ' οἰκτίζονται τοὺς ἀποιχομένους, οὔτε τὰς νομίμους χέονται χοάς, ἀλλὰ θύουσι Διὶ Καταιβάτῃ.

Θεὸν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται.] Ipse supra: λαμπρὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῖς περιτίθεται, ὡς ὑπὸ Διὸς τετιμημένοις. Servius ad illud II. Aeneid.: *Fulminis afflavit ventis*, etc. *Sane*, inquit, *de fulminibus hoc scriptum in reconditis invenitur, quod, si quem principem civitatis, vel regem fulmen afflaverit et supervixerit, posteros eius nobiles futuros et aeternae gloriae.*

Καὶ γὰρ τοὺς καταδικασθέντας ἐν τῇ συνηθείᾳ κεραυνοῦσθαι φαμέν.] Petronius Satyrico: *Fulminatus hac pronunciatione, sicut eram sine gladio, in lectulum decidi.* Idem: *intremui post hoc fulmen attonitus, iuguloque detecto, Aliquando, inquam, totum me fortuna vicisti.*

Ἀλλ' ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπτονται.] Plutarchus L. IV. Sympos.: πάντων δὲ θαυμασιώτατον, ὦ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἴσμεν, ὅτι τῶν ὑπὸ κεραυνοῦ διαφθαρέντων ἄσηπτα τὰ σώματα διαμένει. πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν, οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥστε ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί. Lex Numae Pompilii apud Festum: SEI. HOMINEM. FULMIN. IOBIS. OCCISIT. NE. SUPRA. GENUA. TOLLITO.

Pag. XCII.

Ἢ μὴ ὅλον τὸ σῶμα, εἰ μὴ τοιοῦτον καταλάβοι.] Scribendum videtur: εἰ μὴ ὅλον τὸ σῶμα τοιοῦτον καταλάβοι.

Τὸ ἐφ' ἑστίας πῦρ λαμπρὸν καὶ καθαρόν.] Focum serenum dixit Martialis L. III. Epigr. 58.

Πολλὴν γὰρ εὐπορίαν σημαίνει· ἄνευ γὰρ τοῦ τροφὰς παρασκευάζεσθαι, etc.] Ideoque idem Martialis focum perennem optabat, ἀέννaον πῦρ. Et L. XII. Epigr. 18.:

Surgentem focus excipit, superba
Vicini strue cultus iliceti,
Multa villica quem coronat olla.

Pag. XCIII.

Τούτων δὲ μάνδαλον ἔχουσα.] Veteres Glossae: Μάνδαλον, *Pessulus.*

Ἡ δὲ δεχομένην τὴν γυναῖκα.] Legendum puto: ἡ δὲ οὐκ ἔχουσα, δεχομένην τὴν γυναῖκα.

Pag. XCIV.

Τέρεμνα δὲ καὶ ὑπέρθυρα.] Suidas: τέραμνα, καὶ ὑπερῷα, καὶ ὑπέρθυρα, καὶ δρύφακτοι κατακαέντες παίδων ὄλεθρον σημαίνουσι.

Θριγγοί.] περίβολοι Iul. Polluci L. VII. Θριγγὸς καὶ τριγκός. Suid.: τὸ περίφραγμα τοῦ οἴκου, στεφάνη, μικρὸν τείχιον, περίβολος. ἡ τῶν οἰκιῶν τὰ ἀνωτάτω.

Ἔοικε γὰρ καὶ ἡ ἑστία καὶ ὁ κλίβανος γυναικί.] Suidas: κλίβανος ἡ κάμινος, ἑστία. καὶ κλίβανος ἔοικε γυναικὶ διὰ τὸ δέχεσθαι τὰ πρὸς τὸν βίον εὔχρηστα. πυρὸς δὲ εἰσὶ δεκτικά.

Λίνα.] Glossae: Λίνον κυνηγετικὸν, *Retium.* Suid.: Λίνα, τὰ δίκτυα. Antipater L. V. Anthol.:

— ὦ γρευτὴρ ὅπασε πλεκτὰ λίνα.

iis utuntur aucupes, venatores, ac piscatores. Archias L. VI. Anthol.:

— οἵ σὺ δι' αἴθρης
Καὶ γᾶς καὶ πελάγεος εὔστοχα πέμπε λίνα.

Videatur Xenophon Cynegetico, et Iul. Pollux L. V.

Στάλικες.] Glossae: Στάλικες, τῶν δικτύων αἱ στάσεις, *Plagae.* ἐξυπαγεῖς στάλικες, Antipat. L. VI. Anthol. ἰθυτενεῖς στάλικες, Alphcio Mitylenaeo. Iul. Poll. L. V.: στάλικες δὲ σχαλίδες, καὶ χαλιδώματα, ξύλα ὀρθὰ ἐξ ἄκρου διττὰ, ἱστάμενα μὲν κατὰ τῆς γῆς, τοῖς δὲ δίκροις ἀνέχοντα τοὺς τῶν δικτύων βρόχους τε καὶ περιδρόμους.

Ποδάγραι.] notavi in Glossario Tactico.

Αἱ νεφέλαι λεγόμεναι.] Ipse Artemidor. L. III. c. 60.: Λίνον δὲ πρὸς γάμον καὶ κοινωνίαν ἀγαθὸν, διὰ τὴν πλοκὴν, καὶ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ γενομένην ἀρκυοστασίαν, καὶ τὰς νεφέλας καὶ τὰ ὅμοια, οἷς ἄνθρωποι τὰ ἄποθεν καὶ μακρὰν θηρῶσι. Suidas: Νεφέλη, εἶδος δικτύου θηρευτικοῦ. Glossae veteres: *Retes augurales*, νεφέλη ὀρνέων. notabilis locus: nisi forte mavis scribere: *Retes aviculares*. Λεπτόμιτος νεφέλη, Satyrio Epigrammatario L. VI. Anthol. πληκολέτις νεφέλη, Zosimo Thasio, ibid.

Ἀρκυοστασία.] Pollux L. V. Suid. in voce Ἄρκυς.

Pag. VC.

Τῶν κυνῶν οἱ μὲν ἐπὶ θήραν τρέφονται.] Totum fere hunc locum transscripsit Suidas: τῶν γὰρ κυ.ῶν οἱ μὲν ἰχνευτικοί. οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν. οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων οἰκουροί. οἱ δὲ ἐπὶ τέρψει, ὡς τὰ μελιταῖα κυνίδια, καὶ μελιτηραὶ κύνες, οἱ ἐπὶ τέρψει τρεφόμενοι.

Οἱ μελιταῖοι λεγόμενοι.] catuli Melitaei, Plinio L. III. sub finem. Κυνίδια μελιταῖα, Straboni L. VI. Luciano in Lapithis. Athen. L. XII.: κυνάρια μελιταῖα, ἅπερ Συβαρίταις ἕπεται εἰς τὰ γυμνάσια διὰ τὴν τρυφήν. Aelian. Var. Hist. L. XIII. ubi de Epaminonda: ἐπανελθόντα δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ δικαστηρίου μελιταῖον κυνίδιον ἔσαινε.

Διὰ τὸ ἄστρον τὸν σείριον, ὃς — εὔγναμπτον τὸ ζῶον.] Aratus Phaenomenis:

— ἡ δέ οἱ ἄκρη
Ἀστέρι βέβληται δεινῇ γένος, ὅς ῥα μάλιστα
Ὀξέα σειριάει· καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι
Σείριον.

Theo: συνανατέλλει τῷ ἡλίῳ ὁ σείριος, ὅτε γίνεται εἰς τὸν θερινὸν τροπικὸν ἐν τῷ καρκίνῳ, περὶ τὸν ἐπιφὶ μῆνα, ὅ ἐστι κατὰ Ῥωμαίους Ἰούλιος, ὅτε καὶ φέρει πυρετὸν δεινοῖσι βροτοῖσι. Insana canicula, Persio Sat. III. vetus Interpres: *canicula ar-*

dentissimum sidus, quam ideo insanam ait, quod sub ortu eius multi aegrotent. Manilius L. V. Astronomic.:

Exoriturque canis, latratque canicula flammans,
Et rabit igne suo.

paullo post:

— — — — natura suismet
Aegrotat morbis, nimios obsessa per aestus;
Inque rogo vivit.

Pag. IVC.

Συνέχεον.] L. συνέλεγον.

Κρίνειν γὰρ τὸ ἄρχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί.] Legendum: κρείειν. Sic apud Homerum: κρείων Ἀγαμέμνων. Suidas: Κρείων βασιλεύς, ἢ ἄρχων, κρατῶν μεγάλως.

Καὶ, λάβρος ἐπαιγίζων.] Homer. Ιλ. Β.:

Ὡς δ' ὅτε κινήσει Ζέφυρος βαθὺ λήϊον ἐλθὼν
Λάβρος ἐπαιγίζων, etc.

Scholiast.: σφοδρῶς πνέων, μέγας.

Καὶ τὸ φοβερώτατον πέλαγος, αἰγαῖον λέγεται.] Varro L. V. de L. L.: *Aegaeum dictum ab insulis, quod in eo mari sic scopuli vocantur, a similitudine caprarum.* Plin. L. IV. c. 11.: *Aegaeo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum et Chium verius quam insula, Aix nomine, a specie caprae, quae ita Graecis appellatur, repente in medio mari exsiliens.* Quod autem ait Artemidorus Aegaeum mare φοβερώτατον εἶναι, id plane testatur Dionysius in Periegesi:

Οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκιὰ κύματ' ὀφέλλει
Ὑψόθι μορμύρων ἕτερος πόρος ἀμφιτρίτης.

Aegaci tumultus Horat. od. 29. L. III. Carm.

Καὶ ὁ ποιητὴς πλατέα τὰ αἰπόλια καλεῖ.] Homer. Ιλ. Β.:

Τοὺς δ' ὥςτ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες
Ῥεῖα διακρινέωσιν, etc.

Scholiast.: πλατέα, μεγάλα· ἢ ὅτι ἐν διαστήματι καὶ πλάτει πλείονι νέμονται αἱ αἶγες.

Pag. IIIC.

Τῷ γὰρ ἡδίστῳ ἀνάκεινται δαίμονι σειλήνῳ.] Lucian. ἐν θεῶν ἐκκλ. de Sileno ait: Ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος.

Καὶ πρὸς τοὺς φόβους δὲ ἀγαθοὶ διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν.] Suidas: Ὄνος εἰς Κυμαίους. Phaedrus L. I. fab. 11.

Ἀγελαῖοι δὲ βόες, ταραχὰς καὶ περιβοήσεις σημαίνουσι, διὰ τὸ ὄνομα.] βόος scilicet καὶ βοῆς. Suid.: Βοὴν, μάχην, καὶ μεγάλην φωνήν.

Pag. IIC.

Διὰ τὰς βύρσας.] δέρματα, ἀσκώματα, Polluci L. I.

Κέρατα.] Glossae: Κέρας πλοίου, Antemna. *Cornua velatarum obvertimus antemnarum.* Servius ad illud V. Aeneid.. *una ardua torquent Cornua detorquentque. Cornua*, inquit, *antemnarum extremitates.*

Ἔοικε γὰρ καὶ ἡ νόσος θηρίῳ.] sive quia febrem artus humanos depascere dicimus, sive quia leo saepissime febre vexatur. Horapollo L. II. Hieroglyph. vel potius intelligit morbum λεόντιον a medicis nuncupatum, de quo Aretaeus L. II. Χρονίων παθῶν c. 13.

Ἢ τοὺς ἀπὸ πυρὸς κινδύνους.] Ignem maxime formidant leones. Aristoteles L. IX. Hist. Anim.: ἀληθῆ δὲ καὶ τὰ λεγόμενα, τό τε φοβεῖσθαι μάλιστα τὸ πῦρ, ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε: Καιόμεναι δᾷδες, τὰς τρομεῖ ἐσσύμενός περ. Versus est Ιλ. λ. Videatur Horapollo L. II. Hieroglyph.

Ἐπεὶ κιναιδιαία ἐστί.] Leaena, nobile meretricis nomen.

Καὶ περὶ ὄμματα κίνδυνον.] nimirum propter maculas, quibus variegata est pardalis. eas vero maculas Plin. oculos vocat L. VIII. c. 17.

Καὶ τὸ ἄστρον ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ κινούμενον οὐ καταδύεται.] Virgil. I. Georgic.:

Arctos oceani metuentes aequore tingi.

Ovid. II. Metamorphos.:

Gurgite caeruleo septem prohibete Triones:
Sideraque in coelum stupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in aequore pellex.

Pag. IC.

Ἐν Ἰταλίᾳ δὲ ἐλέφας δεσπότην σημαίνει, καὶ βασιλέα, καὶ ἄνδρα μέγιστον.] Caesarem, scilicet, clarum et duraturum cum aeternitate mundi nomen. quo nomine Mauri elephantem vocant. Maximianus atque Constantius Caesares dicti sunt, quasi quidam principum filii viri, et designati augustae maiestatis heredes. Aelianus Spartianus in Aelio Vero, initio.

Λύκος δὲ ἐνιαυτὸν σημαίνει, διὰ τὸν λυκάβαντα, τουτέστι τὸν χρόνον.] Vetus epigramma L. I. Anthol. de Ianuario mense:

Ἐξ ἐμέθεν λυκάβαντος ὑπ' ἠελίοιο Θύρετρα
Αὐσονίοις ὕψος ἔρκεται ἠέλιος.

Suidas: Λυκάβας, ἐνιαυτὸς, ἀπὸ τοῦ ταχέως βαίνειν, ἢ λυγαίως βαίνειν, ὅ ἐστι σκοτεινῶς καὶ ἀδήλως. ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λύκων, οἳ τοὺς ποταμοὺς περῶσιν ἀλλήλων κατέχοντες τὰς οὐρὰς χειμῶνος ὥρᾳ. Videndus Aelianus X. Hist. anim. c. 26.

Ἀπὸ τοῦ περὶ τὰ ζῶα ταῦτα συμβεβηκότος.] haec verba sic interpolavit Suidas: Λυκάβας οὖν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὰ ζῶα. ἑπόμενα γὰρ ἀλλήλοις τάξει δίεισι τὸν ποταμόν. Aelian. L. III. Hist. an. c. 6.: τὰς οὐρὰς τῶν ἀλλήλων δακόντες, εἶτα ἀντιπίπτουσι τῷ ῥεύματι, καὶ ἀλύπως γε διενήξαντο καὶ ἀσφαλῶς.

Κυνοκέφαλος νόσον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὴν ἱερὰν καλουμένην σημαίνει. ἀνήκειται γὰρ τῇ σελήνῃ.] Horapollo L. I. Hieroglyph. c. 14.: Σελήνην δὲ γράφοντες, ἢ οἰκουμένην, ἢ γράμματα,

ἢ ἱερέα, ἢ ὀργὴν, ἢ κόλυμβον, κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι· σελήνην μὲν, ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο συμπάθειαν τινὰ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ σύνοδον ἐκτήσατο. Ὅταν γὰρ ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας ἡ σελήνη συνοδεύουσα ἡλίῳ ἀφώτιστος γένηται, τότε ὁ μὲν ἄρσην κυνοκέφαλος οὐ βλέπει, οὐδὲ ἐσθίει· ἄχθεται δὲ εἰς τὴν γῆν νενευκὼς, καθάπερ πενθῶν τὴν τῆς σελήνης ἁρπαγήν. ἡ δὲ θήλεια μετὰ τοῦ μὴ ὁρᾶν, καὶ ταὐτὰ τῷ ἄρρενι πάσχειν, ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αἱμάσσεται. Διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν τοῖς ἱεροῖς τρέφονται κυνοκέφαλοι, ὅπως ἐξ αὐτῶν γινώσκηται τὸ ἡλίου καὶ σελήνης μέρος τῆς συνόδου.

Pag. C.

Φασὶ δὲ καὶ τὴν νόσον ταύτην οἱ παλαιοὶ ἀνακεῖσθαι τῇ σελήνῃ.] Locus hic ap. Suidam auctior: Ἱερὰ νόσος, αὕτη τῇ σελήνῃ ἀνάκειται, ὑπὸ γὰρ ταύτην γίνεσθαι φασί.

Ταινα δὲ γυναῖκα σημαίνει ἀνδρόγυνον.] Plin. L. VIII. c. 30.: *Hyaenis utramque esse naturam, et alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere sine mare vulgus credit;* Aristoteles negat L. VI. de Hist. anim. c. 32.

Ἡ φαρμακίδα.] vim quandam magicam hyaenis inesse refert Plinius, et quibusdam magicis artibus omne animal quod ter lustraverit in vestigio haerere. Aristoteles L. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ.: Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ ὑαινῶν τι γένος φασὶν εἶναι, ὃ ἐπειδὰν προΐδῃ τι θηρίον, ἢ ἀνθρώπου ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν σκιὰν, ἀφωνίαν ἐργάζεται καὶ πῆξιν τοιαύτην, ὥστε μὴ δύνασθαι κινεῖν τὸ σῶμα. τοῦτο δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τῶν κυνῶν. Aelianus L. VI. Var. hist. c. 14.: Ὅταν ἡ πλήρης ὁ τῆς σελήνης κύκλος, κατόπιν λαμβάνει τὴν αὐγὴν, καὶ τὴν αὐτῆς σκιὰν ἐπιβάλλει τοῖς κυσὶ, καὶ παραχρῆμα αὐτοὺς κατεσίγαζε, καὶ καταγοητεύσασα ὡς αἱ φαρμακίδες, εἶτα ἀπάγει σιωπῶντας, καὶ κέχρηται ὅ, τι καὶ βούλεται τὸ ἐντεῦθεν αὐτοῖς. ad magicas etiam artes pertinet quod narrat Horapollo Hieroglyph. II.: ἐὰν γάρ τις τὸ δέρμα ὑαίνης περιβάλληται, καὶ παρέλθῃ διά τινων ἐχθρῶν, οὐ μὴ ἀδικηθήσεται ὑπό τινος, ἀλλὰ παρέρχεται ἀφόβως.

Θυδὲν

Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ καὶ σύαγρος γυναῖκα σημαίνει, etc.] Corruptissimum hunc locum sic restituendum puto: οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ καὶ σύαγρος γυναῖκα σημαίνει. καὶ γὰρ εἰ κακόζηλον, ἀλλ' οὖν εὑρίσκεται εἰς ἐπίδειξιν, ὡς πολλάκις ἐτήρησα. κάπρος καλεῖται τὸ ζῷον. καὶ εἰκότως γυναῖκα σημαίνει· οὕτω γὰρ λέγονται αἱ κατωφερεῖς. καὶ τὸ κάπρος, τὸ αἰδοῖον μὲν ἀνδρὸς φασί. Suidas: Κάπρος, τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός. Καπρῶντας, ἐρμηνικῶς ἔχοντας πρὸς συνουσίαν. Glossae veteres: Καπρῶ, *prurio*.

Pag. CI.

Γηρᾶν τε καὶ νεάζειν.] Serpentes senectutem una cum pelle exuunt, unde in veteribus Glossis: ὄφεως γῆρας, *Superficies*. Vid. Aristot. VIII. Hist. an. c. 17. Schol. Nicandri in Theriac. Horapollo Hieroglyph. III.

Ζεὺς σεβάσμιος.] Legendum videtur: Σαβάζιος. Clem. Alex. Protreptico: Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις, ὁ διὰ κόλπου θεός. δράκων δέ ἐστιν οὗτος, διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων, ἔλεγχος ἀκρασίας Διός. Arnobius L. V.: *Ipsa novissime sacra, et ritus initiationis ipsius quibus Sabaziis nomen est, testimonio esse poterunt veritati: in quibus aureus coluber in sinum dimittitur consecratis, et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis.*

Ἥρωες.] Dracones heroibus dicatos fuisse tradit Plutarchus in Cleomene, extremis verbis: τὰ δὲ ἀνθρώπινα σώματα, τῶν περὶ τὸν μύελον ἰχώρων συῤῥοήν τινα καὶ σύστασιν ἐν ἑαυτοῖς λαβόντων, ὄφεις ἀναδίδωσι· καὶ τοῦτο κατιδόντες οἱ παλαιοὶ, μάλιστα τῶν ζώων τὸν δράκοντα τοῖς ἥρωσιν συνῳκείωσαν.

Καὶ δείας τινά.] L. δέσας.

Γῆς γάρ ἐστι καὶ αὐτὸς παῖς, καὶ τὰς διατριβὰς ἐν γῇ ποιεῖται.] Sed illa serpentem homine percusso amplius non recipit. Plin. c. 63. L. II.

Pag. CII.

Ἄφωνοι γάρ εἰσιν οἱ ἰχθύες.] Lucianus in Halcyone: ἄφωνα γὰρ δὴ τά τε καθ' ὕδατος διαιτώμενα.

Ψεστοαφύαι.] Isaacus Casaubonus legendum censet: ἑψητοὶ ἀφύαι. Suidas: καὶ ἀφύων τιμὴ τὸ ἔλαιον, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ ἥψηνται.

Pag. CIII.

Λύει δὲ τὴν γαστέρα μῦς.] Horat. L. II. Serm. Sat. 4.:

— Si dura morabitur alvus,
Mitulus et viles pellent obstantia conchae.

Διὰ τὸ ὀστέα ἔχειν.] Inserenda negatio est: διὰ τὸ ἀστέα οὐκ ἔχειν.

Ἀντιφῶν ὁ Ἀθηναῖος.] Suidas: Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης, περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν.

Pag. CIV.

Ὁ κονδυλισμὸς δὲ διὰ τὴν ἐπιταγήν.] Servos condylis, colaphis, et talitris caedebant domini. unde apud Martialem Condylus servi nomen. L. IX. epigr. 94. Sic ap. Suidam: ὁ δὲ Ἡρακλῆς παῖδα νίπτρα προσφέροντα οὐ κατὰθύμια κονδυλίσας ἀπέκτεινε. Iuvenal. Sat. IX.:

Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.

Petronius: *ego durante adhuc iracundia non continui manum, sed caput miserantis stricto acutoque articulo percussi.* Vetus Glossarium: Κόνδυλος, *colafus.* Κόνδυλος ποδὸς ἢ χειρὸς, *hoc talitrum.*

Καὶ ὅπου ἄπεισιν, ἐκεῖθεν πνευσόμενον ἄνεμον σημαίνει.] Plin. L. XVIII. in prognosticis tempestatum: *Delphini*, inquit, *tranquillo mari lascivientes, flatum ex qua veniunt parte praesagiunt.*

Pag. CVI.

Ὄρνιθες ἱεροὶ, πλουσίοις μᾶλλον ἢ πένησι σύμφοροι. οἱ δὲ μικροὶ καὶ παχεῖς, etc.] Fortasse legendum: ὄρνιθες ἀέριοι μεγάλοι, πλουσ. etc.

Ἔθος γὰρ παλαιὸν ἀποθνήσκοντας τούτους, etc.] hoc typo in plerisque numis Consecrationes videre est.

Pag. CIX.

Πάρνοπες.] Schol. Aristophanis: εἶδος ἀκρίδων οἱ πάρνοπες· εἰσὶ δὲ οὗτοι ἀττέλαβοι. Vid. Aelian. Hist. an. L. XVII. c. 19. Apollo Parnopius ab Atticis nuncupatus, ὅτι σφίσι παρνόπων βλαπτόντων τὴν γῆν ἀποστρέψειν ὁ θεὸς εἶπεν ἐκ τῆς χώρας.

Μάστακες.] μάσταξ σιτοφάγος. Nicandro in Theriac. Scholiast. μάστακι, ἤγουν ἀκρίδι.

Pag. CX.

Ἀντιπρόσωπον δὲ, τὸν πρωρέα.] Prora in navi quasi frons et facies in homine. Schol. Aeschyli ad illud τῆς ἑπτ. ἐπὶ Θηβ. βλάστημα καλλίπρωρον. τὸ καλλίπρωρον, inquit, καὶ τὸ εὐειδὲς τὸ τὴν πρῶραν ἐπανθοῦσαν ἔχον τοῖς κάλλεσι. τοῦτο δὲ τροπικὸν ἀπὸ τῆς νεώς. ὥςπερ γὰς ἡ πρώρα τάυτης, θεωρίᾳ τὶς καὶ ἄποψις τυγχάνει τῶν πόρρωθεν, καὶ οἷον δι' αὐτῆς τὸ μακρόθεν διαγινώσκεται· οὕτω καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος πρώρα τὶς φαίνεται. καὶ προορᾶται γὰρ ἐμφανῶς ἅπασι καὶ ἐκφαίνεται μάλιστα τῶν ἄλλων μερῶν.

Pag. CXI.

Τοὺς ἐν τῷ πλοίῳ θεοὺς ἱδρυμένους.] Tutelam navis intelligit. habebant enim nautae scriptos vel pictos praesules suos, quorum nominibus nuncupabantur et naves. Haec de re multa ad Petronium viri docti notavere scitu dignissima.

Ὁ λεγόμενος μίσγος.] Legendum: μίσχος. Theophrast. Suid.

Pag. CXII.

Ἀρκάδες ἔσσαν βαλανηφάγοι.] Habebat in animo Artemidorus illud epigram.:

Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν.

Apollonius Argonaut. IV.:

Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται
Ζώειν φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν.

Plin. initio lib. XVI.: *glandiferae arbores primo victum mortalium aluerunt, nutrices inopis ac ferae sortis.*

Διὰ τὸ μετὰ πληγῶν τὸν καρπὸν καθαιρεῖσθαι.] Plin. L. XV. c. 3.: *Qui medium temperamentum in hoc servant, perticis decutiunt, cum iniuria arborum, sequentisque anni damno. quippe olivantibus lex antiquissima fuit, Oleam ne stringito, neve verberato.* Paxamus in Geoponicis: ῥάβδον δὲ οὐ προσφέρουσι τῇ ἐλαίᾳ, ἐπεὶ εἰς τὸ μέλλον ἧττον καρποφορεῖ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ καρπὸς βιαίως καταφερόμενος, τραυματίζεται, προσπίπτων ἢ λίθοις, ἢ σκληραῖς βώλοις, καὶ τῆς ποιότητος τῆς γῆς ἀντιλαμβανόμενος, γεώδες τὸ ἔλαιον ποιήσει. Cato L. de R. R.: *Oleam ne stringito, neve verberato iniussu domini aut custodis.* Olea excussa, Paul. L. XIII. D. quib. mod. ususfruct. Varro L. I. de R. R. c. 55.

Τρίβειν ἐλαίας.] Oleam premere, Ulpiano L. XIX. §. illud. D. Locati: *Fiscos autem quibus ad premendam oleam utimur*, etc.

Pag. CXIV.

Πρὸς ἐσχάτοις ὄντες ἐναφιᾶσι τῇ κοίτῃ.] Hippocrates L. de morbo sacro: ὅταν γὰρ τὸ πνεῦμα μὴ εἰσίῃ ἐς ἑωυτὸν ἀφρέει καὶ ἀναβλύει, ὥσπερ ἀποθνήσκων· ἡ δὲ κόπρος ὑπέρχεται ὑπὸ βίης πνιγομένου. Seneca in Apocolocyntosi: *Ultima vox eius*

haec inter mortales audita est: Vae me, puto concacavi me. quid autem fecerit nescio, omnia certe concacavit. Phaedrus de canum legatis ad Iovem:

Totam timentes concacarunt regiam.

Vide sis quae ad eum locum notavi.

Pag. CXV.

Ἀγαθὸν δὲ καὶ πρὸς ἀποδημίαν τὸ τοιοῦτον, καὶ ἀποδήμου ἀνακομιδὴν διὰ τὸ ὄνομα· ἄφοδος γὰρ καλεῖται.] Suidas: Ἄφοδος, ὁ ἀπόπατος, ἐξ οὗ καὶ ἀφοδεύειν, καὶ ἄφοδον ἀναχώρησιν, ὥςπερ καὶ ἔφοδον τὴν ἐπέλευσιν.

Pag. CXVI.

Ἐὰν ποταμῷ νήχηται.] L. ἐὰν ἐν ποτ. ν.

Pag. CXVIII.

Τοῖς δὲ νοσοῦσι, κρισίμους ἡμέρας προαγορεύουσιν.] Hippocrates L. I. Ἐπιδημ.: ἔστι δὲ πρώτη κρίσιμος, etc. Celsus L. III. c. 4.

Pag. CXIX.

Ἐμοὶ δὲ δίκαιον ἐδόκει.] vera Isa. Casauboni coniectura: ἐμοὶ δέ τι πάκιον ἐδόκει.

Pag. CXXI.

Περὶ μονομαχίας.] Pleraque in hoc capite ingeniose et feliciter restituit I. Lipsius Saturnal. II. c. 9. haec vero verba: διμάχαιρος δὲ καὶ ὁ λεγόμενος Ὀρβήλας, attigit tantum, nec explicavit. Vitium autem subesse puto. et quidni inter haec oneirocritica somniare liceat? videre mihi videor Artemidorum scribentem: διμάχαιρος δὲ καὶ ὁ λεγόμενος Οὐήλης. Οὐήλης, Veles. Gladiatoris genus. Isidor. Orig. L. XVIII. c. 54.

Καταφεύγοντες ἄνθρωποι.] L. κακὰ φεύγοντες.

Συντρίβειν δὲ θεῶν ἀγάλματα.] vide fabellam Aesop.: Ἄνθρωπός τις ξύλινον ἔχων θεὸν, etc.

Pag. CXXV.

Ἄρτεμις τοῖς φοβουμένοις ἀγαθή· διὰ γὰρ τὸ ἀρτεμὲς, ὅπερ ἐστὶν ὑγιὲς, ἀφόβους αὐτοὺς διαφυλάττει.] Phurnutus: τούτου δ' ἕνεκεν οἴονται κατ' εὐφημισμὸν τὴν Ἄρτεμιν ἀπὸ τοῦ ἀρτεμεῖς ποιεῖν, ὅ ἐστιν ὑγιεῖς, ὠνομᾶσθαι. Plato in Cratylo Artemin dici ait, διὰ τὸ ἀρτεμὲς καὶ τὸ κόσμιον καὶ τῆς παρθενίας ἐπιθυμίαν.

Ἡ κατεσταλμένη τῷ σχήματι ἀμείνων.] Diana venatrix ἀνεσταλμένη pingitur. hoc enim a patre petiisse ait Callimachus:

— — — εἰς γόνυ μέχρι χιτῶνα
Ζώννυσθαι λεγνωτὸν, ἵν' ἄγρια θηρία καίνω.

Minutius Felix: *Diana interim est alte succincta venatrix.* Ovidius III. Metamorph.:

— — Gargaphie succinctae cura Dianae.

Epigrammatarius L. V. Anthol.:

— — ἣν δ' ἐπὶ γούνων
Παρθένων λεγνωτὸν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα.

Καὶ ἡ λεγομένη παρὰ Λυκίοις Ἐλευθέρα.] Fortean legendum: Ἐλευθώ. Diana enim Ilithyia, Ἐλευθὼ dicta. Pindarus Olymp. od. VI.:

Τᾷ μὲν ὁ χρυσοκόμας πραΰμη
Τήν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασιν τε μοίρας.

Scholiastes: παρέστησεν Ἐλευθὼ, ἤγουν Εἰλειθυίαν· ἔφορον δηλονότι θεὰν τῶν τόκων. Phurnutus: ἣν εὔχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἡπίαν καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι, λύουσαν τὸ ἐσφιγμένον τῶν κόλπων πρὸς τὸ ῥᾷον καὶ ἀπονώτερον ποιοῦσαν ποιεῖν τὸ κυϊσκόμενον, λεγομένης αὐτῆς καὶ Ἐλευθοῦς.

Pag. CXXVI.

Περὶ πυρὸς αἰθερίου.] supra L. I. dixit: περὶ πυρὸς τοῦ ἐν χρήσει·

Ἡλίου; δὲ καὶ τὰ ἀρσενικὰ τέκνα, etc.] citatur hic locus a Suida in voce Ἥλιος.

Pag. CXXXII.

Διὰ τὸ ἄγριον.] Pan ἄγριος θεὸς καὶ φιλέρημος.

Οὐ γὰρ ἀσφαλῶς ὑποκειμένας ἔχει τὰς βάσεις τῶν ποδῶν.] est enim τραγοσκέλης, κερασβάτης et capripes. Silius Italic. Punic. XIII.:

— pendenti similis Pan semper, et uno
Vix ulla inscribens terrae vestigia cornu.

Ἐφιάλτης.] Glossae: ἐφιάλτης, *Incubo.* Item: *Incubus,* Πάν.

Pag. CXXXIII.

Σωτῆρες γὰρ εἰσὶν οἱ θεοί.] Theocritus Eidyl. XXIV.:

— Λακεδαιμονίους δύ' ἀδελφοὺς
Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων.

Καλλίνικος γὰρ ὁ θεὸς καλεῖται.] Suidas: Καλλίνικος, ὁ Ἡρακλῆς. Pindarus Olymp. od. IX. initio.

Pag. CXXXIV.

Παῦλαν γὰρ καὶ ἀταλλαγὴν τῶν δεινῶν σημαίνει, δι' αὐτὸ τὸ ὄνομα. ἔστι γὰρ διήνυσις, παρὰ τὸ διανύειν ἕκαστα. τοῖς δὲ τὸν ἄβρὸν βίον ζῶσι καὶ μάλιστα παισὶ ταραχὰς, etc.] Legendum puto: ἔστι γὰρ Διόνυσος, παρὰ τὸ διανύειν ἕκαστα τοῖς τὸν ἄβρὸν βίον ζῶσι. καὶ μάλιστα πᾶσι ταραχὰς, etc. vide autem an rectius apud Suidam legatur: τὸν ἄγριον βίον. Διόνυσος ὁ Σεμέλης υἱὸς, παρὰ τὰ διανύειν ἑκάστοις τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν· ἢ παρὰ τὸ διανοεῖν ἕκαστα τοῖς τὸν ἄγριον βίον ζῶσι.

Διὰ τὴν περὶ τὸν θεὸν ἱστορίαν.] Innuit Lapitharum et Centaurorum rixam debellatam super mero. Horat. I. Carm. od. 18. et 27.

Ληστηρίων προσβολὰς σημαίνει, καὶ τραύματα καὶ κατακοπάς.] propter fabulam Titanum, a quibus discerptum fuisse Bacchum narrant. Arnob. L. V.

Βάκχαι καὶ Βασσάραι καὶ Σάτυροι.] Suidas: Βάκχαι, καὶ Σάτυροι, καὶ Πᾶνες, καὶ Σειληνοὶ, ὀπαδοὶ Διονύσου. Himerius in Excerptis per Photium: Ἦλθεν ἐπ' Ἰνδοὺς ὁ Διόνυσος, γένος τὴν Διονύσου χάριν ἀρνούμενον. ἦν δὲ ὁ μὲν στρατὸς, βάκχαι καὶ σάτυροι· τὰ δὲ ὅπλα, νεβρίδες καὶ θύρσοι.

Πᾶσι τοῖς ἐμπορικὸν βίον ἔχουσι.] Ipse Mercurius prologo Plautinae Amphitruonis:

Ut vos in vostris voltis mercimoniis
Emundis vendundisque me laetum lucris
Afficere, atque adiuvare in rebus omnibus, etc.

Georgius Codinus ἐν Παρεκβολ.: Λέγουσι δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ κέρδους αἴτιον, καὶ τῶν ἐμποριῶν ἔφορον. ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἱστῶσι βαστάζον μάρσυπον.

Pag. CXXXV.

Ἑρμῆς τετράγωνος.] Idem Codinus: ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτὸν ποιοῦσι διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου. qui locus et superior citatur a Suida suppresso auctoris nomine.

Νέμεσις.] Paulus Alexandrinus in Apotelesmat.: Ἡ δὲ Νέμεσις, δαίμων χθονίων καὶ τῶν κεκρυμμένων πάντων, ἀποδείξεώς τε καὶ ἀνδρείας, καὶ φυγῆς, καὶ ἀπωλείας, καὶ πένθους, καὶ ποιότητος θανάτου παραιτία καθέστηκεν.

Νεμεσᾶν γὰρ καλοῦμεν καὶ τὸ ἐμποδὼν ἵστασθαι, etc.] Suidas: Νεμεσᾶν, τὸ ἐμποδὼν ἵστασθαι τοῖς πραττομένοις κατὰ γνώμην, ἢ μᾶλλον μετὰ γνώμην.

Πάνδημος Ἀφροδίτη.] Volgivaga Venus Lucretio L. IV. Himerius in Excerptis a Photio: πανδήμῳ δ' Ἀφροδίτῃ πρὸς τὴν σύνοδον οὐδὲν καινόν· ἡ μὲν γὰρ βεβήλους καὶ οὐ καθα-

ρους τὴν φύσιν γεννᾷ τοὺς ἔρωτας. Apulcius in Apologia, duas itidem Veneres esse ait, alteram Vulgariam, alteram vero Coelitem: illam populari, hanc vero optimati amore percitam.

Ἀφροδίτη πελαγία.] Venus marina, Horat. od. 26. L. II. et 2. L. IV. dicta etiam Pontia et Epipontia. Hesych. Pausan.

Pag. CXXXVI.

Κτίσματα τῶν ἰδόντων.] L. κτήματα.

Pag. CXXXVII.

Ἑστία αὐτή τε καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῆς πόλεως βουλὴν σημαίνει.] Ἑστία, βουλαία dicta Dinarcho apud Harpocration.

Λευκοθέα.] Vide Plutarch. περὶ φιλαδελφ.

Διὰ τὴν περὶ αὐτὴν ἱστορίαν.] Unde proverbium: Ἰνοῦς ἄχη.

Pag. CXXXIX.

Οὐκέτι δὲ ἡ κόρη διὰ τὴν περὶ αὐτὴν ἱστορίαν.] Arnob. L. IV. adv. gent.: *Parit mensem post septimum luculenti filiam corporis, quam aetas mortalium consequens modo Liberam, modo Proserpinam nuncupavit.*

Δεῖμος καὶ Φόβος, Ἄρεως υἱοί.] Suidas: Δεῖμος καὶ φόβος καὶ Κύδοιμος, ὑπηρέται τοῦ Ἄρεως, υἱοὶ πολέμου, οἳ καὶ αὐτοὶ συμπεπόνθασι τῷ Ἄρει, τοῦ Ἡφαίστου αὐτοὺς μὴ φοβηθέντος.

Pag. CXLI.

Ὡὰ ζωγράφοις σύμφορα.] Plinius: *pingentes, sandyce subdita, mox ovo inducentes purpurissum, fulgorem minii faciunt.*

Pag. CXLVI.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ παιόμενοι λαμβάνουσι τὰς πληγὰς, ἐντεῦθεν τὰς ὠφελείας συμβέβηκε γίνεσθαι, παρὰ τὸ λαμβάνειν.] Ut Graeci λαμβάνειν πληγὰς, sic etiam Latini *accipere ictus et plagas* dixere. plena exemplorum omnia. Quod autem hic in ambiguo sensu τοῦ λαμβάνειν observat Artemidorus, id elegantissime expressit Martialis epigram. 89. L. V.:

Et esse tristem me meus vetat Paetus:
Pectusque pulsans, pariter et comam vellens,
Deflere non te vernulae pudet mortem?
Ego coniugem, inquit, extuli, et tamen vivo,
Notam, superbam, nobilem, locupletem.
Quid esse nostro fortius potest Paeto?
Ducenties accepit, et tamen vivit.

Os et facies huius epigram. duplex. iocatur in Paetum, qui morte uxoris CC lucri fecerat: ait eum fortissimum esse, qui CC accepit, et tamen vivat. quasi, scilicet, CC plagas accepisset, sive CC ictus sustinuisset. atque hoc etiam epigrammatis acumen esse aio. Sed negant magistelli γναθοβόμβυκες, qui nasum una cum viro Martiali eripiunt, simul et Notulas suggillant, quas ad oram libri mei pridem mihi notabam, sed inter alias, et nescio cuius manu turbide et oscitanter exscriptas. Porro litterati Quirites, ne cui ea res fraudi siet, hasce tantum, quas hic recenseo, meas esse credite. ceteras autem suppositilias et reiculas.

Ad Lib. I. Epigram. 3. *Sacrum Florae.*) Scripsit olim M. Cato librum de re Floria, concisa oratione, ut indignationem magistratuum in Florales excitaret. Cur. Fortunatianus L. II. Artis Rhet. Scholicae, p. 61. Eius libri de re Floria meminêre et Gellius L. X. c. 13. et Non. Marcell. Epigram. 9. *Facili sanguine.*) Facilis sanguis eius, qui singulos artus suos fortunae prodigendos dat, quaestu atque compendio gloriarum. Vid.

Gell. L. II. c. 27. Epigram. 17. *Sunt mala plura.)* In libro edendo saltem servari debet temperamentum, quod in melle vendendo proposuit Apicius, doctus gulae artifex, Epimeles 15. *Mel malum*, inquit, *bonum facies ad vendendum, si unam partem mali, et duas boni simul miscueris.* Epigram. 42. *Pallentia sulphurata.)* Sic in lege 55. De legatis III. *sulphurata de ligno.* Vide Epigram. 10. et 57. L. XIII. Epigram. 56. *Albus in officiis.)* Vetus Interpres Iuvenalis ad illud Sat. 10.: — *niveos ad frena Quiritcis. In candidis togis*, inquit, *officium facientes.* hinc explicandus Martialis. et fallitur Calderinus. Epigram. 57. *Continuis vexata.)* Videatur Epigram. ad Ovidium L. IX. Epig. 100. Epigram. 77. *Haec sapit.)* Phaedrus L. III. Fab. 56.:

O nata, merito sapiens dicêre omnibus, etc.

alludit enim Martialis ad eam Phaedri de Minerva fabulam. videsis et quae ad eam notavimus. Epigram. 78. *Sole utitur.)* Insolatur. ἡλιάζεται. vetus Gloss. Epigram. 86. *Non amat inde locum.)* Phaedrus L. I. fab. 8.: *Nemo libenter recolit, qui laesit, locum.* Epigram. 88. *Animae odor.)* Titinnius, Fullonibus: *Interea foetida anima nasum oppugnat.* et de inferiore gutture Plautus Aulularia, Sc. Postquam obson. *nequid animae forte amittat dormiens.* alludit ad gulam Follis, qui in veteribus Glossis exponitur, Θύλακος καμίνου, ἀσκός. *Follex.* Epigram. 107. *Interponis aquam.)* Sic ille nequam paralyticus apud Petronium: *Hausi*, inquit, *parcius merum.* etc. ebrii scilicet in venerem segniores. et aptissime ad Martialis mentem dixit Epigrammatarius ἀνώνυμος L. II. Anthol. ἐν συμποτικοῖς ἀστείσμασι:

Χαίρει κιρνάμενος τρισὶ νύμφαις τέτρατος αὐτός.
Τρῖς καὶ θαλάμοις ἐστὶν ἑτοιμότατος.
Εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν ἔρωτας. etc.

Ad Lib. II. Epigram. 29. *Non hesterna sedet.)* Ludit Martialis in nebulonem, qui nobilium numero inseri cupiebat. Et gemmis quidem ornatus, pretiosis vestibus indutus, unguentis delibutus, comtus ac politus erat: verum ne hesterna quidem lingula lunatà sedebat planta, nec laesum pedem aluta coccina tegebat. ceterum inscriptum fronti habebat epigramma numerosis inductum spleniis. scilicet, stigmatias erat. Epigram. 31. *Supra quod fieri.)* Ancipiti ioco inest nequitia, quam nolo clarius declarare. Epigr. 37. *Tra. pu. domum ferenda.)* Sordidus iste mos helluonum notatur a Theophylacto Simoc. in Epist. 14.: ὁ δὲ θεσπέσιος οὑτοσὶ νεανίας τῶν ἰσχάδων τὰ πλεῖστα ἐκβέβρωκε, καὶ τὰς ἀκρίδας οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξεῤῥόφησεν, ὁ δὲ τρογίας ἐκεχήνει. καὶ μοῖράν τινα ᾔτει μετὰ κόρον κομίζεσθαι οἴκαδε. Epigram. 47. *Conchis Cytheriacis.)* Conchas puellarum intellige. vel potius, Conchas Venerias, virginali seu feminali glabro consimiles, de quibus Plinius L. IX. c. 33.: *Navigant ex his veneriae, praebentesque concavam sui partem, et aurae opponentes, per summa aequorum velificant.* Epigram. 64. *Marsia caussidicus.)* Videatur Sollius Apollinaris, Carmine 13. Epigram. 66. *Hoc facinus Lalage.)* Iuvenal. Sat. VI.:

Disponit crimen laceratis ipsa capillis, etc.

Plecusa.) Nomen ornatricis, Πλέκουσα. a componendis, comendis, nectendisque crinibus. Sic ap. Iuvenalem d. Sat. Psecas, ab eo quod Graeci dicunt, ψεκάζειν. Vetus Interp. ad vers. 489. Glossarium vetus ms.: Κομμεῖν, τὸ σῶμα ὡραΐζειν, ἐπεὶ καὶ κομμωτικὴν λέγουσι τὴν κοσμοῦσαν καὶ ἐμπλέκουσαν. Artemidorus L. II. c. 6.: πλέκεσθαι δὲ γυναιξὶ μόναις συμφέρει.

Ad Lib. III. Epigram. 16. *Quodque tibi tribuit subula, sica rapit.)* Scite nimis subulam cum sica componit. Subula enim ὀβελὸς est, et stilum sive graphium

fere repraesentat, quo veluti sica infestae et armatae Patrum manus ap. Senecam L. I. de Clementia. Sic etiam obelisco, tanquam sica, malos versus ingulabat Aristarchus. Item subula coquinarium fuit instrumentum. Glossae veteres: ὀβελὸς, ἐν ᾧ ὀπτῶμεν, *subula, veru.* Unde et hastae quibus praefixae erant quasi subulae, ὀβελίσκοι. Schol. Aristophanis: τῷ δὲ ὀβελίσκῳ ἐχρῶντο ἀντὶ δόρατος. Idem: τὸν ὀβελίσκον. ὅστις ἐστὶν ἡμῖν δόρυ. Sic ap. Dionys. Halic. L. V.: ξύλα προμήκη καὶ χειροπλήθη σιδηροῦς ὀβελίσκους ἔχοντα. Veruta pila, Festo et aliis. Epigram. 58. *Sordidae cortis.)* Cortis sive Curtis. Unde et Cortinarii, Cortelini, Coortales, *Courtisans, valets de Court,* apud recentioris aevi scriptores. Ibidem: *Coactos non amare capones.)* Aliter de se sentiebat Apuleianus ἀνεχόμενος:

Amare, inquit, *liceat, si potiri non licet.*

Epigram. 63. *Femineas cathedras.)* De femineis cathedris habes ap. Phaedrum L. III. fab. 47. Epigram. 82. *Hos Malcionis patimur.)* Malcio, quasi, Malacio, μαλακός. Totum autem hoc epigr. bene convenit in Trimalcionem illum, de cuius cena Petronius Satyr. Epigram. 100. *Cursorem sexta.)* Cursor, servus, *laquis.* Vid. l. servis urbanis. De leg. III. Glossae: κούρσωρ, *exercipes.* Ταχυδρόμος, δρομεὺς, καὶ κούρσωρ. Suidas: Κουρσῶρες, οἱ διατρέχοντες. κοῦρε γὰρ, τὸ τρέχε.

Ad Lib. IV. Epigram. 8. *Matutinum Iovem.)* Caesarem Martialis Iovem suum vocat. Sic domini a servis suis, humani Ioves, appellantur. Plautus Casina, Sc. *Una edepol:*

— — St. quid id refert tua?
Unus tibi hic dum propitius sit Iupiter,
Tu istos minutos cave Deos flocci feceris.
OLY. Nugae sunt istae magnae, quasi tu nescias,
Repente ut emoriantur humani Ioves. etc.

Epigr. 20. *Cerelia pupa.)* Pupus, pupulus, et pupillus, puerilia et blandae appellationis nomina. Tranquillus L. IV. c. 13. de Caligula: *densissimo et laetissimo obviorum agmine incessit, super fausta nomina, Sidus, et Pullum, et Pupum et Alumnum appellantium.* Pupi enim et Pupae eadem fuit Latinis auctoribus usurpatio, quae Pulli; nempe pro tenella et mollicella aetate. Glossae veteres: παιδάριον, *hic puellus, hic pupus.* Varro Tithono:

Ac mamma lactis sugentem pascere pupum.

Ausonius Eidyl. 7. de Bissula:

— Latias vincis alumna pupas.

Catullus quoque a Pupo ὑποκοριστικῶς deduxit Pupulum:

Deprendi modo pupulum puellae
Trusantem.

Pupulum interpretor puerum minutum, facie et garrulitate amabilem. quales olim pueri in deliciis erant Octavio, ut refert Sueton. c. 83. L. II. cuiusmodi etiam, sed nequitia improbiore, pueros primae teneritudinis committebat Tiberius, eosque non Pullos sed Piseiculos vocabat; instituebatque, ut natanti sibi inter femina versarentur ac luderent, novo libidinis invento. Venuste igitur et Romane Catullus Pupulum suae puellae *trusantem*, καὶ ἐν ἔργῳ, se deprehendisse ait. *Trusare* enim est agitare et frequenter obtrudere. Unde et Plauti *molae trusatiles* ap. Gellium. Porro, ut osculum et oscillum, pupula et pupilla, sic pupulus et pupillus. nimirum, tutores ut suum in pueros parentibus orbatos suaeque fidei creditos amorem testarentur, pupillos vocaverunt, quasi parvos pupos sive pupulos, ut favorem blanda et mollis appellatio provocaret. ac certe tenerae aetatulae *simplicitas*, quae suis rebus superesse minime potest, *digna favore fuit.* Pupilli nomen a iuris au-

ctoribus refertur ad tutorem; nec aetatem solum, sed maxime conditionem indicat. Sic in Persii Sat. IV.:

Quo fretus? die hoc magni pupille pericli.

pericli, pro, *periculi*. nec enim audio bonos viros, qui hoc Satyrae initium ad nescio quam de Alcibiade et Pericle historiam referunt. sed cum tota Satyra in Neronem scripta sit, magis puto Persium allusisse ad Poppaeae dictum: *quae sibi matrimonium*, (Taciti verba sunt L. XIV. Annal.) *et dissidium Octaviae, incolumi Agrippina haud sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare principem, et pupillum vocare, qui non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret.* Dicacitas scortilli Neronem pupillum vocabat, quasi puerulum et infantulum, necdum sui iuris. et legendum esse *pericli*, h. e., periculi, evincunt eiusdem Poppaeae verba, quae paullo postea in Tacito leguntur, quaeque Persii interpretes neglexerunt. his enim verbis Poppaea arte adulterae penetrantibus, ventura pericula principi obiiciebat, ut et Satyricus: *Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis coniugio: ituram quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias Imperatoris, quam viseret* periculis *eius immixta.* Quinetiam videri possit *pupilli* nomen pro puero positum, aetatemque nihilominus quam conditionem significare in l. *Sed et si quis. §. Pupillus D. de instit. act.* quae lex Ulpiani est: *Pupillus autem institor obligat eum, qui eum praeposuit, institoria actione: quoniam sibi imputare debet qui eum praeposuit.* deinceps enim sequitur haec Gaii lex: *Nam et pueros puellasque tabernis praeponunt.* Tribonianus lucem adferre voluit Ulpiano; et Gaii verbis quosnam pupillos Ulpianus vocaverat, indicare: ut scilicet per pupillos intelligerentur pueri et puellae. Sed fortasse non debuit Tribonianus inoculare Ulpiani legem, quin

potius repositis in aliam occasionem Gaii verbis, legere continuo post verba: *qui eum praeposuit*, 'legis Sed et si quis, *verum si ipse pupillus praeposuerit, siquidem tutoris auctoritate, obligabitur; si minus, non.* Sane ambae partes indidem promtae sunt, ex lib. 28. Ulpiani ad Edict. ut paret ex inscriptione. Quemadmodum autem Pupillus dicitur etiam nulla ad tutorem relatione; sic Tutela nullo ad Pupillum respectu. Caecilius Plotio:

Ibo ad forum, et pauperi tutelam geram.

Epigr. 22. *Perspicuae plus vetustis aquae.)* Scilicet, ne ultimam amoris lineam pertingerem, neve oscula quinta parte venerei nectaris imbuta carperem. Τὸ, *plus*, in re amorum idem est Martiali, quod Ovidio *cetera:*

Oscula qui sumsit, si non et *cetera* sumsit;
Haec quoque quae sumsit perdere dignus erat.

et Eustathio Philosopho: τὸ ἐρωτικώτερον. L. IV. Ismenes et Ismeniae: καὶ πάλιν ἐφίλουν αὐτὴν, καὶ πάλιν ξυνεδλίβουν, καὶ τὶ δρᾷν ἐπεχείρουν ἐρωτικώτερον. Clitophon vero ap. Tatium, illud Plus, si oscula desint, nihil esse ait. Τὸ μὲν γὰρ ἔργον τῆς Ἀφροδίτης, καὶ ὅρον ἔχει καὶ κόρον, καὶ οὐδὲν ἐστὶν, ἐὰν ἐξέλῃς αὐτοῦ τὰ φιλήματα. φίλημα δὲ καὶ ἀόριστόν ἐστι καὶ ἀκόρεστον καὶ καινὸν ἀεί. τρία γὰρ τὰ κάλλιστα ἀπὸ τοῦ στόματος, ἀναπνοὴ, φωνὴ, καὶ φίλημα. Epigram. 40. *Atria P. stabant cum stemmate toto.)* Plena erant infulis, lineis, flexuris cognationis et gentis. Plin. L. XXXV. c. 2.: *Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas.* Seneca L. III. de Beneficiis c. 38.: *nomina familiae multis stemmatum illigata flexuris.* Hinc ap. Ausonium in Gratiarum actione: *Replicare stemma.* et Sidon. Apollin. ep. 12. L. VII.: *Explicare stemmata.* Plutarch. initio Numae: καίπερ ἐξ ἀρχῆς εἰς τοῦτον κατάγεσθαι

σθαι τῶν στεμμάτων ἀκριβῶς δοκούντων. Nec levis error in Gallica versione ob minime intellectam stemmatis significationem. Epigr. 66. *saucia vena mero.)* Notavi ad Phaed. L. I. f. 20. Epigr. 87. *Inversa pueris arande charta.)* Olim vix inversa charta scribebant. Sidon. Apollin. L. II. epigr. 9.: *Quarum quoque replicatio fieret amoena narratu, nisi epistolae tergum maledis sordidare calamis erubescceremus.* Hinc ipse Mart. Epigr. 16. L. VIII.: *Scribit in aversa Picens epigrammata charta* etc. Ad Lib. VI. Epigr. 21. *Tum frugi Iuno vellet habere Iovem.)* Salax et petulans Iupiter a poëtis celebratur. quod illis eleganter exprobrat Arnob. L. IV. adv. Gent.: *Nonne illi fuerat satis Iuno, nec sedare impetum cupiditatum in regina poterat numinum, quam nobilitas eam commendaret, tanta facies, oris dignitas, et ulnarum nivei marmoreique candores? an uxore contentus haud una, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus, impatientiam suam spargebat passim (ut bacchari adolescentes solent) salax Deus?* Legendum vero: *ut vagari adol. sol.* Sic Martialis supra hoc ipso epig.:

Legitimos esset cum vagus ante toros.

Sic etiam Persius Sat. VI. *vagum inguen* dixit:

Quam morosa vago singultiet inguine vena.

Glossarium vetus: Σποράδην, *vagerassim.* Scribo: *vage, passim.* Ibidem: *Arcano percussit pectora loro.)* Id est, κεστῷ, cesto. sic emendandus Minutius: *Loro Veneris illectum, flagrantius, quam in adulteras soleat, cum Iunone uxore concumbere.* vulgo legitur: *thoro.* male. Lorum Veneris, cestus est: et ab Homero ιλιάδ. γ. vocatur ἱμὰς πολύκεστος. Schol.: πολυκέντητος, πολύβραφος, ποικίλος· ἐντεῦθεν καὶ ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἱμὰς ὠνομάσθη κεστός. Idem: Ἱμὰς, λῶρος. Vetus Glossarium ms. Ἱμάντες, λῶροι. Vide Notas ad Onosandrum p. 38. Epigr. 78. *Oculo, vale-*

bis, inquit.) Sic in Epigr. Lucillii L. II. Anthol., amissurus oculum dixit: χαῖρ' ἱερὸν φῶς. Epigr. 90. *Uxor est duorum.)* Quasi binas nuptias eodem tempore constitutas habet. quod turpe est, et infamiam parit, ex verbis Praetoris. D. De his qui not. infam. Biviram veteres dicebant uxorem duorum virorum. Nonius: *Biviras*, inquit, *usus viduas appellat.* Imo fortean potius adulterae dictae bivirae. et ita melius quam de vidua, locus Varronis accipietur: *Ad biviram venio, cum vellem ostendere quid veltem, Metamelos Inconstantiae filius me reprehendit.* et contra univira dici potest, unico gaudens mulier marito. Ad Lib. VII. Epigr. 17. *Accessi quoties ad opus, mistisque movemur I.)* Hoc est quod Ulpianus dixit: *in ipsis rebus Veneris.* quod Solo et Draco dixerant: ἐν ἔργῳ. l. 23. D. ad l. Iul. de Adult. Harmenopulus: ἐν αὐτῷ ἔργῳ τῆς μοιχείας. ἐν συμπλοκῇ. Tertullianus L. de Anima c. 27.: *In solenni sexuum officio, quod marem ac feminam miscet. in concubitu communi. in illo ipso voluptatis ultimae aestu, quo g. v. ex.* Ovidius: *in Veneris gaudiis.* Papianus L. Responsorum tit. 26. *ita ut unum sint, et sese commisceant.* Catullus: *trusantes.* Hyginus in fab. *venerantes.* Fabius Declam. 291.: *Dum rem faciunt maritorum.* Martianus Felix L. I: *in maritali vacatione.* Petronius: *in officio nuptiali.* etc. Ad Lib. IX. Epigr. 12. *Dicunt Earinon.* Earinus, vernus. Tertull. L. de habitu muliebri c. 18. Deum, ait, creare potuisse oves earinas: id est, virides. qui color proprie verni temporis est. Epigr. 16. *celebrata.)* non male in quibusdam codd.: *scelerata.* dici tamen potest, celebrata Chloe, famosum et nobile scortum. Ibidem. *Se fecisse.)* Trifariam accipi potest ambiguitas huius verbi. Se fecisse, hoc est, se tumulum posuisse. vel, se fecisse, se necasse septem viros. vel denique referri potest ad res venereas: et pulere conveniet Chloe mere-

trici. Epigr. 42. *Quod digitis, Pontice, perdis, homo est.)* Notandus in hanc rem Minutii locus: *Vos enim nec invicem agnoscitis, et in mutua odia saeviitis: nec fratres vos, nisi sane ad parricidium recognoscitis.* Nimirum illi fratres dicebantur, qui nefario concubitu turpe perdendi hominis praestabant officium. Epigr. 89. *Denso cum iaceam triente blaesus.)* Ebrii scilicet ut mentis, sic et linguae compotes non sunt. etenim caput sensuum omnium arcem occupat gravedo, sopor, κάρος ἐξ οἴνου, καρηβαρία, quae Latinis elucus sive helucus. Apuleius Apol.: *Crassus ipse ubi gentium est? An Alexandriam taedio domus remeavit? an parietes suos detergit? an, quod verius est, ex crapula heluco attentatur.* Sic emendandum puto hunc locum. nam corrupte vulgo legitur: *ex crapula helluo att.* De eluco Festus, et Tertull. L. de coron. mil. Ad Lib. X. Epigr. 25. *Tunica praesente molesta.)* De hac tunica dixi ad Onosandrum p. 17. et Phaedr. L. IV. fab. 6o. Ad Lib. XI. Epigr. 20. *Diserta es.)* Lasciva es et salax. Sic intellige L. IX. Epigr. 12.:

Nobis non licet esse tam disertis,
Qui musas colimus severiores.

et L. VI. Epig. in Laberium:

Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat, Laberi, virum putabo.

et L. XII. Epig. in Sabellum:

Tanti non erat esse te disertum.

Epigr. 73. *Drauci Nata sui vocat pipinnam.)* Si quid mutandum, libens scriberem: *pisinnam*, hoc est, parvulam. aptissime ad sequentem versum. Auctor Glossarum in Persium citat hunc versum Labeonis Gram.:

Crudum manducos Priamum, Priamique pisinnos.

Id est, parvulos filios. Epigr. 95. *Iura, verpe, per Anchialum.)* Rumor erat Anchialum, puerum Martialis,

a poëta quodam Iudaeo paedicari. arguit eum Martialis, quod natus in ipsis Solimis, adeoque sanctior et castior putaretur, tamen paedicaret. Negabat ille simul et per Deum iurabat. At proterve Martialis, iura, inquit, per ipsum Anchialum, puerum meum. In odium Iudaicae religionis. Nec assentior viris doctissimis, qui aliter interpretantur. Quod attinet ad nomen Anchiali, exstat vetus Epigramma:

Anchialus Lesbiae.

Hospes sta, et lacruma, si quid humanius in te est,
Ossua dum cernis consita moesta mihi.
Quoius laudati mores, et forma probata 'st
Anchialo, quem cura anxia debilitat.
Lesbia sum, quae dulcis mores sola reliqui,
Et vitam vivens parui in officiis.
Si nomen quaeris, sum Lesbia: si duo amantes,
Anchialus dulcis cum suo homine Spurio, etc.

Epigr. 99. *Labra pingui delibuta ceroto.)* Pinguia labra, quasi cerata, sive cera inducta. Cerotum, κήρωτον. Vet. gloss. κηρῶ, *cero.* κήρωμα, *ceroma.* Plin. L. XXII. c. 24. *ceratum.* Hinc emendandus Arnobii locus insignis L. VI.: *Inter Deos,* inquit, *videmus leones torvissima facie, mero oblita minio, et nomine frugi serio nuncupari. Si simulacra haec omnia superiorum sunt imagines numinum, ergo et in coelo habitare dicendus est Deus talis, ad cuius formam et speciem simulacri huius similitudo directa est: et videlicet ut hic, iste; ita illic, ille, sine reliquo corpore persona est, et facies sola, fremibundus hiatibus torvidis, dirus, sanguineo decoloro malum dentibus suis comprimens,* etc. Si verum amamus, legendum: *dirus sanguineo de ceroto.* hoc est, quod ipse supra dixerat, *facie mero oblita minio.* quo modo etiam, pro, *torvissima facie,* dixit: *fremibundus hiatibus tor-*

vidis. Sic ap. Virgil. Eclog. X. Pan triumphans depingitur:

— quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.

Ceterum, ut de una fidelia duos parietes dealbemus, haec Arnobiana de Sole accipienda sunt, qui Iconino vultu pingebatur, dicebaturque Osyris frugifer: Papinius Statius Thebaid. I.:

— seu te roseum Titana vocari
Gentis Achemeniae ritu: seu praestat Osyrin
Frugiferum.

Unde et iocatur Arnobius, ait enim eum nomine frugi serio nuncupari, cum tamen ebrii faciem potius prae se ferat, mero oblitam minio, quasi, si placet, nimio mero. Nihil autem mutandum in illis verbis: *nomine frugi serio nuncupari.* De Iconina Solis facie Placidus Lactantius Comment. ad Thebaid. Ad Lib. XII. Epigr. 49. *Grandes uniones.)* Insignes baccas, Horatio Sat. 3. titulatos, elenchos, indices, margaritas oblongas. Vetus Gloss.: *Elenchi*, μαργαρῖται μεγάλοι. Iuvenalis Sat. VI.:

Auribus extentis magnos commisit elenchos.

Videatur vetus Interpres. Epigr. 78. *Multis dum precibus.)* Simile illud de canum legatis ad lovem ap. Phaedr. L. IV. fab. 76. Ibidem. *Offensus genitor*, etc.) Quasi Aethon crepando religioni vitium fecisset. Elegans fragmentum ex L. M. Catonis in L. Veturium: *Domi quum auspicamus, honorem me Deum immortalium velim habuisse. Servi, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem servo aut ancillae dormienti evenit, quod comitia prohibere solet, ne id quidem mihi vitium facit.* Ibid. *Post hoc flagitium.)* Sic Plauto fores crepantes flagitium facere dicuntur. Epigr. 89. *Qui solus inopi praestat et facit turbam.)* Phaedr. L.

III. fab. 78.: *Aesopus domino solus quum esset familia.* Ad Lib. XIV. Epig. 79. *Priapus siligineus.)* Vid. ad Phaedr. fab. 72. Epigr. 73. et 74. *Psitacus. Corvus.)* Arnob. L. II.: *Discit verba psitacus integrare, [et nomina prorsus expromere.* Liber ms. in Bibliotheca Regia: *et nom. corsus expromere.* Inde coniicio scribendum esse: *et nom. corvus exprom.* Epigr. 153. *Semicinctium.)* *Un demiceinct, une estreinte.* Nicetas Choniates in codice barbaro-graeco dixit: τρενζίτιον, ἤτοι βούκλαν. Semicinctio, quasi laqueo, ad informem nodum, utebatur ille ap. Petron. Sat.: *Et iam semicinctio stanti ad parietem spondam iunxeram,* etc. Nec erat quod hunc locum, quasi desperatum, deponeret; author Animadversionum in Petron. p. 336. Epigr. 182. *Ebrius Prometheus.)* Vid. Phaedrus L. IV. fab. 73.

Pag. CXLVI.

Καὶ γὰρ ὑψηλὸς ὁ σταυρωθείς.] Ipse Artemid. L. IV. c. 51.: οἷον σημαίνει τοῦτο τὸ δοκεῖν ἐσταυρῶσθαι, δόξαν καὶ εὐπορίαν· δόξαν μὲν διὰ τὸ ὑψηλότερον εἶναι τὸν ἐσταυρωμένον. etc. Sublimes cruciarii sunt. ideoque ille socio suo sublimiorem crucem invidebat L. II. Antholog.

Μακροτέρῳ σταυρῷ σταυρούμενον ἄλλον ἑαυτοῦ
Ὁ φθονερὸς Διοφῶν ἐγγὺς ἰδὼν, ἐτάκη.

Pag. CLIII.

Τῶν πάλαι λειφθέντων.] L. τῶν παραλειφθέντων.

Pag. CLIV.

Ὥσπερ γὰρ τὰ χρήματα τοὺς ἀνθρώπους βαστάζει, οὕτω καὶ τὰ πτερὰ τοὺς ὄρνιθας.] Interpretatur quod supra dixerat L. I. c. 4.: ἐπειδὴ τοὺς εὐπόρους πτερὰ φαμὲν ἔχειν.

Πολλάκις δὲ καὶ διὰ σταυροῦ πετέσθαι.] emendabat Isac. Casaubonus: διὰ τοῦ σύρανοῦ. nihil certius.

II.

IO. IACOBI REISKE

AD

ARTEMIDORUM RIGALTII

ANIMADVERSIONES.

Ad lib. I. pag. 1.

ἢ ἄλλως γυμνάσματα —) aut, ni hoc sit, tamen in eiusmodi argumento aliquid solummodo quaerentium, de quo disputando se exerceant, aut in quo legendo et tractando iucunde otium transigant animumque oblectent. γυμνάσματα sunt materiae contentioni obnoxiae, argumenta disputationum. διατριβαὶ autem materiae animum oblectantes et otium fallentes.

Νυνὶ δὲ — ἀναγκαία,) comma aut prorsus delendum, aut ante ἀναγκαία retrahendum. *at usus huius rei, qui nunc necessarius est.*

P. 2.

τε ἀλλὰ καὶ) l. ἅμα, sed hoc iam Rigaltius notavit.

μετὰ κατασκευῆς) κατασκευὴ est apparatus argumentorum et demonstrationum evincentium.

τ. ἐπιτελεσμάτων μαρτυρίαν) ἐπιτέλεσμα. *eventus.* bonae notae est vocabulum, et apud Rigaltium immerito in reprehensionem incurrit.

ἀντισχεῖν ἀνθρώποις) contradicentibus puta, eamque inpugnantibus.

ἀντίγραφα —) *uni alios compilarunt et exscripserunt.*

P. 3.

ἔστιν ὅτε βιβλ.) l. ὅ, τι. ut iam notavit Rigalt.

προίκτας) πρόικτης, *mendicus*, est vocabulum Homericum. v. Odyss. p. 352, et 449.

ὠμίλησα) subaudi αὐτοῖς, scilicet vatibus, de quibus antea dixerat.

P. 4.

ἐξ ἀδήλων) facile ex ΑΔΗΛΩΝ fieri potest ΑΠΑΩΝ.

τοῦ λέγοντος τὸ πέρας) ut non exspectes sermonis finem, ut ex eo demum intelligas, quo tendat dicens, et quid sibi velit.

P. 5.

οὐκ ὀλίγη, ἢ καὶ —) *non exiguum est discrimen*, aut *non mediocris est disputatio*, et partiendi doctorum subtilitas. *quemadmodum etiam a me aliis in libris expositum est.*

ἀπ' ἀρχῆς.) *si non inciperet a suo vero iustoque principio volumen hoc, non posset non tibi turpe videri.*

ὑπ' αὐτῶν) l. ἀπ' αὐτῶν.

τῷ μὲν εἶναι) scil. ὀνείρῳ. alterum τῷ δὲ redit ad ἐνύπνιον, itaque ὄνειρος futura praedicit, ἐνύπνιον tantummodo inhaeresci t praesentibus.

ποιὰ) *nonnulla.*

ὀνειρογμοὺς) l. ὀνειρωγμούς. venit enim ab ὀνειρώσσειν.

γινομένην ἀπόφαξιν) l. γενομένην.

ἔστι τοίνυν ἰδιᾶν ταῦτα — ἔχοντα τ. μελλόντων) *eiusmodi visiones si occurrant, eae nihil habent vatidicum.*

ἴδια τῆς ψυχῆς.) post ψυχῆς deest: ἃ δὲ κοινὰ σώματος καὶ ψυχῆς. *alia corpori animoque communia.* nam exempla proxima subiecta hanc ad classem pertinent. et habet quoque haec verba latinus interpres, nescio utrum e coniectura, an e libro Aldino.

συμμίγειν) potest e plebeio sermone adscitum esse. alias συμμιγνύειν dicere solent tersi scriptores.

δρᾶται) defendi potest. mallem tamen ὁρᾶται, *conspiciuntur.*

τὸ δὲ ὄνομα αὖ τὸ κύριον —) f. τὸ δ' ὄνομα αὐτὸ τὸ κύριον (unde haec ars dicta est, scil. ὄνειρος, et ὀνειρώττειν) οὐχὶ οἱ ὑπνοῦντες αὐτὸ δρῶσι πάντες. non omnes dormientes faciunt id opus, unde huic arti nomen, et quod in ea summum est: hoc est, non omnes ὑπνοῦντες ὀνειρώττουσι.

ἀεὶ ὢν) aut ἄγων leg. ut etiam Casaubono visum fuisse e Rigaltio intelligo, aut ἐγείρων. *excitans mentem, ut ad praedictionem futurorum attendat, eamque speculetur.*

ἐνεργεῖ, καὶ ἐπάγων —) *in opere et negotio adhuc est, et visionibus superinducendo actiones conatusque atque institutiones operum perficiendorum, excitare solet.* —

P. 6.

ὀρείνειν) l. ὀρίνειν.

ἀτ' ἀρχῆς.) *statim a principio*, ex quo Graeci somnia proprio vocabulo appellare, et artem ex insomniis coniiciendi excolere coeperunt. *propterea datum ei fuit hoc nomen.* ὄνειρος, quasi propterea, quod τὸ ὂν εἴρει, hoc est λέγει. nam vetusta lingua graeca εἴρειν usurpabat, ubi nos λέγειν.

καὶ δὴ ἐγερθεὶς ἔτυχεν οὕτως) *adeoque* vel *consequenter, ut experrectus fuit, ea sorte usus est.*

πάντοθεν ἀπώλετο) aut loco πάντοθεν subiiciendum est καταποθὲν, *undis mersa navis*, aut eo servato, quod malim, leg. συντριβόμενον πάντοθεν ἀπώλετο, *undequaque quassata periit.*

καὶ παρακαταθήκην ἐφ.) καὶ delendum.

οὕτως ὁρῶνται καὶ ἀποβ.) l. οὕτως, ὡς ὁρῶνται, καὶ ἀποβ. *ita eveniunt, ut imaginationi obiecta fuere.* deinde quoque ἔτυμον leg.

— μεταξὺ χρόνου διελθόντος) paullo concinnius foret χρόνου μεταξὺ διελθόντος. quamvis vulgata structura prorsus idem dicat. Comma post ψυχὴ collocandum, *existimans nos posse interiecto temporis spatio, magistro et admonitore usos nostro ratiocinio, futura prospicere atque intelligere.*

οὐ δι' ἡντιναοῦν) l. οὐδ' ἡντινοῦν.

P. 7.

ὅστις ἐστὶν ὁ διοικῶν ἡμᾶς —) *quisquis ille tandem est, qui nos percipiendo futurorum adventui idoneos facit.*

ὄφελος ἡγουμένης) l. ἡγουμένη. redit enim ad ψυχή. et id quoque expressit interpres. *nihil nobis prodesse praedictionem existimans, nisi signa intelligamus, antequam ipsas res, illis signis demonstratas, experientia cognoscamus, ipsas res futuras solas et nudas, non adumbratas allusionibus, nobis ostendit, neque exspectat, donec externarum rerum quidquam significatu demonstret,* vel doceat, quid illae obscurae allusiones sibi voluerint.

οὕτω δὲ αὐτῶν — νοηματικῶς εἰπεῖν) f. οὕτω δὲ ταχέως ἕνια αὐτῶν ἅμα νοήματι, ὡς εἰπεῖν — tam celeriter eorum quaedam perficiuntur, interea dum de ipsis mens cogitat, et species eorum menti obiecta inhaeret.

τ. περὶ αὐτοῦ — ἐξήγησιν) αὐτοῦ, id est τούτου τοῦ πράγματος. passim auctor αὐτοῦ eo sensu adhibet, ut hac ipsa pagina — καθολικὸς αὐτοῦ —.

παρακολουθεῖν) subaudi ἡμᾶς.

ἰδίους εἴπομεν) εἶπον, *dixerunt*. v. infra: — δημόσια καλοῦσιν.

ὁρᾶν τινα ἑαυτὸν, ἢ πάσχειν) addendum credidi τινα ob sequens ἀγαθά. ni autem hic loci addas τινα, addendum erit post ἐναντία: τὰ ὁρώμενα.

καὶ ἐπὶ ποσόν) *etiamsi vel tantillum modo sibi factum familiarem.*

ἡλίου τε καὶ σελ.) f. ὅσα τε ἡλίου τε —.

ἢ τελείαν ἔκλειψιν) quaecunque autem insomnia solis et lunae — passiones mundi, praedicunt.

καλεῖται δὲ κυρίως — κοσμικά) f. καλεῖται ἐπὶ τῷδε κυρίως, οὕτως, ὀνείρατα κοσμικά. *ea propterea sic appellantur, scilicet insomnia mundana.* ἐπὶ τῷδε saepius Arrianus adhibet pro *ea de caussa* in libris de Vita Alexandri M.

οὔτε τοὺς ἰδίους) respondet οὔτε τοὺς ἀλλοτρίους pag. 8.

P. 8.

— παῖδας ἀποβαίνοντας) post ἀποβ. videtur οἶδα deesse. quod ni statuas, erit ᾔδειν reponendum ultimo versu p. 7. pro ᾔδη.

φωτὸς) suspectum, quid enim *luci* cum *cervice*. num lucem nominavit, quia *oculi* sunt in *capite*, et *caput* a *cervice* sustinetur? Cogitavi de φωνεῖν *loqui posse*. sed quis in auctore eiusmodi, qualis est Artemidorus, sermonis ἀκρίβειαν requirat?

τοῦ παντὸς σώματος — ὄλεθρον) f. τοῦ παντὸς σώματος οἷον ῥίζα (vel ἀκρόπολις. utrumque ex mente Platonis) εἷον δέ ἐστι καὶ τὸ τυφλοῦσθαι, τοῖς γὰρ τέκνοις ὄλεθρον — solet Artemidorus in novorum exemplorum initiis οἷον δέ ἐστι pro ὅμοιον δέ ἐστι ponere. v. infra.

εἴποι τις ἂν, οὔτε τοὺς ἀλλ.) *neque ausit quisquam affirmare, insomnia aliena non posse ad ipsos illos, quibus ea obiecta fuere, pertinere, experientia contrarium docente.*

χρήσεως ἀφῃρημένος) χρῆσις hic loci est *utensile, supellex*, res, cuius quotidianus est usus.

οὐδὲ — διαφωνεῖται τ.) f. οὐδὲ γὰρ οὐδενὶ διαφωνεῖται τ., *nemo enim hac in re dissentit*, aut *repugnat.*

μητέρα et γυναῖκα) l. μητέρι et γυναικί. *sed uno omnes ore aiunt et affirmant, artem similem esse, qua alit, matri, qua maxime privatum quid et proprium alicui est, uxori.*

καὶ εἰ μὲν λυποῖντο) καὶ tollendum. forte quoque leg. ἔτι δὲ καὶ φίλους ζῶν. *praeterea quoque amicorum oblata species significat, tristium quidem, videnti tristia, laetorum autem, gaudia.* scribendi καὶ loco credo ἐστὶ suffici oportere. forte typothetae, aut exscriptores codicum manu exaratorum, non assequuti compendium scripturae, quo expressum erat ἐστὶ, pro eo καὶ reddiderunt.

— ὅτε οὕτως) οὐχ οὕτως. *secus, atque nos diximus.*

καθίζειν εἰς χρείας, θακεύειν) aut καθίζειν εἰς χρείας aut θακεύειν delendum est. alterutrum aut varians lectio est, aut scholium. idem enim utrumque notat. *in latrina sedere.*

καὶ τὰ ἐκτός.) pro καὶ substituendum est aut ἐστὶ, *significant*, (vid. paullo ante notam) aut potius ἐς. ut subaudiatur ἀποτείνει vel ἀποβλέπει. *ea portendunt rebus extra nos positis.*

P. 9.

σκεύη, ἐσθῆτά) ἐσθῆτες aut ἐσθήματα.

δεξιὰ χεὶρ εἰς μητέρα) imo vero πατέρα.

ἀτὰρ δὴ καὶ δημοσίων — κοσμικῶν) f. ἀτὰρ δὴ περὶ δημοσίων τε ἀνδρῶν καὶ κοσμικῶν. aut ἀτὰρ δὴ περὶ δημοσίων ἀνδρῶν τε καὶ πραγμάτων.

τὰ μὲν ὑπὲρ ὧν) f. τὸ μὲν, cui respondet τὸ δὲ paullo post.

ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ — μὴ φροντίσ.) f. ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ ἰδίων ἤδη τινὲς ὀλίγοι (vel σπάνιοι) μὴ φρ. *raro enim contingere solet, ut vel privatis de rebus appareant insomnia* — vel ἐπεὶ καὶ ὀλιγάκις ὑπὲρ ἰδίων ἤδη τινὲς μὴ φρ.

διελέγχει — λόγον) post λόγον deest aliquid.

καί τινων πραγμάτων) καὶ κοινῶν πρ. vel καὶ μεγάλων τινῶν πραγμάτων.

διαλαμβανόντων αὐτῶν) — αὐτῷ. *penes eum*, Homerum puta.

P. 10.

ἀπήγομεν αὐτοὺς ἂν τ. προσέχειν) ἀπήγομεν ἂν αὐτοὺς αὐτῷ προσέχειν.

ἀλλὰ, φησὶν, ὅτι —) *atqui, ait*, adversarius nempe et osor huius artis: *fuerunt tamen privati et mendici, qui insomnia ad rempublicam pertinentia viderent.* φησὶν, ut *ait* Latinorum, est formula indicandi alterius adversariam argumentationem. et ὅτι abundat, ut solet, quum sermonem alienum orditur.

οὓς προκηρύξαντες — προθέντες) *publico in loco perscripta proponentes, spectanda omnibus.*

ἐσομένου κοινοῦ πολλοῖς) comma pone κοινοῦ retrahendum et sic distingu. ἐσομένου κοινοῦ, πολλοῖς (id est ὑπὸ πολλῶν) μυρίους ἄν τις, — *si quod instet commune bonum, malumve pariter, audiat quis insomnia mirifice varia* (hoc est illud μυρίους, *ad eundem tamen omnia finem tendentia*) *a multis prolata.*

μόνον ἀναδέξασθαι τὴν ἀπόβασιν) f. μόνου ἀποδέξασθαι τὴν ἀπόφασιν. *unius privati hominis pronuntiatum approbare.*

μάντις τῆς πόλεως) publica constitutus auctoritate, ideoque fide dignus. nam erant plani multi et aretalogi, qui parvo lucello in triviis popello vaticinarentur, et ab honestis contemnerentur.

Πανυάσιδι) v. p. 55. et 124. c. fin. et sic quoque Cornarius et Rigaltius.

ὑνόμασιν, χρόνῳ) post χρόνῳ deest ἑπόμενα vel ἁρμόζοντα vel simile quid. *consentanea, congrua.*

ὅτι τὰ φύσει μὲν ἑπόμενα —) hoc μὲν non habet δὲ sequens, nisi δὲ versus penultimi huc referre velis. sed deberet δὲ consequi. τὰ δὲ κατὰ τὸ ἔθος. nam persequi summa illa capita, φύσει, νόμῳ, ἔθει, reliqua unum post aliud instituit, sed brevi hoc institutum omittit. *non reputantes secum, ea, quae naturae sunt consentanea, graviora videntibus portendere, quam ea, quae minus sunt.*

ὑποστάσεις) f. περιστάσεις. *nisi fortassis prosint ob adhaerentes rebus rationes,* vulgo circumstantias dictas.

γίνεται γὰρ ὡς τοῖς εὐπόροις τὸ ἄκουσιν.) locum hunc non capio. id unum video, neque Cornarium, neque Rigaltium hic loci scopum feriisse.

τοῖς τὰ μυστικὰ ἱερὰ πράττουσιν —) ratiocinatur sic, si recte mentem eius capio. naturae consentaneus est clarus dies, et magis eam decet, quam nebulosus et turbidus. at hic tamen aptior sacris mysticis celebrandis, quam ille. nam sacra mystica tenebras amant. sic quoque noctes abhorrent astris illuminatas; contra caliginosas amant.

ἐπιμιξίαις.) *si temporum socientur vicibus.* ἐπιμιξία καιροῦ est fortuitus adventus vel occursus temporis et opportunitatis. vult dicere: interdum occurrere eiusmodi tempora, et opportunitates, quae conciliari cum consuetudine populari nolint; sed in quibus ab hac discedendum sit.

P. 11.

— ἓξ στοιχείων) sex illa, quae designat, elementa sunt paullo ante cap. 3. nominata, natura, lex, mos,

ars, nomen et tempus. deinde puto leg. *οὐ πάντως καθολικῶν. non penitus, non usquequaque.*

ὅταν) l. *ὅ, τι ἄν. quodcunque tandem dicant.*

τινος) l. *τι. non potest effugere, quin unum aliquod horum sex elementorum sit.* aut leg. *τὸ μὴ ἐν μοίρᾳ τινός. quin ad sortem et ditionem unius horum sex pertineat.*

ἅμα δέξασθαι) l. *ἀναδέξασθαι* uno verbo. v. p. 10.

τὸν μὲν οὖν πρότερον, τ. τ. τρόπον.) f. *τὸν μὲν οὖν πρότερον τούτων τῶν τρόπων, ὧδε.*

ἐκ τῆς οἰκείας διανοίας) recte habet *οἰκείας*, subaudi *γῆς*, hoc est *πατρίδος*. et sic in omnibus huius exempli locis restitui debet, ubi *οἰκία* pro *οἰκεία* irrepsit. deinde sic reliquisse auctorem coniicio: *καὶ διανῦσαι πρὸς προτεθειμένον σκοπὸν, et pervenisse ad metam propositam.*

κατῆχθαι — οἰκίαν) *οἰκείαν. in patriam redire.* ibid. aut *αὐτῷ* aut *τούτῳ* delendum est. nam alterutrum est e varia lectione.

ἀπολωλέναι) *ἀπολωλεκέναι.*

οὐχὶ ἢ τὸ τιμιώτατον ἀ. μόνον) *οὐχὶ* cum *μόνον* in constructione iungi debet. tanquam sic scripsisset auctor *οὐχὶ μόνον ἢ τὸ τιμιώτατον ἀπώλεσε.* sic enim leg.

τὸ αὐτὸ) subaudi *αὐτῷ*, *cum ipsomet patre.*

P. 12.

πάντα ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀπέβ. —) quod unam omnia sequerentur rationem, et eodem omnia tenderent. Scilicet omnium finis erat, iactura nominis.

— τοῖν σκελοῖν) defendi potest vulgata, sic, ut *τοῖν σκελοῖν* subaudiatur *κατά*. mallem tamen *ἐπιτεμνομένων* vel *ἐπιτεμνομένοιν*. nam perinde est.

τὸ ὕψος ἑτοίμως) haec sanare nequeo. sententia haec poscit: *ὅθεν φαίνεται* (vel *δοκεῖ*) *ἐτύμως κεκλ. unde recte cumulus eo nomine appellatus intelligitur*, vel *videtur.*

κάμμικρος) quasi *κακόμικρος*, ut *κάμμορος* pro *κακόμορος.*

ἐρωτικοῖς) num ἐρωτηματικοῖς, *in quaestionibus super Eunomo.* Sed quis Eunomus, et quid scripserit, super quo quaestiones proposuerit et agitaverit Evenus, mihi latet. *ibid.* πόα) subaudi ἐδήλου.

λογιστὴς —) comma ad λογιστὴς retrahendum.

P. 13.

αὖξοντας) non solummodo ad εἰκέτας proximum, sed etiam ad γονεῖς et φίλους redit.

ἄντρον αὐτοῦ) post αὐτοῦ collocandum comma, *aut antrum Cyclopis spectare, nervis resolutus esse.*

δεσμοῦ δὲ καὶ εἱρκτῆς, οὐχ ἡδ.) f. δεσμοῦ δὲ καὶ εἱρκτῆς πεῖραν οὐχ ἡδ.

τούτων γὰρ ὁ μὲν) scil. ὄνειρος. non redit ad hominem, cui ea visio fuit oblata, sed ad ipsam visionem. et ἔξει accipi debet pro *portendet, secum vehet, afferet videnti.*

P. 14.

ἀλλὰ θεόπεμπτα) f. ἀλλὰ καλεῖ γὰρ θεόπεμπτα. nihilominus tamen ea θείπεμπτα appellat Aristoteles.

ὁραθῇ, μηδὲν διαφέρειν —) et sic quoque Rigaltius.

δείλην ἑσπέρας) δείλην ἑσπέραν.

παύεσθαι κάμνοντας) θεραπεύεσθαι κάμνοντας. medicina uti aegrotos.

ἴδια δὲ καὶ ἐθνικὰ κ.) ἴδια δὲ τάδε, ἃ καὶ ἐθνικὰ κ.

π. Γέταις δοῦλοι) π. Γ. οἱ δοῦλοι.

P. 15.

ταύροις — ἐν Ἐλευσῖνι κοῦροι Ἀθηναῖοι —) non memini, Athenienses in sacris Eleusiniis cum tauris in certamen descendisse. Forsitan aetate Artemidori mos ille cum tauris pugnandi obtinuit, vetustioribus indictus. quod confirmare videtur sequens exemplum Thessalorum, quos cum

rum tauris vel uris congredi consuevisse satis notum est, item quod addit, bestiis committi solere ad mortem damnatos in venationibus circensibus aliarum urbium orbis Romani.

διαλαμβάνει πάντων) διαλαμβάνειν π.

τὴν ἀπόβασιν) prorsus improbare ἀπόβασιν nolim, mallem tamen ἀπόφασιν.

ὅτως γέγονε) *quibus parentibus fuerit editus*, qua nascendi sorte usus.

P. 16.

περὶ κυνηγίας, π. ἁλίας) π. κυνηγεσίας, περὶ ἁλιείας.

καὶ ὅταν ᾖ) f. καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ.

ὅτε ἡ ἀρχὴ) ὅτε μὲν ἡ ἀ.

ἐν οἷς ὁ γράμματά τ.) ἐν οἷς ὁράματα aut ὑπογράμματα, *lineae extremae*, lineamenta extima res ipsas adumbrantia.

P. 17.

παρασκευάσθαι παρεσκευάσθαι.

ἐπανέχειν) *insistere, inhaerere, acquiescere.*

τὸ ὁρώμενον ἀποβαίνειν) f. τὸ ὁρώμενον, ὅπῃ μέλλει ἀποβαίνειν.

αὐτοὶ μὴ καταλαμβάνειν) post καταλαμβάνειν potest e proximo repeti φασίν. non dubito tamen, ἀποφαίνονται vel simile quid excidisse. ἐπιθύεσθαι est iterum sacrificare, si primum sacrificium irritum et inauspicatum fuerit. *sacrificiis iterandis testatum faciunt, se mentem deorum in extis significatam haud assequi.*

ἔτι κἀκεῖνα —) f. ἔτι κἀκεῖνα δεῖ φυλάττειν. (aut ἐτήρησα. v. p. 20. 57. 60.) ὅσοι τῶν ὀνείρων κακόν τι σημαίνουσιν, ἐὰν ἡ τοῦ ἐρῶντος ψυχὴ πρὸς τὸ ὄναρ μὴ ἀηδῶς —.

ἐὰν μὲν ἡ τῆς) μὲν delendum.

P. 18.

ἄνωθεν) id est ἀρχῆθεν, ἐξ ἀρχῆς, *denuo*. deinde leg. αὐτὸς. et id quoque interpres expressit.

οὐδέπω) οὐδέποτε vel οὐδεπώποτε.

ξῆξαι) *tundere, ferire, vulnerare.*

γεννώμενον) post γενν. punctum est collocandum, et leg. ἢ πάλιν, *aut alio modo, ut in terram veniat, hoc est in patriam.* nam et pueruli in terram statim a partu deponuntur.

πνεῦμα) i. e. *corpus animatum, animans.*

ἐλέγχει) h. e., significant haec insomnia futurum esse, ut abdita in lucem protrahantur.

P. 19.

ἀποθήσονται. — ἀγαθόν.) nam deponent a se sua onera, liberabunt se suis mercibus, extundent eas mercatores, *sie werden sie absetzen*, διαθήσονται. nauclerі exponent navium suarum onera in portu.

ὡς υἱοὺς ἡ λύπη, —) recte Casaubonus e Plutarcho emendavit: ἴσ' ὅση λύπη — sed praeterea quoque leg. παρὰ πάντα χρόνον. *per omne aevum.*

χείρονα τῆς ἀρχῆς τ. τελευτήν) f. sic distinguendum et leg. χείρονα. τῆς γὰρ κτήσεως τελευτήν — *significant enim fortunarum decrementum.* si serves vulgatam distinguendi rationem, erit sic legendum: χείρονα τὴν ἀρχὴν τῆς τελευτῆς ἐπάγει. *peiora fore initia illarum rerum, quarum symbola vel notae sunt filiae, quam earum fines erunt.*

τὸ παιδικόν) subaudi γάνος, κάλλος, ἄνθος, χαρίεν vel simile quid.

ἔτι μᾶλλον) est *olim aliquando*, cum tempore, si non nunc. olim magis, quam nunc.

γάλα λαμβάνει) λαμβάνειν.

P. 20.

προεπισωρεύσει αὐτῷ) προσεπισωρεύσει αὐτῷ.

— οὐδὲ κατὰ τὴν νόσον) *neque* visio illa, qua quis sibi visus fuit lacte nutriri, *caret ad morbum ratione.* h. e. neque nequit ea visio ad morbi significationem referri.

καὶ μὲν δὴ καὶ) pro μὲν l. μὴν.

ὡς δύνανται —) ὡς δύνασθαι.

— γυναῖκα, ὥς τε — δοκεῖν) v. p. 18. cap. 15.

σώματι ἀσκοῦντι) σωμασκοῦντι uno vocabulo. v. p. 44.

παραστήσομαι) παραιτήσομαι, *deprecabor, excusabo me ad* — et sic quoque Rigaltius. porro non mihi latet δυσχεραίνειν τινὰ dici, pro *abhorrere aliquem, succensere alicui.* sed et hoc novi, verbum illud cum dativo pariter construi. quare evitari poterit illa plurium diversorum accusativorum accumulatio, legendo τοὺς τοῖς ἐπὶ λεπτὸν διαιρουμένοις δυσχεραίνοντας.

ἐπισύρουσιν.) *obiter et supine perstringentibus.*

P. 21.

ἢ στρεφίου ἢ διαδήματος) haec verba sunt e scholio, ideoque delenda.

τῷ δὲ) scil. πένητι.

καὶ γὰρ τὰ χρήματα — καλεῖται) f. καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφαλὴ καὶ κεφάλαια γίνεται.

— κεφαλὴ μείζων — αὐτοῦ) αὐτῆς. *maior, quam antea fuit.*

προγεγραμμένης) *de quo modo diximus.*

τ. π. Διόνυσον) τ. π. τὸν Διόνυσον.

αὐτὸ γὰρ —) αὐτὸ cohaeret cum μόνον. *id solum enim significat,* scil. εὐπορίαν, *abundantiam opum.* αὐτὸ τοῦτο μόνον.

κομιδήν) h. e. ἐπιμέλειαν, curam, nutritionem, observationem, *Abwartung und Pflegung.*

P. 22.

ἡ δὲ ἀτημέλ.) ἥ cum accentu gravi. *quae.* quae vero coma in calamitatibus neglecta crescit, ea non est coma, sed θρίξ, velut seta.

ὑπὸ τ. ὑποβ.βλ. — τάξεως) *ab officio eius dispositioni subiecto.*

κουριώσας) *tonsorem poscentes.*

ἐπέβαλον) coniectabam.

σημαίνει — καὶ —) punctum delendum, et sic distinguendum atque emendandum: — σημαίνει καὶ τοῖς εὐγενέσι, *etiam ipsis bene et ingenue natis significat.* τοῦλοις δὲ δεσμὰ περιτίθησιν, *servis autem vincula iniicit.* hoc est iniicienda portendit.

ἔρια) id est πιλίδια, pileolos, e lana factos, quos medio aevo almuziolas appellabant, hodie *bonets* dicunt. hos pileolos lineos et focalia linea gestabant soli aegroti, ut e Cornelio Celso, Cassio Dione et aliis constat. hoc si teneatur, constabit locum ita refingi oportere: προαγορεύει, διὰ τὸ τὸν πολλάκις — lanas pro capillis in capite gerere, morbos longos et tabem praedicit, propterea quod ille, qui lanas, hoc est laneas vittas, crebro in capite gerit, tanquam illas accretas sibi habere videatur.

τεκμαίρεσθαι χρὴ — μεταβολῆς) f. τεκμαίρεσθαι χρὴ τὸ πέρας (vel τέλος vel ἀποτέλεσμα) τῆς μεταβολῆς.

P. 23.

ἐξ ἐναντίας) *e regione respondet,* e parallelo positum est. sed videtur locus hic non integer esse, forte sic integrandus: ἐξ ἐναντίας γὰρ τοῦ πρόσω καὶ παρόντος τὸ ὀπίσω τοῦ μέλλοντος — *nam ut antica pars tempus praesens, sic postica futurum significat.*

διαφέρουσιν, ἡ) ἥ delendum. ipsa calvities in se spectata, sive senilis sive iuvenilis, eadem ex causa utroque in genere nascitur, ideoque neutrum genus alteri differt. scilicet nascitur e defectu caloris.

παρέχωσιν) παρέχευσιν.

εὐσυνείδητος) vocabulum ab Artemidoro forsitan confictum. *integer vitae, scelerisque purus,* quem actae vitae *conscientia non pulsitat* memoria scelerum commisserum.

κατὰ δίκην) καταδίκην uno vocabulo. *condemnabitur ad metalla,* vel lapicidinas, vel simile quod opus publicum.

ταῦτα) f. πάνυ aut πάντως. *certo certius,* vel *utique.*

πλὴν Αἰγυπτίων) πλὴν delendum. nam postea dicit iis, qui consuessent caput rasum habere, bonum portendere hanc visionem. atqui Aegyptii sacerdotes calvam gerebant.

πᾶσιν ἐπίσης — χαρῆναι) sic distinguo et lego hunc locum: πᾶσιν ἐπ' ἴσης, δῆλόν ἐστι γὰρ, ὡς ἐστιν ἀπὸ τοῦ καρῆναι καὶ τὸ χαρῆναι — *nam perspicuum est, posse verbum* καρῆναι, *admissa unius elementi permutatione cum alio, pro* χαρῆναι *accipi.*

P. 24.

οἱ γὰρ ἐν τοιούτοις γινόμενοι) aut τοῖς γὰρ ἐ. τ. γιγνομένοις leg., aut, si servetur nominativus, leg. erit deinceps ἀνάγκη περικείρονται.

ὑπ' ἄλλων τινῶν) post τινῶν deest aut ὀνυχίζεσθαι, aut τεῦτο παθεῖν.

ἐκπλέκεσθαι) ἐμπλέκεσθαι. *implecti caput,* hoc est capillos in capite inter semet implecti.

καὶ τοῖς τούτων ἀκολούθοις) καὶ τῶν τούτοις ἀκολούθων.

γυναῖκα, τέκνα, οἰκέτην) οἰκέτας.

τὰ ἐναντία ἑκάστῳ — γινομένοις σημαίνει) traiecta verba sic in constructione grammatica sunt ordinanda: ἑκάστῳ σημαίνει τὰ ἐναντία τοῖς πρόσθεν γιγνομένοις. *unicuique, pro diverso vitae et quaestus, quem facit, genere, significat contraria iis rebus, in quibus ante id temporis agere solebat.*

μετὰ) μιστὰ, *plenas sordibus.*

P. 25.

ἀπογαιωμένον) ἀπογεγαιωμένον. *locum in terram conversum*, cuius natura cum natura terrae permutata fuit.

αὐτοὺς ἀποβῇ.) αὐτὸς ἀ. *ipsemet suis manibus excepit.*

ἀποδεχόμενος) ὑποδεχόμενος. *suppositis manibus.* forsitan quoque ἐκλαμβάνειν leg. sed hoc quidem nolim acriter urgere.

ἀπόντος ἀδελφοῦ) post ἀδελφοῦ deest γεγονέναι.

ὅτι μὴ ταχέως) recte habet μή, quod e ratione patet ob quam Artemidorus ait solis philosophis bonum portendere aures asininas; quia philosophi aures unicuique oblato sermoni temere non admovent, neque acclinant sed tarde admovent, et post longam demum rei speculationem assensum praebent.

τὰ τῆς ἄλλης ἀκοῆς) sunt res, quae alias aut ab ipsis aut ab aliis, auditu vel per aures accipiuntur. feras bestiae insidias sibi structas prius non intelligunt, quam in eas illapsae fuerint. his itaque sunt oculi id, quod hominibus aures. discunt insidias sibi structas indicio oculorum, quas homines comperiunt indicio amicorum: virtus et robur praesidium feris est, quo solo nituntur; prudentia et calliditas homini. at qui sibi videatur ferae auriculas habere, illi significatur, futurum esse, ut sortem ferarum subeat, hoc est, ut in caecas insidias coniectus a calumniis, virtute se tueatur, et mala arceat, quae prudentia cavere nequiit.

εὐανθεῖς) de crinibus dici solet, eos *florere et vernare.* atqui in numero pilorum etiam supercilia sunt *ibid.* ante πᾶσιν deest aliquid. c. c. μαλακοῖς, vel τρυφεροῖς vel πλουσίοις, vel ἐμπόροις, aut πραγματευταῖς aut tale quidnam alias τοιούτοις paullo post non habet, quo refertur.

μέλανι) colore quodam nigro, e fuligine facto, aut stibio, quo etiam orientales homines adhuc nostra aetate oculos inficiunt.

ἀπραξίας ἰδίας) f. ἀπραξίας καὶ ἀηδίας.

P. 26.

ἀπραξίαν δὲ) post hoc videtur τοῖς χειροτέχναις deesse vel simile quid. ni hoc admittatur, saltim μεν erit post ἔνδειαν addendum.

τοῦ ἰδέντος) non ad ἔλεθρον debet referri, sed ad τοῖς παισίν.

ὁ μὲν γὰρ) scil. in vinculis detentus, et qui sui iuris non est, ὁ κατεχόμενος βίᾳ.

ὁ δὲ) scil. pauper.

ξύναται) subaudi τις.

οὐ γὰρ προκόψει) non enim procedet vel adscendet ad altiorem militiae gradum.

ἴδοι τὸν ὄνειρον τοῦτον) sic distinguo et lego: ἴδοι τὸν ὄνειρον, *videat insomnium*, scilicet *hoc*. τοῦτο (scil. τὸ ἀπολωλὸς) *rem amissam rursus non videat.*

P. 27.

μάλιστα δ' ἂν οὕτ. — περιέλκοιντο) f. μάλιστα δ' ἂν οὕτως δόκοιεν μὴ ἔχειν ὄμματα, εἰ ἐν ἡσυχίᾳ γίγνοιντο, μήτε περιέλκοιντο.

ὁ μὲν οὖν δεξιὸς, πρεσβύτερα — νεώτερα.) nescio, qui factum, et cuius errore, ut versus hic in latinis non reperiatur.

λόγος τις ἔχει) est insolens, ἐπέχει et κατέχει potius amant dicere. vid. tamen p. 59. ubi recurrit.

ἀπεστάλη) usitatius est, ἐπεστάλη. nolim tamen propterea vulgatam prorsus damnare. sed tantummodo attendere iubeo lectores, meminerintne ἀποστέλλειν τινὶ dictum pro ἐπιστέλλειν, alicui peregre agenti per literas et nuntios. ita legitur excusum in epistola Libanii 305. 12.

θυγατέρα τὴν νεωτέραν) post haec deesse videtur καὶ μητέρα, ob praemissum: ἢ πατέρα. aut, si hic καὶ μητέρα desit, etiam ibi ἢ πατέρα erit delendum. quod facile patiar.

P. 28.

ταῖς χερσὶ et τοῖς ποσὶ) redit ad ὥςπερ βλέπῃ. ut manibus pedibusque velut videat, hoc est, ut manus pedesque ipsi usum oculorum praestent, eo, quod ipsis ad praetentandum iter utitur.

ὕλην) forte bene habet. *nihil quidquam rerum.* nullam quamcunque materiam. Cogitavi tamen aliquando τύλην, *ne unicam quidem culcitam tolerare super affecta illa parte possit prae dolore.* de προςέχειν etiam dubito. sententia προςανέχειν postulat. hoc est ἀνέχεσθαι πρὸς τῷ μέρει τούτῳ.

συνῴκησε) συνῴκισε, per iota.

ἐπίτηδες) *quasi eo fine datae a natura manus essent, ut caecis viam monstrarent.*

εὐαίσθησιν) εὐαισθησίαν. ut ἀναισθησίαν, quod paulo post sequitur. observavit hoc ipsum quoque Rigaltius.

ὄντως) l. σῦτως.

πρὸν τοὺς ὑπερέχοντας ἔχθραν) si nasum habere significat, facere cum praestantiore hominum parte, esse de numero virorum excellentium, necesse est, ut, quod ei adversatur, naso carere sit, stupidum et de facce plebis esse, ideoque quod ex illo consequitur, odio praestantiores prosequi.

ἔτι στάσεις) ἔτι bene habet, neque tolli debet. nam postquam praemisisset, vitio aliquo circa nares laborare, id significare discordiam, et odium excellentiorum, recte subiicit alius generis vitium adhuc ipsummet quoque discordiam et simultatem cum praestantioribus, at aliis familiaribus, significare.

P. 29.

ἠλκωμένας) *sulcatas unguibus*, in quibus vestigia unguium saevorum, longi sulci sanguine arido horrentes et nigricantes, exstent.

συγγενεῖς, τοιγαροῦν ὅτι, ἂν τούτων πάθοι) sic distingu. συγγενεῖς. τοιγαροῦν ὅ, τι ἂν τούτων πάθοι. *quapropter, quodcunque horum laboret.*

οὓς μὲν, κοσμ.) aut ὧν οὓς μὲν leg. aut οὓς μὲν γὰρ —.

αὐτῆς εἰκοναμ.) αὐτὴ.

κόσμον γενέσθαι) κόσμος hic loci videtur ditio, iurisdictio, regnum, orbis et conditio quaecunque, in qua pro suo quisque versatur arbitrio, significari; ideoque legendum esse ἐφ' ἑαυτοῦ κόσμον γενήσεσθαι. *regnum ipsi natum esse soli sibi proprium.*

διαφθείρειν) *praeterquam quod significet perituros ipsi suos necessarios.* hoc de genere dictionis egere viri docti ad Thomam Magistr. v. γεννᾷ p. 187. seq. auctorum veterum nullus eo crebrius utitur nostro Artemidoro. Ita supra in fine capitis 24. τοῖς δὲ λοιποῖς μῖσος ἐργάζεται est *significat odia eventura esse.* conf. p. 30. 31. 32. et cap. 34. cap. 44. p. 39. cap. 45. p. 41. cap. 50. p. 44. 46. 48. 49. cap. 58. p. 51. 55. cap. 69. p. 59. cap. 71. et 72. p. 67. 72. 76.

P. 30.

ἔχει δὲ ὧδε) scil. τὸ πρᾶγμα, vel ἡ πραγματεία, vel, quod praecessit, ἡ κρίσις.

τοὺς πρεσβυτέρους σημ.) τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τὰς πρεσβυτέρας σημ.

ἔτι δὲ καὶ οἱ ὀδ.) καὶ delendum.

χρ. οἵ τινες) aut εἴ τινες leg. aut οἵτις τινες.

ὃ ὀὲ εἰρήσεται τίνα οἱ ὀδ. σημ.) f. ὃ δὲ εἰρήσεται, τίνα τίνες οἱ ὀδόντες σημαίνουσιν.

ἢ πολλὰ ἐφάπαξ) f. ἢ πολλοῖς ἐφ.

πορίσας) undeunde extusa et comparata pecunia, modo absque iactura rei familiaris.

P. 31.

ἀποδόμενος) *vendenda supellectile domestica.*

οὐδὲν ἐῶσι πρᾶξαι διὰ λόγου.) *nihil sinunt perficere eorum, quae per sermonem confiunt vel peraguntur.*

περιγράφουσι) *circumscribunt,* id est impediunt, intercipiunt, incidunt, progressibus eorum obstant.

ἐπί τε τῶν ἐῤῥωμένων — ἔχουσι τί. ἔτι τοῖς νοσοῦσι) f. ταῦτα ἐπί τε τῶν ἐῤῥωμένων καὶ ἐλευθέρων, καὶ μὴ ἐμπόρων, ἔχουσί τι κράτος. τοῖς δὲ νοσοῦσι — *Haec, quae adhuc diximus, valent de hominibus bene valentibus, et liberis, et corpore non mutilis, aut affectis.* si quis ἐμπόρων tueri velit, ut infra ἐμπόροις δὲ ταχέως —: neque valde repugnabo, ei erit sic legendum: καὶ μὴ ἔμπορον ἐχόντων τι ἰσχυρά ἐστι. *haec obtinent de bene valentibus et liberis et nihil habentibus in negotiatione collocatum,* τοῖς δὲ νοσοῦσι.

ἀνίσταται) ἀνίστανται.

γὰρ οὐ διδοὺς ἀναφορὰν) οὐ γὰρ διδοὺς (subaudi ἄλλῳ) ἀναφοράν. *non enim dans alii censum veluti capitis sui.* servi dabant heris certam partem de quaestu suo, quae merces ἀναφορὰ *relatum* dicebatur. simile quid occurrit in oratione Demosthenis contra Nicostratum et Arethusium, ubi Arethusius a servis messoribus dicitur pecuniam accepisse. usitatius tamen est ἀποφορά. v. Diogen. Laert. VII. 169. in Cleanthe p. 473, 19. et infra p. 181. cap. 41, 13.

τρεφ. πάντως ἔσται) πάντως, *absque dubio.*

P. 32.

ἀναφύεσθαι) ἀναφῦσαι mallem, quamvis vulgata quoque non prorsus mala.

ἐπειδὴ) l. ἐπεὶ δὲ. *deinde vero etiam actionis quietem, vel opificii frigus, significat.*

τῇ) l. τὰ. *ea, quae sermone peragi solent.*

στόμα πίπτουσα) στ. ἐκπίπτουσα vel προεκπίπτουσα.

P. 33.

τ. μ. διὰ φωνῆς ἐργαζομένοις σχολὴν π. λ. ἡ γλ.) *qui quaestum lingua faciunt, his lingua ferias circa doctrinas seu docendi exercitationem habuit.* quievit ipsis lingua a consueto docendi munere.

Ἀταλεὺς) Ἀτταλεὺς. Attalia, urbe Pisidiae, oriundus. ut a Νικομήδεια fit Νικομηδεύς, ita ab Ἀττάλεια, Ἀτταλεὺς, non Ἀτταλιεύς.

ὃς καὶ μετὰ —) l. ἢ (aut) κ. μ.

διὰ τὸ αἷμα — εἰς τὴν γῆν, ἥτις) διὰ τὸ, τὸ αἷμα, τουτέστιν ἑαυτὸν, εἰς τὴν γῆν ἰέναι, ἥτις — *quia sanguis, hoc est, ipsemet, in terram abeat, quae est omnium patria.* post ἀπόδημος videtur τοῦτο τὸ ὄναρ ἰδὼν deesse.

ἐνεστώτων) *praesentium.*

— ἀποκριθέντα — ἐνοχλεῖ. τῷ δὲ —) *qui vero sui iuris est*, nulla urgetur necessitate, nullo angitur moerore.

P. 34.

πλείστους ἱερούς —) πλείους ἰ. plures unis ludos sacros obeunti.

πρὸς γὰρ τὸ) l. π. γ. τῷ. per κεφαλὰς significat *capita foenoris*, quae nos capitalia solemus appellare. v. c. 18. et 35. quae sequuntur καὶ οὐσίαν περιβαλέσθαι πολλὴν sunt velut illorum expositio πολλὰς κτήσασθαι κεφαλάς.

εἰκόνα) *similitudinem.* quia similes sunt parentibus.

πρόσωπον) *personam*, hoc est, *hominem.* sic supra p. 27. πρεσβύτερα et νεώτερα πρόσωπα. vulgari loquendi modo *personas* et subiecta vocare solemus.

ἐσπουδασμένον) *cui magno studio acrique diligentia, sive ut comparetur, sive ut conservetur, invigilatur.*

P. 35.

ὄντα) l. ὅν τι. *aliquid, quod sit anxie et sollicite custoditum, adamatum et plane necessarium spectanti.*

δὶς ταὐτα) δὶς ταὐτὰ. *bis eadem ipsa.*

ἐρανάρχαις) καὶ ἐρανάρχαις.

τοῖς δὲ λοιποῖς) subaudi δούλοις.

— πολλοὶ δὲ — ἐπράθησαν) alii servi, viso hoc insomnio, non adepti sunt libertatem, sed alium herum. rursus venditi mutarunt dominum. solummodo venditi sunt, non autem impetrarunt libertatem.

τοῦ περιπέου) subaudi ὄχλου. *ibid.* ὁ τοίχαρχος, praefectus τοίχῳ. hoc est alterutri *lateri* navis. notavit quoque Rigaltius, et, ut ex eius indicio intelligo, ante eum iam Brodaeus.

σώματος εἰς τὴν ν.) σώματος τοῦ εἰς τὴν ν. — ἐπιβάται sunt praeter nautas et remiges reliqui vectores omnes, praecipue vero milites classiarii.

P. 36.

πράσσειν ἄλλο) subaudi praeter id, in quo quisque iam tenetur occupatus.

προαγορεύει) hic loci significat: *iubet, imperat, pronunciat,* quo sensu de legibus et praetoribus edicentibus venire usu solet.

τὴν οἰκείαν) per ει. subauditur γῆν. hoc est *patriam.*

ἐπαχθὴς) suspectum. sententia potius *carum, acceptum,* flagitat. num ἐπιεικὴς, an ἐπαλθὴς, saluber. sed neutrum satisfacit.

εἰ δέ τις ἔτι μελήσειε τὴν κεφαλὴν) aut εἰ δέ τις τιμελήσειε τὴν κεφαλὴν, aut εἰ δέ τις ἐπιμελήσειε τῆς κεφαλῆς.

P. 37.

ὡς ἐπὶ τῶν ὤμων) ὡς ἔτι τ. ὤμων — *quasi humeri adhuc contratenere, perdurare, tolerare dura et averba et molesta queant.*

εἰ καὶ πεπυκνωμένον ῥιζῖν) delenda sunt haec verba. sunt enim scholium vocabuli λάσιον, et quidem male exaratum. auctor scholii sic dederat: ἢ καταπεπυκνωμένον ῥιζίν.

πάσης αἰτίας ἐκτὸς ὄντες) *vitii et culpae omnis expertes.*

φαίνοντο) φαίνοιντο.

καὶ τοὺς μαζοὺς) *etiam mammas.* nam et *genas* solent tundere et unguibus scindere. quo respicit illud καὶ, *etiam.*

P. 38.

ἔστι δὲ παλαιὰ διαίρεσις ἀληθὴς ἥδη, καὶ σημ. etc.) f. ἔστι δὲ παλαιὰ διαίρεσις ἀληθὴς ἥδε, ἣ σημαίνει ἡ μὲν δ. χ. *est autem vetusta vera divisio haec, iuxta quam significat dextra quidem manus.*

καὶ ἄλλον — ἔστι τοῦ ἰδόντος.) haec verba non invenio in latinis. καταχρώμενοι, hoc est καταχρηστικῶς, *et alium quemcunque, quem in communi sermone, verborum quodam abusu* (seu translatione a primigenia et consueta sua significatione ad aliam remotiorem) *dicimus esse alicuius dextram manum. ibid.* post λέγομεν deest ὅτι.

ἐπεὶ μὴ ἄνευ τούτων) ἐπειδὴ ἄνευ τούτων.

P. 39.

πλείονας ἔχειν δακτύλους τἀναντία — ἧττ. ἔχειν.) πλείονας ἔχειν δακτύλους οὐ (vel οὐχὶ) τἀναντία σημαίνει τῷ δοκοῦντι ἥττονας ἔχειν. *iusto plures habere digitos sibi videri, nequaquam id contrarium ei visioni significat, qua sibi aliquis iusto pauciores habere visus fuit.* quanquam ita nonnulli, sed illi opinione sua falsi, statuerunt. v. statim post.

οὐ γὰρ παύσεται ἐργαζόμενος) *non enim deerit ipsi quae sius ex opificii sui aut negotiationis exercitio.*

τοιγάρτοι ἐάν τε) l. τ. ἐ. τι.

ᾖ) aut δοκῇ, aut ᾖδῃ, aut συμβῇ leg. forsitan ᾖ, ἢ natum fuit e fine verbi δοκῇ. saepe in codd. mstis κ et η permutantur. quod si sit: delendum erit ἢ ante στερεθῆναι.

P. 40.

τὰ σπλάγχνα) f. τὰ ἑαυτῶν σπλάγχνα.

ἐπαγωγόν) ἐπαγωγήν, accessum, adventum, appropinquationem.

ἰδόντος καὶ τὸ πνεῦμα) post πνεῦμα videtur τὴν καρδίαν δηλοῦν deesse. *quia cor videtur totum habitum corporis, et animum* (seu impetus et vehementiores motus mentis) *et spiritum* (seu sanguinis et succorum animalium circuitus atque vigorem vitae) *cor significare.* vel deest ἐνταῦθα εἶναι, *ibi residere.*

νίὸν) f. φίλον. Cornarius pro eo βίον reddidit.

χυμὸν) suspectum. *ibid.* γυναῖκα pro γυναῖκας. porro καὶ ante ἡδονὰς delendum.

τοὺς δὲ ἄλλους τέκνα.) num ὄρχεις pro ἄλλ.

μένοντα μὲν ταῦτα) post ταῦτα deesse videtur κατὰ χῶραν. *si partes hae omnes locum suum formamque naturalem obtinent, significant quoque res meliores.*

ἐῤῥωμένα μὲν πάντα ἑκάστῳ ἰδία. διπλούμενα δὲ πάντα) ἐῤῥωμένα μὲν πάντα, ἢ ἕκαστον ἰδίᾳ, ἁπλᾶ, (subaudi e proximo δηλοῖ ἔσεσθαι τὰ σημαινόμενα) διπλούμενα δὲ πάντα — *haec sive universa, sive singula seorsim bene habere, significant, ea, quae portendunt, simpla fore: at si dupla conspiciantur illa sive omnia simul, sive singula seorsim, recte quidem constituta; significabunt ostenta dupla.*

τὸν σπερματικὸν ἐπέχει λόγον) *eandem vim atque rationem habet, quam habet semen.* hoc est pudendum signi-

fical eadem, producit eadem, patitur de se praedicari eadem, atque semen.

παισὶ τοῖς καθ' αἷμ. —) posset παισὶ rectum videri. sunt enim quidam παῖδες μὴ καθ' αἷμα προσήκοντες, scilicet adoptati, verumtamen, quia praecessit τεκνοις, nullus dubito Cornario subscribere, πᾶσι reddenti in latina interpretatione, et Rigaltius quoque sic suadet.

ὡς) leg. ὁ. ὁ τοῦ παντὸς οἴκου λόγος est omne id, quod vocabulo τοῦ οἴκου comprehenditur, et ad οἶκον pertinet.

P. 41.

ἡγεμ. π. αἰδοίων.) αἰδοῖον ὄν. *propterea quod pudendum virile rerum omnium principium est.*

λ. τινὶ φυσικόν) φυσικῷ. fabrefactum cum aliquo ad naturae rationes respectu, velut ab auctore, qui voluisset admonere, Mercurium aliud nihil, quam vim generandi, quae naturae est, significare. Rigaltius eodem modo emendavit, et bene exposuit hunc locum.

παρέχειν) ea, quibus alia quaepiam res eget, et quae appetit, praebere possit. ea igitur ratione simile facultatibus seu opibus est pudendum, quod utrumque indigentium et appetentium inopiae et cupiditatibus satisfacit.

— ἀναγκαῖόν τ. κ. —) partes verendae, naturales vulgo dictae, quod differentiam sexuum efficiunt, et quae ipsis vicinae sunt, a Graecis ἀναγκαῖα μέρη appellantur, quoniam ipsis ad vitam agendam et propagandum tam opus est, ut iis carere absque perendi necessitate nequeat; et quia propterea cara nobis sunt; quo fit, ut ea sedulo celemus. v. Euseb. Hist. Eccl. 8, 12. p. 306, 26. *edit. Moguntinae*, ubi pudenda appellantur τὰ ἀναγκαιότατα μέρη τοῦ σώματος. Insignis praeterea locus est huc faciens Nostri p. 75. et 76. praeterea adhuc monendum, legi oportere πενίᾳ et δουλείᾳ, et δεσμοῖς, et paullo post ἐπιτιμίᾳ. nam pendent hi dativi omnes a verbo ἔοικε,

quod initio huius capitis habetur; quod si autem serventur hi accusativi, necesse est σημαίνει vel simile quid excidisse. ἐπιτιμίαν et ἐπιτίμιον confudisse videtur Cornarius, vertendo *auctoramentum*, hoc est mercedem. atqui primum quidem, ἐπιτίμιον est solummodo *poena*, deinde multum diversa est significatio amborum illorum vocabulorum. ἐπιτιμία est conditio honesta, qua vir aliquis bona fama gaudet, ius habet ad honores adspirandi, et omnia munia reipublicae gerendi, locaque omnia sacra et profana adeundi, quae adit et gerit quisquis optimo iure civis honestus est; non ἄτιμος, capite minutus. ἐπιτιμία ἀξιωμάτων est igitur talis honesta conditio cum administratione munerum publicorum coniuncta, dignitas personae publicae, viri magistratum gerentis auctoritas. Pergit Artemidorus, talem honestum statum, praeclaramque et spectatam vitae sortem, etiam αἰδῶ hoc est reverentiam, seu verendam, sacram et inviolabilem appellari vivendi sortem.

τ. οἰκ. ἐπιδιαμεῖναι) Cogitavi aliquando ἔτι διαμεῖναι. sed non opus est. ἐπὶ in compositis significat tempus futurum. ἐπιδιαμένειν, *permanere quoque in tempus futurum.*

πάντων τὰς κρίσεις π.) f. συμβάντων vel συμβαινόντων.

μόνον δὲ πιαλέοι) *solummodo crassi et pingues facti.* video iam a Rigaltio eandem emendationem a schedis Casauboni prolatam fuisse.

P. 42.

κοινωνοὺς διατείνεται) κ. διατείνει. *pertendit.*

ἔτι καὶ πρὸς ἀπελευθέρους — πόδας ὄντας.) f. ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἀπελευθέρους. ἐτίσης γὰρ τοῖς ποσὶν ὑπηρετεῖ, (scil. τὰ γόνατα,) καὶ οὖν διατείνει εἰς τοὺς πόδας ὄντας. *nam genua, pariter ut pedes, corpori famulantur, et pertendunt ergo ad illos, qui loco pedum sunt,* hoc est servos.

καὶ

καὶ παντὶ μισθῷ τούτους τρέφ.) καὶ παντὶ μισθωτοὺς τρέφ. *et omni mercenarios alenti.* videri potest etiam interpres hoc in animo habuisse.

πλ. γ. ποσὶ) hic non sunt pedes hominum, sed velorum. vid. Gesneri Thesaur. T. III. p. 848. v. *Pes.* nam silentes ventos necesse est eo pluribus velis colligere, quo magis illi quiescunt.

προεξέρχωνται.) mallem προέρχωνται.

μόνους βαστάζειν) βαστάζειν forte recte habet. Est enim sursum deorsum movere, librare, iactare. itaque quoque βαστάζειν πόδας potest significare, pedes alternatim tollere et demittere. Cogitavi tamen aliquando βατάζειν, *gradi, schreiten.* a βάω, βατός. aut βασσάζειν, eodem sensu. sed vereor, ut verba haec ideo multis displiceant, quod novi sint commatis, et forsitan nuspiam exstent.

P. 43.

ὄνειρον πανοῦργος) ὄνειρον, οὐκ ὢν πανοῦργος. et id quoque reddidit interpres. nescio an sic in Aldina sit.

διαφθ. ὑπαρχόντων) δ. τῶν ὑπαρχόντων. suspectum habui aliquando ναὶ μὴν καί. sane usitatius est καὶ μὴν καί. verum et vulgatae exempla prostant.

ἁρπάζουσι τὰ σκέλη) ἁρπ. τ. σκ. est *gradum corripere,* festinare, celeriter currere. nos quoque dicimus de properante: *er thut als wenn er auf heissen Kohlen stünde.* vel etiam: *er läuft wie ein Hahn über die Kohlen.*

ἀ. καλοῦσιν ἴδ.) aptius esset λέγουσιν aut νομίζουσιν.

ἐκ τοῦ ὄντος) scil. μεγάλου.

P. 44.

ἀνδρείαν μεταβάλλει φύσιν) ἀ. μεταβαλεῖ φ.

δούλῳ δὲ τὸ ὄναρ πλ.) aut δούλῃ δὲ legendum, aut δούλῳ δὲ σώματι. nam de ancilla sermo est, non de servo. paullo post pro ἑ post ἑταίρα leg. ᾗ. nam redit ad ancillam.

παύσ. κινουμένη τ. π.) f. γαμουμένη. *illa vero, post legitime initum matrimonium, desinet corpore quaestum facere.* interpres vitiosum vocabulum plane praeteriit. forsitan quia delendum putabat, ut otiosum, aut quod eius emendandi rationem nesciret.

εἰκόνες τῶν ἐλευθέρων ἀ.) ante aut post τ. ἐλευθ. videtur μόνων deesse.

P. 45.

ὑπερβαλλ. καλὸν — εὐπρεπῆ —) aut καλὸν delendum, aut εὐπρεπῆ.

ἢ μὴ ἰσχύειν) h. verba parum abest, quin pro scholio, aut variante lectione verbi παραλελύσθαι habeam.

ἀπραγίαν) non mala est forma ἀπραγία, imitatur enim εὐπραγίαν, solet tamen, in hoc quidem composito, ξ potius, quam γ, obtinere, vid. tamen p. 85. *conatus, inefficaces molitiones.*

ἐπιτυγχάνοντι μὲν ἀγ., δυσεργὲς — ματαιοπονίᾳ —) sic videtur distinguendum et leg. esse: ἐπιτυγχάνοντι μὲν, ἀγαθὸν, δυσεργὲς δὲ, καὶ μόγις ἐπιτυγχάνει. ἀποτυγχάνοντι δὲ, πρὸς τῇ ματαιοτονίᾳ — *si quidem perficiat, id bonum eventum significat, attamen effectu difficilem, et aegre consequendum. at si frustretur eum suus conatus, non solum vanam insumet operam, quidquid tandem instituat, sed etiam praeterea risus et sibilos ex eo feret.*

ἐξαμβλώματα) ante ἐξαμβλ. deesse videtur τὸ δὲ σπείρεσθαι δοκεῖν, γυναιξὶ μὲν ἐξαμβλώματα.

τὰ δὲ στέρματα) pro δὲ l. γάρ.

P. 46.

κατὰ μὲν τὸν τοιοῦτον) f. κ. μ. τ. οὐ τοιοῦτον.

εἰς ἐκεῖνο —) recte addit latinus interpres, perspicuitatis gratia: *quo ea ipsa fieri solent.*

— καθορμίζωνται καλῶς, ἢ ἀναγ. —) *si quidem bene recteque vel prospere in portum appellant, aut tranquillo mari e portu solvant, ita ut metus praesens tempestatis nusquam appareat,* ἀγαθὸν, *tum id bonum est,* οὐκ ἄνευ τινὸς μέντοι φόβου, *non tamen absque omni metu.*

σκυτεύειν) sutorem calceorum et lororum scorteorum agere. *Schuster und Riemer.*

ἐπεὶ κ. τ. κρ.) *porro quoque.* ἐπεὶ pro ἔπειτα saepe occurrit.

ὑποκείμενα) fuit aliquando suspectum, et videbatur leg. esse ὑπόκενα τῶν ἰῶν, propter inanitates, fallacias, offucias colorum, quibus metalla tingi solent ab impostoribus; quos colores medio aevo *pigmenta* appellabant. iam vero non in ὑποκείμενα, sed in ἰῶν vitium latere puto, et legi oportere τὰ ὑποκείμενα τῶν ὠνίων. *propter merces supposititias, adulteratas.*

ὑποπεπλεγμένους ὅρμους) ὑποπετλ. ὅ. sunt torques aurei ex annulis tortilibus eo artificio eoque dolo parati, ut multi annuli ex auro improbo facti sub aliis ex auro probo factis lateant. hanc fraudem significat praepositio ὑπό. ὑποπλέκειν clam implectere et admiscere probo aliquid, multumve, sequioris materiae.

πυξογραφεῖν) videtur esse buxeas tabulas pingere, vel coloribus illinere, eoque fuco facto, eas imprudentibus emtoribus pro eburneis obtrudere.

περιβοήσεις) *strepitus et tumultus,* a quibus aures obtunduntur.

ἕ. τὰ ὑποδείγματα) ἕ. ταῦτα τὰ ὑποδ.

ὑποστάσεις) id est φύσεις.

ἐργαλοίων) ἐργαλείων.

P. 47.

ἢ τὴν εὐθεῖαν δείκνυσι) h. verba videntur scholium verbi ἀπευθύνει esse.

ἀγαθὸν, τὶ γὰρ. — ἐσόμενον προαγ.) f. ἀγαθόν. ἀγαθόν τι γὰρ, μετὰ πόνου δὲ καὶ φόβου τῷ ἰδόντι ἐσόμενον, προαγ.

ἐν δούλῳ) f. bene habet, sic ut subaudiatur ὤν, *in servo existens*, h. e. servus. eo admisso videtur locus ita constituendus: οὐδεὶς γὰρ ἐν δούλῳ (id est ἐν δούλου τάξει, ἐν τῇ δουλείᾳ) ἑλληνικὰ (subaudi γράμματα) διδάσκεται, *nemo enim, servituti obnoxius, docetur literas graecas.*

ἐκτικῶς) *solute et expedite*, ut faciunt, qui longo usu legendi, eius rei habitum, ἕξιν, sibi acquisiverunt.

κακῶς ἐν βαρβάροις ἀπαλλ.) *adversa fortuna in barbaris usurum et damna ab ipsis accepturum esse.*

ἐφηβεύειν — μόνοις ἐλευθέροις) ἐφ. — μ. τοῖς ἐλευθ. ἐφηβεύειν autem hic loci significat, ea omnia agere, quae aguntur ab ephebis, eademque subire omnia, et iisdem frui iuribus omnibus, ut inscribi in librum epheborum, accipere arma a republica, esse in auctoritate ephebarchi seu gymnasiarchi, gymnasia frequentare, armorum exercitiis publicis interesse, et arma sua monstrare, vigilias obire, et quae alia sunt epheborum.

P. 48.

χλαμύδι) post hoc videtur περιστρέφεσθαι deesse.

ἀργὴν μὴ εἶναι —) pro μὴ sententia poscit τότε. *quia tum*, si dextra involuta chlamyde et constricta est, *neque opera agere, neque gesticulari potest*, quod ab oratione abesse nequit.

χρόνον. πρὸς τὸν τόπον) f. χρόνον, ὃν πρὸς τ. τ. — dixi autem ad tempus, respectu habito ad tempus, quo ephebi conditionem suam obtinebant Ephesi, aut ibi locorum, ubi Artemidorus hos libros exarabat. alibi locorum alius mos obtinebat circa ephebos, ut biennium hic, alibi triennium epheborum munia obirent. itaque ratio rhetorum et opificum quoad tempus inertiae sui quae-

stus erit par rationi ephebatus, quae suo cuiusque loco propria est.

ἐπάγει) ἐπανάγει, *reducit.*

πρὸ μὲν ἐκκρίσεως) πρὸ τῆς ἐκκρ. *ante reiectionem.* ut iudices apud Romanos reiiciebantur, hōc est delectus eorum habebatur, ita quoque athletarum. nam non omnes, qui nomina sua profiterentur, ad certandum admittebantur.

ἡλικίαν) post hoc deest ὄντι vel ὄντος.

παλαιστῇ δὲ καὶ ἀθλοῦντι) f. πάλ. ὁ. καὶ ἀθλητῇ τὰ περιοδικὰ ἀθλ. pugili autem et universe athletae cuique periodica certamina decertanti, et ex eo quaestum facienti, ut per totas regiones circuletur, et in maximis quibusque urbibus certet in ludis, significat eum sero venturum esse, certamine iam peracto, aut si sat tempestive adveniat, tamen non admissum iri ad certandum. εἰ δὲ καταλάβοι, τὸ μὴ ἀγωνίσασθαι. ita est distinguendum.

τροχὸν ἐλαύνειν) de τροχηλασίᾳ et κρικηλασίᾳ post multos alios nuper egit illustris Comes de Caylus in suis Monumentis antiquis T. I.

ἀπεράντους) inutiles, quae operae pretium non faciunt, unde nil redit, quae ad πέρας non ducunt. est autem rerum gerendarum omnium ultima velut linea, utilitas, cuius spe atque cupidine qui agit, operam omnem insumit.

ἀρτῆρες) ἅλτῆρες legendum esse, iam observavit Rigaltius. frequentius nihil est in libris graecis permutatione literarum λ et ρ, quas promiscue habent novi Graeci.

P. 49.

παρασκευαὶ χειρῶν) exercitatio manuum, ut agiles levesque et expeditae fiant.

θύλακοι etc.) pugnare cum Rigaltio nolim super θυλάκοις. forsitan sunt, quod ille vult, *folles* puta, quod

ludi genus *ballons* appellant Gallofranci. mihi tamen aliquando in mentem venit θυλάκους fuisse id ludi genus, quo utres inflatos in medio ponebant, in quos insilirent ludentes, periculum facturi, quis in eo rectus esset constiturus, et quis contra delapsurus. utres hi, praeterquam quod inflati essent, erant interdum quoque uncti oleo, ut eo magis essent lubrici. pro σφαφίδες, sive σφῆνες assumas, quod Suidas praestat, sive, quod strictius adhaerescit corrupti vocabuli vestigiis, σφαλίδες, perinde est ad sententiam. nam utroque vocabulo significantur illi tigilli, quos rectos stantes incussa pila lignea evertere et sternere solemus. *quilles* appellantur, et *Kegel.* v. Salmas. ad Aram Dosiadae p. m. 789. *edit. Cren.* Graeci omnem trabem, vel tignum omne σφῆνα appellant. Hinc σφηνοῦν in Anthologia p. 478, 9. positum est pro μοχλοῦν. σφαλίδες autem dici potuerunt, ἀπὸ τοῦ σφάλλεσθαι, ab eo, quod in casum darentur praecipites, quod sternerentur, dici sic potuerunt, inquam. nam dictos illos conos ita fuisse, nullo mihi exemplo constat. ὑπεράλματα aut idem fuit ludus ei, quem a puerulis nostratibus exerceri solitum, et a me, dum illam aetatem agerem, non sine iucunditate saepius exercitatum, iam describam: aut sane non multum ab eo abfuit. solent nempe nostrates pileos exaggerare, et illum victorem pronunciare, qui saltu, cum altissimo, tum longissimo pileorum illam struem superet. vel etiam ὑπέραλμα appellatum fuit illud exercitium, quo tentamus baculum transversum saltu superare; quam rem canes quoque docemus dextre peragere.

οἰκετῶν) mallem οἰκείων. nam οἰκέται et ἀνδράποδα iidem sunt.

πολεμικόν. καὶ ἄλλα) pro ἄλλα l. ἅμα, *praetereaque.*

ἐπιτρέπει) quia verendum ipsi sit, ne convitia, quae in alterum proiecerit, ipse audiat in semet retorta.

αὐτὸ μόνον) cohaeret, et significat *solummodo. si solummodo videat tubam*, et quidem *hoc solummodo*, nempe *videat*, non autem audiat.

ἀναφωνήσαντας) obscurum: significatne servos ideo in libertatem datos, quod Quiritium fidem implorassent, clamando *Pro Quirites!* sed an licebat hoc servo? non puto. num igitur eos significavit, qui deferendis herorum adversus principem aut rempublicam machinationibus et seditiosis consiliis pileum meruissent. atqui ἀναφωνεῖν pro μηνύειν non usurpatur.

πένθος) nam ludi Pythici lugubres et funebres erant, in honorem memoriamque draconis instituti, quem Apollo sustulit.

ἀναιρεῖ) ut Apollo serpentem Pythicum.

καὶ σπενταυλεῖν etc.) sic lego et distinguo: καὶ σπονδαυλεῖν. *et accinere ad libationes.* ψάλλειν καὶ κιθαρίζειν πρὸς γάμους καὶ κοινωνίας ἀγαθόν. *ad conciliandas nuptias et sodalitia conducit fidibus canere.*

τ. ἐπίτασιν) ἐπίτασις non solummodo *intensionem*, sed etiam *comminationem et exacerbationem* significat.

κατανακτέον) aut κατενεκτέον leg. aut κατακτέον, aut κατατακτέον, aut ἀνακτέον, ut p. 50.

ἔχειν) sic simpliciter positum recurrit p. 50. quod efficit, ut a corrigendo aegre me cohibeam. sane ἔχειν pro διὰ χειρῶν ἔχειν, *manibus tractare*, aegre concoquo. porro vocabula ἢ πλάσματα delenda sunt, ut scholium v. δράματα, aut ut varians eius lectio. forte idem quoque p. 50. de ἢ ὠμότερον locum habet, et de ἢ βιβλία. Persaepe ἢ indicium est scholii.

P. 50.

μεταστροφῆς) in duo vocabula dividi oportet: μετὰ στροφῆς, *saltatio, quae cum conversione corporis coniuncta est.* ut in choris et odis.

ὁμοίως δέ ἐστι καὶ πλοίῳ) ὅμοιος δ' ἐστὶ κ. πλ. *sed et similis est equus navi. ibid.* quomodo restitui oporteat ἄλλῃ μὲν γὰρ, non exputo. Cogitavi ἀλμηγενέας γὰρ — viderint acutiores, et qui Homerum magis, quam nos quidem, in numerato habent. paullo post rursus leg. ὅμοιος.

τὸν ἰδόντα) f. τὸν ἱππέα, vel τὸν ἐλατῆρα, vel τὸν δεσπότην φέρει.

μεγάλα) scil. ἀθλήματα.

ἅμα) fort. ἀλλά.

P. 51.

ὃ δὲ τεθνήξεται) ὃ δ' οὐ τεθν.

ἢ ἐξοδιασμούς τινας παρὰ γνώμην) h. verba videntur scholium dictionis ἢ δαπάνας ἀκαίρους esse.

συνάλλεσθαι) videri possit leg. esse ἀνάλλεσθαι, et forte id in mente habuit interpres quoque, qui *exsilire* vertit. puto tamen nihilominus συνάλλεσθαι rectum esse. nos quoque dicimus *zusammen fahren*, de illis, qui subito terrore icti contremiscunt.

P. 52.

ὑπέρθεσις) videtur idem atque *pausa* esse. spatium, quod alii simili et prorsus aequali decurso, aliisque quibusque modis absoluto adiicitur, velut τῇ στροφῇ adiicitur ἡ ἐπιστροφή. et ubi ad metam stadii veneris, recursus ad carceres. Stadium constat binis ὑπερθέσεσιν aut pausis. una, a carceribus ad metam, altera a meta ad carceres. δίαυλος quaternis. δολίχαυλος denis quaternis.

ποιεῖν εἴωθεν.) ποιεῖν εἰώθαμεν. post ὑπερθέσεων potest ἐστὶ vel ποιεῖται subaudiri. mallem tamen addi ξύγκειται, et sic legi: ἐκ πολλῶν ὑπερθέσεων ξύγκειται. ἐξαιρέτως δὲ μόναις ταῖς γυναιξὶν — *quemadmodum etiam dolichus e multis compositus est pausis.* [*aus vielen Absätzen.*] *peculiariter autem mulieribus solabus significat meretriciam vitam.*

ἐγκρίνεσθαι et ἔγκρισις) hoc capite bene habet, neque debet cum ἐκκρίνεσθαι aut ἔκκρισις mutari. non enim de reprobatione athletarum loquitur auctor, sed de eorum ad certamina admissione. *admitti ad certamina, malum omnibus praesagit.* Est enim ea instantium laborum et molestiarum significatio, qui tolerari debent. *athletis autem praecipue, haec praesagit. pueris quidem athletis, significat, eos claros non exstituros esse,* aut gloria carituros. leg. enim, ἀθληταῖς δὲ, παισὶ μὲν, οὐκ ἐπίσημον, ob aetatem illam, qua recipi profitentes in athletarum numerum solent. ea est pueritia. atqui aetas eadem illa est, in qua geri magnae res claraeque nequeunt. v. p. 53. loquitur hic loci auctor de prima omnium professione et admissione athletae, quam tota sua vita obiret et experiretur, non de illis, quae toties iterabantur, quoties quis ad novum ludum decertandum accederet. viris autem athletis, sic pergit Artemidorus, significat ea visio inutilem et inefficacem futuram, frustraque insumendam operam. serum enim et intempestivum est, in aetate virili demum nomen inter athletas profiteri.

καὶ εἰς μεταλλ. κατεκρ.) exemplum hoc superioribus, non video, qui respondeat, et quid metallifodinis cum certamine Olympiaco commune sit. viderint alii, si somnia tanti esse putent.

τοιαύταις ἀμφισβ.) non veris puta, sed imaginariis pugnis, quales insomnia obiiciunt.

ῥήσσων) *tundens, feriens. nisi si quis forte sit, qui subtus illapsum pariter feriat, quemadmodum est, qui supra ferit.*

ἐπιγενομένου) mallem simplex γενομένου.

ἐκ δ. δ. * περὶ μίαν τὸ λεγόμ.) optime habet hic locus, et tollendus asteriscus, damnandusque et reprimendus omnis hic novandi et mutandi conatus. quamvis nesciam, qualis fuerit palaestricus nexus (nexum appellat Quin-

tilianus implicationem artificiosam corporum luctantium) neque enim sum lanista: neque novi veterum quemquam, qui peculiari opere vetustae palaestrae propria artis vocabula, et in his artificium certandi περὶ μίαν dictum, exposuerit: id tamen bene novi, nam positum hic loci τὸ λεγόμενον id liquido docet, nexum aliquem luctatorium περὶ μίαν dictum in palaestris obtinuisse. visus igitur aliquis sibi in somno fuit, eo, quod duobus digitis sic dictum περὶ μίαν faceret, adversarium perculisse. Hic adversarium in iudicio vicit producta aliqua eius charta. binis nempe digitis tenemus calamum, quotquot scribimus. Hic fundus est acuminis. Multa sunt artis palaestricae vocabula, quae vetustis quidem ignota esse nequibant, ut qui palaestras frequentarent: ideoque ea expositione digna non habebant: nobis autem non possunt ea non perobscura esse, qui ab usu earum rerum quam longissime absumus. quotus quisque est, qui locum Arriani L. III. c. 15. dissertationum Epictearum recte intelligat, ubi παροῤῥύσσεσθαι legitur, et χεῖρα ἐκβάλλειν, ὀφρὺν στρέψαι? mitto alia eiusmodi.

P. 53.

ἀκόλουθον) id enim consentaneum est, ut exsibiletur vir a puero deiectus.

ἄνδρα παλαίσαι) ἄνδρα καταπαλαῖσαι.

τὰς στάσεις) videtur hoc rursus vocabulum palaestricum fuisse, et *congressus, dimicationes*, συστάσεις significasse. Cogitavi quoque de οὐτάσεις, *vulnerationes, laesiones*, sed vocabulum id est nimis poeticum, et extra usum humilium scriptorum.

ὅπως δὲ ἂν ἀγωνίσηται ἐν ἱερῷ ἀγ.) ὅπως δ' ἂν ἀγωνίσηται δοῦλος ἐν ἱ. ἀ. *quomodocunque autem certet servus in sacris ludis.* v. p. 65.

ἐπὶ τέλος ἄγει) ἄγει est προέισι, προβαίνει, *procedit*. catenus probum potest esse τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. mallem tamen τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους legi, et ἄγει pro *ducit* accipi.

ὅπλον τὸ λεγόμενον) significat τὸν ὁπλίτην δρόμον, quum scuto et galea armati stadium aut diaulum decurrebant. quo de genere cursus v. P. Fabri Agonisticon L. 2. c. 23. in fine.

τελευταῖον γὰρ —) *est enim ultimum genus certaminum, quibus omnibus absolutis tandem postremo loco venit praemii collatio: quod praemium aegrotantibus mortem significat.* est enim ultima certaminis et vitae periculorum plenae linea.

P. 54.

καὶ δεῖκα * τῆς ψυχῆς) deleto asterisco scribe δεῖμα.

μέλλ. δειπνήσειν) f. καθυπνήσειν. *cubitum ituri.*

λούεσθαι, ἢ πρ.) pro ἢ l. μὴ. *qui quidem in aliqua necessitate urgente,* quae ipsos sui iuris esse non sinat, *constituti non sint.*

καὶ κατὰ ὥραν) f. καὶ οὐ κατὰ ὥραν vel καὶ κατ' ἀωρίαν, *intempestive.*

εἰσίασιν) scil. *in balneum.*

P. 55.

ἐν ὄχλῳ· ἢ ἐξ ὄχλου) aut ἐν ὄχλῳ ἢ delendum, aut ἢ ἐξ ὄχλου. nam alterutrum est varians lectio.

στεργίδες) στελγίδες. sic pronunciabant aliqui pro στλεγγίδες, *strigiles.* ξύστραι videntur aut cultri rasorii esse, aut detersoria e setis porcinis facta, qualibus a vestibus sordes detergimus.

ᾠνίξατο) ᾠνίξαντο. redit enim ad τὰς ξύστρας.

οἰκουρὸν ἢ πιστὴν) pro ἢ l. καὶ.

διελθεῖν) διελεῖν. subaudi τὸν λόγον vel τὴν διάλῃψιν. *necesse est sermonem,* vel *tractationem, partiri.*

P. 56.

καὶ μὴ συγχεῖν) καὶ τοῦ μὴ σ. et paullo post pro ἕκαστον l. ἑκάστων. redit enim ad ὑγρᾶς et ξηρᾶς.

ἀνδρὸς κοιμίζει) τοὺς ἄνδρας κοιμίζει leg. e verbis Xenophontis a Rigaltio allegatis.

πρ. τὸ αὖταρ κ.) f. αὐτάρκη, *quantum satis est.*

μελίμηλον) est potus fermentatus e melle, aqua et malis. ὑδρόμηλον est similis potus ex iisdem confermentatis, sed absque melle.

ἐσκευασμένον) arte paratum ex aliis rebus vinum, quam ex uvis, e quibus factus potus prae aliis similibus liquoribus οἶνος *vinum* appellatur.

P. 57.

διὰ τὴν ὕλην — διὰ τὸ εὐκ.) sic distinguo, et lego: διὰ τὴν ὕλην. ἐστὶν ὅτε γὰρ κινδύνους προαγορεύει, διὰ τὸ εὐκ.

ὅθεν ἂν κατεασσῆται — ἀποθαν. δ.) ὅθεν ἂν κατεαγῇ (vel κατάσσηται) τι ἐκείνων, τούτων τινὰ ἀποθαν. δ.

τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐτήρησα.) sic distingue. *hoc, quod jam edam, ipsemet observavi.* τοῖς πλέουσι τὸ δοκεῖν κατάσσειν (v. infra) ποτήριον — *navigantes si visi sibi fuerint poculum rumpere, significat ipsis naufragium. naves* enim et *scyphi* rationem eandem in arte interpretandi habent, et illae his comparari solent.

νυνὶ δὲ πολλάκις) νυνὶ δὲ οὐ π. — *nunc autem raro exitum habere observatur hoc insomnium.* designat autem vocabulum διαίρεσις illam distinctionem inter hominem agnatorum turba septum et alium solitarium.

ὑπ' ἀνθρώπων) aut in ἀνθρώπων vitium est, latetque nomen civitatis, ubi angusti colli vasa inventa fuere, aut adiungendum illi nomen est, e. c. ὑπ' ἀνθρώπων Σαμίων, vel simile quid. talibus indagandis apta sunt ingenia Vossiana et Salmasiana, multiiuga et vasta lectione instructa, memoria pollentia, et acerrimo in singularibus

vocabulis, praesertim nominibus propriis eruendis acumine.

θριδακίναι etc.) θρ. significat intubos. f. leg.: θρ. καὶ εἴ τι ἄλλο ὅμοιον, πικρίᾳ τε, καὶ διὰ τὸ ἀκανθώδες καὶ ὀξύ, — *lactucae, et si quid aliud illis simile, cum praeterea quod amara illa omnia sunt, tum, quod velut spinas referunt et horrent, significant dolores et molestias.*

P. 58.

νοσοῦσι καὶ τοῖς ὁδεύουσι) ὁδεύουσι suspectum. non sane video, quare praecipue *viatoribus*, quare hi prae aliis nominati.

καὶ περιτεμνόμενοι) num καὶ αἰγίπυροι τεμνόμενοι? aegipyrus est planta suaveolens apud Theocritum idyll. 4. sed estne quoque succulenta, et eratne comestilis, solebantne veteres et amabant eam comedere? vide hac de re interpretes Theocriti. Cogitavi quoque καὶ ἕτεροι καρποὶ τεμνόμενοι.

π. γ. τὸ προσφιλὲς) τὸν προσφιλῆ.

οἱ δ. πενθοῦντες πολλά —) conf. p. 232.

πάντα μοχθηρά) post μοχθ. videtur deesse τοῦτο δὲ ἀγαθόν.

P. 59.

προπορίζομένοις) παρίζομένοις simplex.

τράγος) est pultis aliquod genus ex olyra vel zea factum. v. Lexicon decemvirale Basileense h. v.

ἀπόνοιαν) f. ἀπορίαν. *inopiam.* pauperes enim atrum panem comedunt.

ταύτην ἂν ἀνθρώποις) ἂν delendum, ut ex initio vocabuli proximi male iteratum.

καὶ βαρύτερα.) mihi ipsi quoque βραδύτερα in mentem venit, quod interpres expressit. potest tamen vulgata bene habere, si sic accipiatur, ἥττονα, scilicet τὰ ἀγαθά, βαρύτερα autem, scilicet τὰ κακά.

ἔστι δὲ τὰ) pro δὲ l. γὰρ.

οὐ γίνεται κρέα) hoc est, *non comeduntur.* κρέα sunt proprie carnes animalium caesorum coctione ad comestionem comparatae. sic ratiocinatur. Oves olim fuerunt homines, donec deorum voluntate in oves mutarentur. Portenduut itaque homines. Epulari ergo carnes ovillas significat videnti futurum esse, ut fumus habeat domesticum. nam oves non devorantur vivae, sed mactatae.

δύςτριπτον) accipio hoc pro δύςπεπτον, *concoctu difficile,* quod ventriculus aegre conterit et emollit. v. p. 58.

τ. ταυρίαν. τοῖς δὲ ἐν χειμῶνι διάγ.) inest aliqua species veri coniecturae Casauboni, inest aliquod acumen. sed non satisfacit, neque persanat locum misere corruptum.

P. 60.

προστίθησι δὲ τ.) pro δὲ l. γὰρ.

οὕτως ὑπὸ ὀψοποιῶν) ambigo, sitne legendum οὕτως, ὡς ὑ. ὀ., an vulgata idem dicat, atque si enunciasset οὕτως, ὡς εἰωθεν ἀρτύεσθαι ὑπὸ ὀψοποιῶν.

μετὰ * προαναλωμάτων) delendus est asteriscus. integer enim et sanus locus est. προαναλώματα sunt sumtus in rem prius faciendi, quam ea potiaris aut fruaris.

δι' οὐδὲν μέγα τῶν ἐσθιομένων παραμένει.) δι' οὐδὲν μέγα μετὰ τὸν ἐσθιόμενον παραμενεῖ. *et ipse, exiguo suo commodo, nullum ob praeclarum operae pretium, manebit in vivis post sublatum illum,* cuius carnes comedere visus sibi fuerit. εἰκὸς γὰρ, ὑπὸ πολλῆς — *nam consentaneum est, aliquem ad eiusmodi tetras dapes non alia de causa esse accessurum, vel animum adiecisse, quam urgente gravi cibi inopia, qualis opprimere solet obsidione cinctas aut fame afflictas civitates.*

ἢ δικῶν) l. ἢ παιδικῶν: *aut iis corporibus, quae, quis amat,* sive pueris, sive puellis. facile ΠΑΙ potuit a librario praetervideri, quia literae hae literis ΗΔΙ sunt simillimae.

αἰκάλλουσι) alludit ad κάλλαια τῶν ὀρνίθων, gallorum et gallinarum rubros illos carnosos lobos, de rostro vel de maxillis earum dependentes. sono paene conveniunt κάλλαια et αἰκάλλειν.

τοὺς ἄλλους γεγονότας) aut delendum γεγονότας, aut leg. τ. ἄλλως γεγονότας. et paullo post pro τῷ ἐδωδίμῳ l. τῶν ἐδωδίμων.

P. 61.

περὶ ἁλίας) π. ἁλιείας.

πυραμοὶ) πυραμοῦς est apud Aristophanem. potest tamen nihilominus πυραμοὺς in usu fuisse. v. paullo post.

ὑπὸ τριμμάτων) ὑποτριμμάτων uno vocabulo.

P. 62.

πατάσσεται) κατάτσεται.

δ. τ. ἐναγὲς) ἐναργὲς. *clarum et perspicuum, evidentem et velut palpabilem eventum.* nam non solummodo insomnio viderat, sed etiam vigil factus in manu se id, quod viderat, tenere deprehenderat.

συκάζειν γ. καὶ —) καὶ non redundat, sed significat praeter consuetam verbo significationem, quae est *ficus legere*, idem *etiam adhuc* significare *vexare calumniis*, exagitare, persequi, in sollicitudines et molestias delationibus iniquis coniicere.

τῇ ψυχῇ) l. ἡ συκῆ. *nihil portendat ficus arbor.*

βερόκκια) βερεκόκκια, *praecocia.* quae nos *Aprikosen, des apricots* appellamus. Consentiunt Cornarius et Rigaltius.

ἀπάτας) *oblectationes, ludos otium fallentes.* paullo post pro ὁ δὲ interpres videtur ὅ γε legisse, in quo eum laudo. *morus* apud Aristophanem est vocabulum turpiculum, et partem virilem significat.

P. 63.

παραψίδες) παροψίδες. paullo post leg. διαγωγήν, ἣν οἵά τις — *vitae domesticae administrationem, quae qualis sit, focus id significat.* Porro pro πρὸς αὐτοὺς leg. πρὸς τοὐναντίον. et pro καὶ ὅλην καταστ. leg. καὶ τὴν ὅλην κατ. et pro ἡ ἑστία leg. ἡ ἡ ἑστία.

τῶν δὲ ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔξω etc.) non intelligo h. locum, primum ideo, quod τὰ ἐνήλατα a τοῖς τοίχοις distinguit. vid. post. quae alii eadem faciunt: deinde, quia spondam exteriorem uxori, quae intus cubabat, et interiorem viro tribuit, qui extus, v. p. 92. ubi idem recurrit: denique, quod summam et imam spondam etiam agnoscit, ad caput nempe et ad pedes positam, et illam de maribus liberis, hanc de femellis interpretatur.

ξέσται οἱ θεράποντες) quia ministri a curando alicuius corpore, qui proprie sunt οἱ θεράποντες, ξέουσι, radunt novaculis et strigilibus, et fricant pannis laneis aliisque modis herorum corpora. Porro ἀμφορεῖς οἱ ὑπηρέται. ὑπηρέται sunt proprie *baiuli.* hi quia ἀναφέρουσιν ἐκ τῶν ὤμων, comparantur τοῖς ἀμφορεῦσι. paullo post προσπτυσσόμενα sunt *complicatilia*, quae πτύσσεται αὐτὰ πρὸς ἑαυτά.

P. 64.

πυργίσκοι) *armaria, repositoria*, superne turriculis instructa, quorum parvae imagines sunt nostrae *tresoriae* dictae. vid. quae ad Constantin. Cerem. de πενταπυργίῳ dixi.

στρωματόδεσμοι) centones, in quos condi, et in quibus portari solent stragulae. lodices, similia, ut nostra *portemanteaux.* Porro παλλακιδας, gemino λ.

π. δ. τ. ἄλλ. σκευῶν μακρ. —) *longum foret aliquem ea omnia sigillatim persequi, praesertim eum, qui lectores suis postulet libellis illos, qui non absque examine legant, sed ex suo ipsimet ingenio acute aliquid inveniant, quo suppleant auctoris industriam.*

τῇ ἀρχῇ) imo vero τῇ φάρυγγι. *gulae.*

P. 65.

P. 65.

ἵνα διανευθῇ ὅσα etc.) f. ἵ. διανεύσῃ ὅσα βούλεται σημαίνειν. aut ἵ. διὰ νευμάτων, ὅ. β., σημαίνῃ.

ἀναπεπλασμένοι) *facatum, et reliquo histrionico apparatu instructum.* Porro pro μὲν post βασιλικὰ leg. γὰρ. Et πλείστας delendum, ut vitiosa scriptio verborum ἢ δίκας. Pro οὐ πλουσίᾳ leg. οὔτε πλουσίᾳ. et pro ποιοῦνται f. περιποιεῖται, *conscisci*, *contrahit.* v. p. 57. aut προαγορεύει, *significat.* Porro τροχοπαικτεῖν est παίζειν μετὰ τοῦ τροχου. *ibid.* μαχαίρας. nam verba a περὶ composita c. dativo construuntur. ut λίθῳ, vel θηρίῳ περιπεσεῖν et similia.

μᾶλλον παίζοντα ib.) pro μᾶλλ. l. ἄλλον. Paullo post f. μιμολόγοι γὰρ καὶ ἅπαντες οἱ γελωτοποιοὶ ἀπάτας καὶ ἐνέδρας σημαίνουσι. τὸ γὰρ θαυματοποιεῖν, γελωτοποιεῖν. nam illa omnia (scil. θαυματοποιεῖν, γελωτοπ., μιμολογ. et ὑποκρίνεσθαι) significant, aliquem decipere.

ἀφώνως) *obscura, nigra et mortua voce.* et paullo post leg.: ἀγαθὸν, μάλιστα ἑπόμενον ὑποζυγίοις.

P. 66.

ναρκίσῳ) ναρκίσσου vel ναρκίσσων. Et paullo post l. βλέπωνται, διὰ τὴν ἱστορίαν, μάλιστα δὲ τοῖς ἐξ ὕδατος (ut piscatores) ἢ δι' ὕδατος (ut nautae, negotiatores et similes.) Pro παρὰ ante μὲν τὸν καιρον leg. κατὰ. Et paullo post l. καὶ τῶν λαθάνειν πειρωμένων.

ὅπου γε) pro γε leg. δὲ.

μέχρι παντὸς ὁ ἀμάραντος) *quia amarantus omni tempore sui nominis flos est, et vel in ipso colore suum nomen tuetur.* Porro pro ἱεροῖς f. ἡρίοις, *monumentis sepulcralibus.*

ἀναβάλλονται πράγματα) ἀναβάλλουσι τὰ πρ.

P. 67.

ἔνεστιν) mallem simplex ἐστὶν, et post: δι' ἃ ἀθληταῖς μὲν ἀγαθὸς —.

ὁρωμένοις) ἑρμωμένοις. et sic quoque affert Rigaltius in notis. Porro pro ἀπόρους sententia flagitat ἀλείπτους, i. e. ἀηττήτους, aut νικηφόρους. et paullo post pro δοκοῦσιν l. δοκῶσιν. et pro δὲ post κοινὸν l. γὰρ. Tum καταδέσμους i. e. *vincula magica*. Porro pro στεφ. ἔχων l. στεφ. ἔχῃ aut ἔχειν δοκῇ.

καὶ κρυπτὰ ἑλ.) καὶ τὰ κρ. ἑλ. ibid. *nam fieri nullo modo potest, ut ille, qui auream coronam gestet, non sit conspicuus et in omnium versetur oculis.* Et ὄναρ post στέφανον delendum, ut natum e fine et initio vocabulorum utrinque proximorum.

P. 68.

διὰ τὰ αὐτὰ) *propter easdem causas.* morbi enim quae corpora invadunt, in ea se implicant, et profundas velut radices agunt, ut expelli et excuti aegre queant.

πορεύεται) aut πορίζεται leg. aut ἐπὶ τὰς ἡδονὰς πορεύεται.

καυστηρίοις) aliquando suspectum habui, et leg. suspicabar κασαυρείοις, sed bene habet. sive quod homo latinae linguae haud satis gnarus *fornaces* τὰ καυστήρια cum *fornicibus*, h. e. lupanaribus confudit, sive quod fornices illi olido vapore lucernarum, quae rancido oleo plenae in sordidis illis locis ardebant, fumosi recte καυστήρια vocata fuerint. non succurrit nunc locus Iuvenalis, ubi Messalinam ait nuda ubera, quae Britannicum aluissent, ad lucernam olidam servorum vilissimis monstrasse. Locus est Sat. 6, 130. *lassata viris, nondum satiata, recessit, obscurisque genis turpis, fumoque lucernae foeda, lupanaris tulit ad pulvinar odorem.* Et infra delendus est asteriscus post κατὰ et ante λόγον. recte enim habet hic locus. sic etiam p. 69. tota positi absque causa fuerunt, ideoque deleri debent.

P. 69.

κοινὸν * γυναῖκες ἔχουσι τῷ τόπῳ. αὗται μέντοι ἀγ. σ.) αἱ γυν. ἔ. τ. τ. αὐταὶ μὲν γὰρ ἀγ. σ.

καὶ ἐπὶ ἐργαστ.) καὶ αἱ ἐπὶ ἐργ. Et infra pro καὶ τὸ περὶ σῶμα leg. καὶ τὰ περὶ τὸ σ.

P. 70.

ἐπάγει) ὑπάγει. forsitan quoque interpres ad hoc respexit recte vertens *subiicit.*

περαίνει) περανεῖ. Et pro δεφεῖν scr. δέφειν.

— δεσπότου δέφεσθαι) pertinet huc ille iocus Aristophanis: ὥσπερ τῶν ὀιφομένων, οὕτω καὶ τῶν μαστιγουμένων τὸ δέρας ἀπέρχεται.

ἐρωτένου * τὴν γνώμ.) ἐρῳωμένου. et sic quoque Cornarius et Rigaltius. deinde leg. οὐχ ὅτι γε τὸν ἑαυτοῦ υἱόν, *non tantum non suum filium.* Porro pro εἰς διδασκάλους leg. fort. εἰς διδασκάλου. quamvis enim forte non careat excusatione vulgata, quod tamen posuimus, i. e. elegantius et usitatius. v. p. 71.

P. 71.

καὶ καταγράφων τ. ε. α. ἀπουσ. —) melius nunc non extundo quam hoc: καὶ καταστρέφων (aptius tamen foret καταδαπανῶν, sed nimium a vestigiis literarum abit) τὴν οὐσίαν εἰς αὐτὸν, ἀπουσίας ποιήσεται καὶ ἀποκρίσεις. dilapidans et disperdens suas facultates in eum, (filium prodigum) faciet ἀπουσίας absumtiones τῆς οὐσίας substantiae suae. v. quae ad opuscula Plutarchi p. 228. et in addendis scripsi. nam in Plutarchi libello de Is. et Osir. p. 81. *penult. edit. Squirianae* etiam ἀπουσία pro *excretione seminis* occurrit. praeferrem tamen ut magis conveniens indoli linguae, ἀπουσιάσεις, ut paullo post. quamvis enim ἀπουσίασις ibi non legatur, sed ἀπουσιάσει verbum, attamen a verbo ἀπουσιάζειν necessario formatur vocabulum ἀπουσίασις.

ἐξ ἀποστροφῆς) nam patiens ἀπεστραμμένος πάσχει. tergum obvertit τῷ ὀρῶντι. Casta haec non sunt, fateor, declaranda tamen, quia interpres ea non percepit. Paulo post pro χώραν sententia flagitat μάχην vel ἔχθραν, vel διαφοράν, vel χωρισμόν. *ibid.* f. leg.: ἢ γὰρ αὐτὸς ἀποστραφήσεται τὸν πατέρα, ἢ ἀποστραφήσεται αὐτὸν ὁ πατήρ. v. tamen p. 73. ubi locus similis huic est, unde vulgata defendi potest.

ἐντὸς δ' ἔτι τῶν δέκα) *sed adhuc intra decennium subsistens.* et paulo post leg. ὅταν δ' ἐν ὥρᾳ γάμων. Porro infra post θυγατράσι punctum delendum, et post ὄνειρον comma collocandum. hanc distinguendi rationem interpres quoque sequutus est. pari modo paulo post punctum delendum.

P. 72.

Ὁ περὶ μητρὸς λόγος etc.) f. ὁ π. μ. λόγος, ὅσον πρὸς ἀφροδίσια, ὢν ποικίλος. *quum tractatio de matre, quatenus ad rem veneream pertinet, sit varia.*

συμπλοκαί, τὰ σχήματα) σ., καὶ τ. σχ. facile καὶ a fine vocabuli proximi fuit elisum.

ἐπιπεραίνοι) l. ἔτι περαίνοι. Porro pro ἐπὶ τούτων γεν. leg. ἐ. τούτῳ γεν.

τὶ δὲ ταύτῃ πλησιάζοντι etc.) τὸ δὲ ταύτῃ πλησιάζειν τί ἂν εἴη ἄλλο, ἢ τὸ μὴ σχολὴν ἄγειν. deinde pro εἰ leg. ὅ. et porro οἰκείαν, *patriam. ibid.* δὲ) l: γε. *si quidem.*

πενομένων καὶ ἐν ἐνδείᾳ etc.) πενόμενος, καὶ ἐν ἐνδείᾳ ὢν τῶν ἐπιτηδείων.

P. 73.

γέ τοιτ' ἂν ἐπὶ —) ante h. deest aliquid. c. c. ἀλλά, vel οὐ μὴν ἀλλὰ vel similis transitus formula.

μεταβάλλει· καὶ τὴν γῆν οὐδὲ * αὐτὴν) deletis καὶ et puncto et asterisco, sic iunge et interpretare: μεταβ., τὴν γ., οὐδὲ αὐτὴν — *in materiam primigeniam revertitur, h. e. in terram, et nihilominus tamen illas putres matris re-*

liquias matrem appellamus. deinde leg. σημαίνῃ aut σημαίνοι. v. p. 72. Et τὴν post τῷ et ante γῆν delendum. Porro μόνῳ) sententia flagitat κακὸν. *ibid.* καταβαλεῖ. Paullo post scr. bis οἰκείαν. nimis crebro hoc in vocabulo peccatum fuit in Artemidoro nostro.

P. 74.

τὸν διέποντα καὶ τῶν ὅλων) f. τ. διέπ. τὸν βίον αὐτοῦ, καὶ τ. ὅλ. Post ἄνωθεν deest ἐπικειμένη. *nam quae terra incumbit*, non autem succubat, *ea est mortuorum, non autem vivorum mater.* Porro ἀποτεταμένῳ est *in longum porrecto, quantusquantus est, supino.* paullo post pro ἧττον leg. ἧττονας. deinde pro διὰ καὶ τοῦ ἄσθμ. leg. δ. τὸ καὶ τοῦ ἄσθμ. et pro' χρῶνται leg. χρῆται.

P. 75.

ἐν μέρει) ἐν delendum. Porro pro κοινωνήσειν leg. κοινωνεῖν. v. infra. Et pro εἰ post καὶ et ante δούλῳ leg. ἡ. et pro τὸ ante ἀνδρὸς leg. τοῦ.

P. 76.

λοιμὸν ἢ νόσ.) λιμὸν, *famem.* paullo post leg. ἀποδῶνται. *vendant ea, quae vendere nolint.* deinde aut οὐδὲν μᾶλλον μαθήσεται leg. aut οὐδὲν ἧττον οὐ μαθήσεται.

P. 77.

τῶν ἐπιχείρων τυχεῖν) *laetum et optabile non tulisse praemium.* deinde l. σελήνῃ δὲ μιγῆναι. sic dixit in superioribus. μίγνυσθαι est *coire, venere uti.* sed ἐπιμίγν. est conversari, consuetudine et familiaritate alicuius uti, honesto quoque modo. deinde leg. τοῖς δὲ διὰ τὸ μὴ —.

P. 78.

ὑπερβάλλειν τι τῶν οὐκ ἀναγκαίων) *neque redundaret quidquam non necessarium.*

AD LIBRUM SECUNDUM.

P. 81.

Περὶ ἀνθρώπων καινῶν) L. ἄνθρωτον aut ἀνθρώπους.

ἢ εἴτι προλ.) subaudi παραλείπων.

περὶ ὧν) multum fallitur, qui, quod ipsemet aliquando sum passus, περὶ οὗ credat legi oportere, quia εἴτι praecessit. quod enim εἴτι multitudinem et varietatem rerum complectitur, propterea ei subiungitur pluralis. quod schema apud Demosthenem frequens observavi.

P. 82.

τὴν τ. πραγμάτων ἀκολουθίαν) L. τῇ τ. πρ. ἀκολουθίᾳ.

ἐπαγγελίαν) ἀπαγγελίαν, *enunciationem.*

προϊέναι τὰς ἐξόδους) πρ., ἢ τὰς ἐξ. *aut non invenire fores.*

P. 83.

καὶ χειμῶνος βλεπ.) καὶ εἰ χειμῶνος βλ. *etiamsi hieme conspiciantur.*

τρίψιν) id est ἔντριψιν, *quod multam intritam habeant cretam.* vel etiam quod corpus, cui nondum longo usu et assuetudine accommodatae sunt novae vestes, premant, arctent, angant.

ἐν ὄχλῳ) id est in foro, ubi maxima multitudo, plebeiorum suffragia ferentium, et candidatorum eos ambientium.

οὐ γὰρ πρὸς ἔργων ὄντ.) πρὸς ἔργῳ aut ἔργον. nam perinde est.

δοῦλοι δὲ ῥωμ. μόνοις τοῖς εὖ πρ.) δούλοις δὲ ῥωμ. μόνοις ἀγαθοῖν τοῖς εὖ πρ.

διά τε τὴν) pro τε l. γὰρ. διὰ γὰρ τὸ τὴν. —

P. 84.

μόνοις τεχνίταις συμφ.) *solis his artificibus, qui Bacchi in castris merent, non item reliquis artificibus.* propterea recte μόνοις ante τεχνίταις collocavit. Paullo post pro μόνους mallem μόνον.

διὰ τὸ μὴ ἐπιτάττειν) f. διὰ τὸ τῷ ἐπιτ., *quia purpura exercitio summi imperii convenit.*

ἐν μὲν ταῖς ἑορταῖς) Pro μὲν l. δὲ.

P. 85.

διαμένει τρ.) διαμενεῖ.

ἀπολύειν τὰ ἱμάτια) ἀπολλύειν, ut etiam recte interpres expressit, et notavit Rigaltius.

ἰοειδόχροα ἱμάτια) ἰόχροα *i. violacei coloris vestes.*

P. 86.

ἢ τὰ ἄλλου) mallem ἢ του ἄλλου, *aut alicuius alterius.* ut non paulo elegantius. In seq. cap.: θεῖον) *sulphur.*

P. 87.

χρημάτων) videtur bene habere, quamvis in fine paginae huius χρεῶν legatur. commodam patitur utrumque interpretationem. complicationem, confusionem pecuniarum tam creditarum, quam debitarum, et rationum.

μηδὲ πολὺς) h. verba delenda sunt, ut scholium voc. ἔμετρος.

γυναικί, ὡς πρ.) post γυναικὶ videtur τῶν ἀναγκαίων vel simile quid deesse, aut potius, quod malim, loco ὡς leg. est ὧν, *iacturam, earum rerum, quas significare monilia ante dixi.*

P. 88.

ὀρᾷν ἑαυτὸν) post ἑαυτὸν excidit κακὸν. aliquoties observavi apud Artemidorum vocabula κακὸν et ἀγαθὸν excidisse; quod forsitan ex eo contigit, quod ea signis, non integris literis fuerunt exarata: quae signa librarii aut non assequebantur, aut praetervidebant.

ἢ σκοτεινὸς) h. verba videntur, ut scholium voc. γνοφερὸς, delenda esse.

εἰς ἑποίαν δ' ἂν ὕλην) *colorem*, ut coeruleus aeris color, mare exercentibus, purpureus, tinctoribus purpurariis etc.

ταπεινὸς) quia quo humilior, eo melius intueri et diligentius singula rimari possumus.

P. 89.

ἀστρ., δούλοις ταρ.) f. πλουσίοις.

διὰ τὸν φόβον) l. δ. τ. ψόφον. quod tonitru, propter strepitum et fragorem, significat minas; quia tamen strepitus ille nil nocet, propterea minas inanes significat.

μὴ γένηται) scil. ἡ βροντή. *si tonitru non sequatur fulgur.*

περὶ τὴν κεφαλήν) conieci aliquando περὶ τῆς κεφαλῆς, *periculum capitis.* sed non opus est. vulgata idem ait.

P. 90.

λεπτοῖς) λεπτὸς passim apud scriptores sequioris ordinis pro ταπεινὸς, φαῦλος, μικρὸς, εὐτελὴς reperitur. quare damno pristinam quandam meam coniecturam ἀσέπτοις.

τεμένεσι θεῶν — εὐπόρῳ.) τεμένεσι θεῶν, ἢ ἀνθρώπων πλουσίων οἴκοις, ἢ ἄλλῳ τινὶ χωρίῳ εὐπόρῳ. cacteris omnibus amputatis, quae aut vitiose iterata, aut scholia sunt.

ἐπεὶ καὶ ὁ κεραυνωθεὶς) ἐπεὶ hic loci significat *tum, deinde, porro.*

χρυσοφορεῖν) *auream coronam capite gerere, et in veste taenias et figuras auro pictas.* vid. Demosthenis orat. Midiaca.

P. 91.

ὡς θεὸς τιμᾶται) quia sacer et sanctus est, nemo eum violat.

τοῖς δὲ — ἐν γῇ) post γῇ deest δικαζομένοις.

καὶ δεδιότας, ἐκβληθῆναι σημαίνει.) sic lego et distinguo: καὶ δεδιότας ἐκβληθῆναι, μένειν σημ. et sic quoque expressit interpres, forsitan e codice Aldino. Paullo post pro καταλειφθῶσι leg. καταληφθῶσι. *corripiantur, deprehendantur, obruantur.*

γ. ὅπου ἴδῃ) aut που, *alicubi*, leg. aut ὅτου *alicuius.* Mox pro ὅτι leg. ἔτι, et pro οἰκίαν l. οἰκείαν, *patriam.*

τὰ αὐτὰ) l. τοσαῦτα. Porro punctum post εἰρήκαμεν commate mutandum. continuat enim oratio. *quot diximus, tot res significantur, si quis sibi videatur a fulmine tactus vel ambustus esse.*

P. 92.

πεπτωκέναι. ἐπεὶ καὶ ὅταν ἄλλο τ. μ.) sic lego et distinguo: πεπτωκέναι ἐπέοικεν. ὅταν δ' ἄλλο τ. μ.

καταφλέξῃ, ἢ) ἢ delendum, ut e fine proximi vocabuli natum.

περὶ τοῦ παντός.) Post hoc deest τοῦ λόγου (vel τοῦ κινδύνου) ὄντος. aut alias delendum est περὶ, quod videri potest ab oscitante librario, ad proxima περὶ ὧν ἀκριβῶς — properante hic perperam positum, et deinde in non expunctis omissum atque derelictum fuisse.

βιβλ. διείρηκα) διῄρηκα. *distincte tradidi.*

ὑφειμένον λέγω) modicum inquam et moderatum.

P. 93.

σμ. καθαρῷ πυρὶ) σμ. οὐ καθ. π. qui consumuntur igne fumante, sordido, atro, fuliginoso, non lucido. et sic quoque emendavit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 351.

οἱ οἶκαι ἢ οἱ τοῖχοι) hic et infra οἶκοι non *domos*, sed *oecos* significat, hoc est *conclavia* et partes aedificii maiores.

ὑπάρχῃ) subaudi τῷ, ἰδόντι γυνή.

ὁ δὲ δεξιὸς, τέκνα.) τὰ τέκνα.

οἱ δὲ μ. πῦρ αὐξάνοντες — μετάγουσι) locum sic constituo amputatis inutilibus scholiis: οἱ δὲ μέγα πῦρ αὐξάνοντες τοῖχοι ἐπὶ τὸ πολυτελέστερον τὸν βίον μετάγουσι.

ἐν ἀσφαλείᾳ κεῖσθαι) licuit auctori ita loqui, neque damnabo. quod si tamen secutus est morem usitatum, debuit ἐν ἀσφαλεῖ dicere.

ἡ δὲ * δεχομένην, τὴν γυναῖκα.) e vestigiis corruptae lectionis nunc melius nihil eruendo, quam hoc: ἡ δὲ μοχλὸν vel δοκὸν δεχομένη, μισθωτὴν γυναῖκα (id est τὴν παλλακὴν), *at quae ianua obiecto recte transverso clauditur*, (quo modo rustici et humilioris conditionis homines aedium suarum fores claudunt) *ea significat mercenariam seu mercede conductam, temporariam uxorem, verbo pellicem.*

P. 94.

ἀρύσφρακτοι) l. ἀρύφακτοι.

Ἐξῆς δὲ περὶ κυνηγίου — εἶναι) situe ante περὶ addendum τὰ, in dubio relinquam. potest enim sermo vel absque eo integer esse. at id pertendo, εἶναι deleri oportere. forte reliquiae scholii aut variae lectionis πρέπον εἶναι in eo latent. sic potuit aliquis exposuisse dictionem καλῶς ἔχειν.

P. 95.

ἄφοβοι καὶ ἄπρακτοι) *qui neque periculum aut terrorem aliquem, neque negotii alicuius institutionem aut per-*

actionem significant. v. infra: οἱ δὲ εἰς πόλιν ἐχχ. ἀπραξίαν σημ.

τερπωλὴν — μελιταῖοι) f. τερπωλὴν, οἷοι καὶ οἱ μελιταῖοι.

νοσοῦντες δὲ οὗτοι) f. v. δ. τούτοις (scilicet uxori et familiae) νόσον.

δεινοτέρας) *subtilius excogitatas*, callidius consutas et fabrefactas.

ἐοίκασι δὲ) pro δὲ l. γὰρ.

εὔγνωμον τὸ ζῶον) ἄγνωμον τ. ζ. *inconsultum, rabiosum.* Et paullo post pro παρ' αὐτοῖς leg. παρ' ἀνθρώποις.

P. 96.

συνέχεον) bene habet. significat, confuderunt diversa in unam massam, prodiderunt absque bono ordine, neque adhibita distinguendi diligentia. una universa lege complexi sunt ea quoque, quae illa lege contineri nolunt, et secerni ab ea debebant.

πρὸς δεσπότην ἐστὶ λεπτός) π. δ. ἐ. λεπτέος. *de hero est accipiendus*, vel *ad herum est referendus.* Paullo post pro κρίνειν leg. κρίειν. et sic quoque Rigaltius.

Ἑρμοῦ ν. ε. σχῆμα) imo vero ὄχημα.

νομεύμεναι) mihi ignotum verbum νομεῖν et νομεῖσθαι. quare puto aut νομεύμεναι leg. aut νεμόμεναι, aut πολεύμεναι *versantes.*

Καὶ αἰγιβότην ἀεὶ τὴν ἀγαθὴν κ.) καὶ αἰγίβοτον καλεῖ (vel λέγει) τὴν ἀγ. κ. illam ipsam Ithacam, quam poeta Odyss. I. 27. ἀγαθὴν κουροτρόφον appellavit, idem Odyssea Δ. 606. αἰγίβοτον appellat, ubi ait:

αἰγίβοτος καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο.

quamvis a capris pascatur, id quod signum scabri, saxei, horridi, inculti, dumetosi soli est, *mihi tamen carior est, quam earum ulla terrarum, quas equi depascuntur*, hoc est pinguium et fertilium. vid. scholia ibi loci.

περὶ ἀγῶνος) π. ἀγώνων. Paullo post pro καθημένῳ καὶ πεσόντι leg. καθῆσθαι καὶ πεσεῖν.

P. 97.

προειπεῖν αὐτῷ,) αὐτῷ redundat, ut saepe in scriptoribus non admodum tersis. *ibid.* aut loco σοῦ leg. est αὐτοῦ, aut paulo post loco αὐτῷ leg. est σοι.

ἀποσκῆψαι) scil. ἄλλῃ πῃ, vel εἰς ἄλλου τινά, aut εἰς τὸ εἰκαῖον, *in vanum excidisse.* Mox pro ὑπακούεσθαι et εὐνόησιν leg. ὑπακούσεσθαι et εὐνοήσειν.

P. 98.

ἀγριαίνηταί τι ὃ λέων) ἀγριαίνῃ τινὶ ὃ λ.

ὠφελείας σημαίνουσα) imo vero σαίνουσα, quod etiam interpres expressit.

ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποστροφὴν) ἐπὶ τ. α. τόπου στροφήν.

P. 99.

εἰθάσιν) ἐθάσιν. Porro pro Ὀναγροι — εὐγνώμωνα leg. Ὄν. — ἀγνώμονα. v. p. 100.: βίαιον, καὶ ἀγνώμονα.

τ. ζῶα τὰ ἄγρια) post ἄγρια deest aliquid. e. c. ὅτι τείνει vel φέρεται, vel τὸ ἀποτέλεσμα, vel simile quid.

τοὺς ἐχθροὺς — ἐπιθησομ.) aut delendum τοὺς ante ἐπιθησ., aut sic ordinanda sunt verba τοὺς ἐχθροὺς τοὺς οὐκ ἐκ τοῦ φανεροῦ ἐπιθήσ.

P. 100.

καὶ τοῖς δικαζομένοις δὲ) καὶ delendum.

εὑρήσεται εἰς ἐπίδειξιν ὡς πολλάκις ἐτήρησα) εἰρήσεται εἰς ἐπίδειξιν ὧν ἐτήρησα. *dicetur in ostensionem vel specimen mearum observationum.* Statim post pro καὶ προκαλεῖται leg. κάπρος καλεῖται, quod Rigaltius quoque notavit.

εἰκότως γυναῖκα) εἰκ. μάχλον γυν. v. p. 105.: μάχλους γυναῖκας.

σημαίνει τέλεον, *) delendus est asteriscus, nil deest, nil corruptum est. τέλεον est adverbialiter accipiendum pro τελέως. *plane, penitus.*

P. 233.

καὶ βοῦς, καὶ ἀγ. — φοράδες,) L. καὶ βοῦς ἀγελαῖαι καὶ ἵπποι φορβάδες. caeteris deletis. nam καὶ φοράδες est vitiosa scriptio pro φορβάδες.

P. 234.

ἐφεδρέωντα) L. ἐφεδρεύοντα. Mox leg. πράσσοντα, ἢ μοιχούς. Et paullo inferius pro λαγὼς f. leg. ταὼς.

τὸ ὅλον ἔχοντα ὑποδείγματα) L. τὸ ὅ., ταῦτα ἔχων τὰ ὑποδ. Et infra leg. ἡμέρων. *a cicuribus animalibus.*

P. 235.

ἐκπλοκὰς) f. ἐκπλοίας, *egressus e portu cum navi.* aut ἐκδημίας, *discessus domo.*

P. 236.

οὐδὲν αὐτοὺς ἀπέβαινε) L. αὐτοῖς. Statim post pro ἐπὶ leg. ἀπὸ vel potius ὑπὸ. Et infra περιίστασο est *fuge, vita.*

P. 237.

τινος ἔξωθεν) f. τινὸς τῶν ἔξωθεν. Statim post pro γενομένων leg. λεγομένων.

Ὀπτὰς κατήσθιε σαρκ.) aut κατέσθιε in imperativo, aut ἐνεπλήσθη τ' ἐμοῦ.

λέγειν — ἰάμβιον.) aut in λέγειν est vitium, et leg. ἀκούειν, aut sic leg. est: λέγειν αὐτῷ τινα τοῦτο τὸ ἰάμβειον. Statim post: πρῶτον est *pridem, dudum, olim, antea,* et refertur ad ἀδόκητα. *ea, quae dudum fuere inspe:ata.*

P. 238.

διέτριψεν) scil. τις, aut ὁ βλέπων τὸν ὄνειρον.

ὅσα δὲ οὐκ ἀκολουθεῖ τισὶ — ὁραθέντων ἀποβαίνει.) non expedio hunc locum. esset sententia paulo tolerabilior, si sic scripsisset: ἃ δ' οὐκ ἀκολουθεῖ τισι τὸ πρῶτον, ταῦτα οὐδ' ἐν ὕπνοις ὁραθέντα ἀποβαίνει. *quae eventa nunquam consequuntur aliquam causam, ea pari modo etiam tum effectu carent, cum somnianti occurrunt eorum imagines.* τὸ πρῶτον est *unquam,* idem atque τὴν ἀρχὴν, *plane, prorsus.*

P. 239.

μὴ χρήσεσθαι) μὴ χρῆσθαι. Paullo post f. leg.: ἐχόντων ἔννοιαν ὀνείρου ἢ φαντασίας. et statim post pro ὄντων leg. τῶν,

aut ἂν τῶν. Porro paullo post pro οἷον f. l. ὥστε. et deinde pro ζητοῦσιν f. l. ζητεῖν.

θεραπευθήσει) si bene habet, erit Attice pro θεραπευθήσῃ. ego vero hoc malim. v. p. 269.

τομὴν ἀπιόντι) post ἀπ. videtur βοηθοῦντα vel συλλαμβάνοντα vel tale quid deesse.

ἐν ἐλεγείαις) ἐν ἐλεγείοις. nam ἐλέγειον et τὰ ἐλέγεια dicuntur, ubi ἔπος et ἔπη subauditur. non autem ἡ ἐλεγεία. dicuntur haec ἔπη ἐλέγεια, quia uno pede ἐλέγει, hoc est, ἐλάττω ἐστὶν, decurtata et minuta sunt, quo minus sint ἔπη plena et integra.

Πρόσεχε δὲ —) Ab hoc verbo incipit novum caput. male igitur haec particula a proximo capite est avulsa, intergesto titulo, qui verbo πρόσεχε debet praefigi.

P. 240.

ὁ δὲ τοῦ θανάτου αἴτιος) pro δὲ f. l. γὰρ. Mox pro ἐδύνατο γάρ· f. l. ἐδ. γὰρ ἀμφότερα.

βέβαιοι) f. βεβαιωτικοὶ. Mox παραθήσεις, i. e. exempli et argumenti loco afferes. Et statim post pro ἢ πολλὰ διὰ πολλῶν f. l. ἢ ὀλίγα δ. π.

πάσχουσι. καὶ παράλληλα) ita reddidit Cornarius, ut si habuisset in suo codice πάσχουσι καὶ δρῶσι, καὶ παράλληλα.

P. 241.

ὑπεδέξαντο) Leg. ὑποδέξαιντο.

P. 243.

θεοὶ, τὸν ἔχουσι λόγον) L. θ., τὸν αὐτὸν ἔχ. λ.

εἰς μακρὰν εἶδε τινὰ τῶν ἀδελφῶν ἀποθανόντα.) Pro τῶν ἀδελφῶν leg. τῶν ἐχθρῶν. et sic quoque Cornarius in latinis.

ἐξ ἀπειρίας) f. ἐξ ἐμπορίας. *per mercaturam.* pecuniam metuebat amittere, quam mercatori alicui mercaturae exercendae ergo crediderat.

P. 244.

διὰ τὸ τοῦ δεῖνος) τὸ delendum. Paullo post: ἐλέγετο. scil. ἡ γυνὴ, ὑπὸ τοῦ Πᾶνος, ἐν τῷ ὀνείρῳ.

P. 245.

ἐν τοῖς ὕπνοις ὑπό τινων) subaudi φαινομένων vel βλεπομένων ἐν τῷ ὀνείρῳ. Mox τῇ ἐπιούσῃ, scil. νυκτὶ. et statim post τις, aliquis puta, cuius ei species per insomnium offerebatur.

P. 247.

πλὴν ὅσοι δυνάμεως ἀπολείπονται) aut ὅσον aut ὅσα.

ἢ τελετῆς δεομένους) haec verba delenda sunt. nam scholium sunt voc. ἀτελέστους.

P. 248.

καθ' ὃν τέτακται) f. καθ' ὧν id est κατὰ τούτους, ὧν τέτακται. *nisi res quoque caeterae illorum, quorum ostensa sunt nomina.*

ὅτι μὴ τὴν ἐτυμολογίαν — προσέχειν) haec tota sententia tollenda videtur, ut ingesta e margine aut titulo. Paullo inferius pro λελυμένος, quod post ὁ Νίκων legitur, leg. λελειμμένος, *victus.* a λείπεσθαι.

P. 249.

ἐπιπροσθεμένου τὴν ἐργασίαν) f. ἐπίπροσθεν θεμένου τὴν ἐργ., quaestum, h. e. pecuniam, qua ille alipta se corrumpi patiebatur, proponens et tanquam obicem obiiciens coronae palaestricae Leonae. Mox pro κατωρωρύχθαι scr. κατορωρύχθαι.

τῶν δὲ ἄλλων ἐν οὐδενὶ νεκρῷ ἂν δοῦναι συμφέρει.) f. τ. δ. ἄλλ. οὐδὲν οὐδενὶ νεκρῷ δοῦναι συμφέρει. *mortuo aliquid donare rerum reliquarum, nunquam omnino conducit.*

P. 250.

ταῦτα γὰρ ἀποβήσεται οὐχ ὅμοια — κείρειν.) hunc locum non intelligo.

συμπτώματα ἐπακολουθοῦντα) L. σ. τὰ ἐπακ.

ἐν δὲ ἄῤῥεν, μὴ ζῆν) μὴ ζήσειν. Mox pro ἀναστροφὴν leg. ἀνατροφην, *educationem*, *nutritionem*. Deinde ἀπέθνησκε μόνως, subaudi ἐν ὕδατι.

τῷ κρίναντι) ei, qui significatus est verbo ἐκρίθη supra post χῆνα τετακέναι, ubi ὑπό τινος subanditur. et ille ὁ κρίνας quem pungere et refellere sua interpretatione voluit Syrus, haud scio an sit ipse Artemidorus.

εἶπεν ὕδατι) L. εἶπεν ἐν ὕδ. Non multo post: ἡ κρίσις illa scilicet supra proposita, τὸ ἄῤῥεν μὴ ζήσειν, quae pronunciavit vitalem puerum non fore, nullo definito certo mortis genere.

P. 251.

ἀορίστως καὶ ἀποβαίνει) f. ἀορ. καὶ αὐτὰ ἀποβ.

περὶ τὴν αὔριον) aut περὶ τῆς aut παρὰ τὴν. Deinde εἰς ὥρας, in annum alterum, vel vertentem eventura.

τὰ ἀγαθὰ ποιοῦσι.) f. τ. ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ποιοῦσι.

AD LIBRUM QUINTUM.

P. 252.

καὶ πάνυ αὖ ῥᾴδιον) αὖ aut delendum, aut cum ἦν mutandum.

P. 253.

μετὰ τὸν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πεπονημένοις μοι βιβλίοις) μετὰ τοὺς — πεπονημένους μοι βίβλους.

ἀντίγραφον) cum, unde exscribendi et plura exemplaria efficiendi esset copia. Statim post pro τὲ leg. τὰς.

διότερ τὰ εἰς πάντα ἀπὸ τῶν —) quapropter, quae, quum essent ab iisdem profecta principiis, tamen in eventus omnis generis longe diversissimos evadere facile possunt, ideo quod qui eadem vident, fortunis, voluntate, aetate, vitae genere inter se differunt, ea praeterii atque secrevi. Ab iisdem principiis profecta sunt insomnia species rerum easdem menti obiicientia, sed quae alios in aliis eventus sortiuntur, propter videntium fortunas diversas. Deinde aut ἡμῶν est delendum, aut legend. παρὰ τὰς τῶν δεομένων ἡμῶν, *qui nos consulunt et nostra opera, qua egent, utuntur.*

ταῦτά σοι προσφωνηθὲν) f. αὐτῷ, *tibimet ipsi soli inscriptum.* Deinde ἄτρεστον damnare non ausim. esset tamen planius ἀτρεκεστάτην. Infra pro παρῆν ἀνακειμένη fort. leg. παρῆν ἐοῦπω ἀνακ.

οἷκον εὐεξίας) fort. ὄγκον. *molem corporis.*

P. 254.

ὑπὸ τοῦ λεγομένου, ἰσθμὸν) L. ὑ. τ. λ. ἠθμοῦ. *a colo sic dicto vase.* sinapi per colum fuit traiectum. ea res indicium fecit atque omen, causam hominis ante condemnationem esse iudicis cognitionem (τοῦ κριτοῦ τὴν διάκρισιν) subituram.

ξάνθον) editum operarum errori imputo.

εἵξους) f. ἕλους. *propter paludem.* non tamen satis video, quae necessitudo sit inter ἕλος et στέλνον.

γράμματα) tabulas, in quibus insunt documenta causae, ut testimonia, et alia. ἔχνον oratores graeci appellant.

P. 255.

ἀπὸ τῶν σελήνης) ἀπὸ τῆς σελήνης.

ἐν ἑνὶ χωρίῳ) f. χορίῳ per o micron in prima syllaba, quod etiam designavit Cornarius reddens *puticulo.* Paullo post f. leg.: ἔζησε δὲ οὐ πλείονα χρόνον μηνός, ὅια τὴν σελήνην.

παροδεύων) cum transiret ipse apud Aesculapium, qui praesidens, praetoris quasi aut gymnasiarchi aut munerarii partes agebat, et iuvenes certaturos apud se traductos spectaret atque exploraret, num etiam obeundo certamini essent idonei. Iuvenis qui sic traducitur, cum transit, dicitur παροδεύειν, et traductio eiusmodi παρεξαγωγή. quod si tenetur, nihil est h. l. reliquum, quod obscurum esse possit.

ἐν ἄλλῃ καὶ ξενιτ.) ἐν ἄλλῃ cum spiritu leni. Paullo inferius pro ὑπὸ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἰοῦ γενομένου φθείρεται fort. leg. ὑ. τ. ἐ. αὐτοῦ γενομένου ἰοῦ φθ. Deinde pro ἀποδημῶν τῆς οἰκίας leg. ἀ. τῆς οἰκείας. *a patria.*

P. 256.

συνανατελεῖν) scr. συνανατέλλειν duplici λ. Statim post pro ἄπηξατο leg. ἀπήγξατο. *suspendio semet ipse necavit.* Deinde pro καὶ τούτῳ τρόπῳ leg. κ. τούτῳ τῷ τρ.

καὶ κύκλος * τὸ σχῆμα) potest κύκλος servari. sed κυκλῶδες malim. Paullo post pro ἀστέρας leg. ἀστέρα. nam de una stella loquitur, non de pluribus. v. postea: ὁ μ. ο. πεσὼν ἀστήρ.

P. 257.

σκυτίδα) *bullam.* quales pueri Romani gerebant e collo et fronte, alii auro, alii aere, alii corio factas. Deinde pro ἣν ante ἐπὶ ξένης οἰκοδομῶν leg. ἥν, *quam.*

οὐ βουλόμενον καταναγκάσαι) scil. ἔδοξεν αὐτῷ ἡ γυνὴ περιβάλλεσθαι τοὺς φαινόλας. mirificum anacoluthum. si mansit in eadem, qua coepit, constructione, dicendum καὶ οὐ βουλόμενος (scil. περιβάλλεσθαι ὑπ' αὐτῆς τοὺς φαινόλας) κατηναγκάσθαι.

ἀπηλλάγη) si servamus αὐτοῦ, subauditur ἡ γυνή, si autem αὐτῆς legimus, subauditur idem ille, de quo agitur, et manet oratio in eadem constructione.

φαίνεται * [λέγειν] νῦν μὲν) nescio quis aut intruserit, aut cancellis, ut delendum, incluserit verbum λέγειν. est quidem illud omnino eliminandum, et pro φαίνεται leg. φάναι. *divisse*. videtur in aliis libris φάναι, in aliis λέγειν fuisse. aut aliquis super φάναι interpretationis ergo scripsisse λέγειν. unde corruptela huius loci nata est.

σωθήσεσθαι, καὶ μὴ γενομένην ῥᾷον ὡς μὴ τέλεον ὑγιάναι) f. σωθήσεσθαι, εἰ δὲ μή, γενομένην ῥᾳόνως μὴ τ. ὑγιᾶναι. mirabitur quis voc. ῥᾳόνως. sed est novis graecis non inusitatum. Paullo post pro ἀποθήσασθαι leg. ἀποθήσεσθαι.

P. 258.

μισθῶν τῆς) hoc in unum vocabulum μισθωτὴς est contrahendum. μισθωτὴς, conductor magnorum vectigalium, publicanus, magnorum annuorum vectigalium redemtor. Ibid. leg. εἰς τοσοῦτο περιστάσεως aut εἰς τοσαύτην περίστασιν.

ἀναλωμάτων *) ἀναλ. videtur delendum, et aut plano omittendum, aut, si locum usquam habet, supra post δι' ἀπορίαν τε collocandum. Statim post f. l. ὄρεξιν εἰς αὐτὸν ἀποστρέψαι.

βαίνειν δύνασθαι) f. μένειν. Deinde pro διέπνευσεν f. l. διέπεσεν. et statim post f. l. πάντα τὰ πράγματα. sed cur intra 59 dies? Paullo post pro ἄζοντα leg. ὄζοντας.

περὶ τὸν ἀρχαῖον ὀμφαλὸν τόπους) περὶ τὸν ἀρχὸν τόπους, deleto ὀμφαλόν. ἀρχὸς est podex. in aliis fuit ὄσχεον. v. p. 269.

φάρμακον θανάσιμον ἐκὼν· ἔπιεν οὖν — χρεῶν. *) sic distinguo et lego φάρμακον θ. ἑκὼν ἔπιεν, οὐχ ὑπομένων περίστασιν, (molestiae et curarum atque formidinum plena negotia) ἀνάγκην τε χρεῶν.

καὶ ἐγνώσθη παρὰ τὸ δέον, καὶ ἐκαύθη ἧττον, καὶ ἀπ.) f. καὶ καταγνώσθη π. τ. δ., κ. ἐκαύθη θ. κ. ἀπ. metu ne exspirarent res eius secretae, quae ne emanarent ad quenquam magni eius intererat, et combustus est citius,

quam oportebat, raptim et tumultuarie, et ipse sibi vim intulit. mutavit ordinem rerum et invertit, sed id haud est infrequens. praecedit enim mors combustionem.

ἐπ' αὐτῆς δρεπόμενος) L. ἀπ' αὐτῆς. Deinde verba τῶν οἰκείων καὶ videntur delenda.

P. 259.

βλέπε τὸν ὦμον, — λόγῳ) f. βλ. τ. ὦμον, πρόσεχε τῷ ὤμῳ αὐτῷ τούτῳ τῷ λόγῳ.

ἐπὶ τὴν κεφαλὴν χρυσέαν Ἀφροδ.) aut ἐπὶ τῇ κεφαλῇ aut ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. et sic quoque p. 269. Deinde, ἡ δὲ ἑτέρα ἀπέθανεν, scil. ἄγαμος.

P. 260.

τὸν διὰ τὸν δαίμονά γε) τὸν Δία, ἢ τὸν δ. γ. *Iovem aut certe Genium.*

καμινόντων τὰς ψυχὰς) καμινόντων an καμόντων legas, perinde est. Deinde pro προσέπεσον Cornar. legit προέπεσον. *ex orbitis excesserunt.* Paullo post pro τεθοινεῖσθαι leg. τεθοινῆσθαι. Porro pro ὑπ' αὐτοῦ γεννᾶσθαι leg. ὑπ' αὐτῆς γ. *ab ea*, matre puta.

P. 261.

ἐθηριομάχησε. προσδιεθεὶς) L. ἐθ., καὶ πρ. Deinde pro χρονιωτέρα γινομένη leg. χρονιωτέρᾳ γενομένῃ. Paullo post pro εἰς πορίαν leg. ε. πορεῖαν.

ἐμπλέκουσαν αὐτῇ) L. ἐμπλ. αὐτήν. ancillam, quae heram pectebat et comebat.

χρῆσθαι) f. χρήσασθαι, *petiisse* vel *sumsisse mutuo ab hera.* alias esset leg. τῇ ἐμπλεκούσῃ αὐτὴν θεραπαίνῃ — χρῆσαι. *heram ancillae commodasse.*

πομπῶν) ludibriorum, derisionum, contumeliarum, malae famae, rumusculorum ignominiosorum, quibus qui appetuntur, per ora hominum, velut flagris caesi, traducuntur.

P. 262.

παίζων σταδιον) παίδων. inter pueros cursus genere illo, quod stadium dicitur, certans victor abierat cum corona. unum quodque certaminis genus triplex erat, et terni poterant in quoque palmam mereri. puerorum, adolescentium, virorum. τοὺς παῖδας νικᾷν, τοὺς ἐφήβους, τοὺς ἄνδρας, στάδιον, δίαυλον, δολιχὸν δρόμον, πάλην, πυγμὴν, παγκράτιον et sic porro.

καὶ ἀδόξως τοῦ σταδίου) f. κ. ἀδ. ἐξέπεσε τοῦ στ. Deinde pro ἀπολλομένης scr. ἀπολλυμένης.

ὄχλου ὄντος πλήρους) potest defendi, *plena concione populi.* malim tamen ὄχλου ὃν πλῆρες *in theatrum populo repletum.*

ἐπὶ μακρᾶς τῆς λεγομένης) μάκτρας. *mactram* latini quoque appellant. et sic quoque infra.

ἀποθεμένων αὐτῶν τῶν) pro αὐτῶν l. αὖ, *rursus,* vel *in contrariam partem.* usurpatur, cum fit vel significatur contrarium quid priori facto aut dicto.

ἐπεγράψατο) ἀπεγράψατο. nomen profitebatur et scribi curabat in gladiatoribus, et sic quoque recitat Valesius ad Ammian. Marcell. p. 31.

ἀπέθανε τοῖς μονομάχοις) f. ἐναπέθανε τοῖς μονομάχοις. aut ταῖς μονομαχίαις. nam perinde est. sive μονομάχοις accipias pro inter gladiatores, in ludo gladiatorio, sive in ludis et certaminibus gladiatoriis. nam latini quoque *gladiatoribus* dicunt pro in ludis gladiatoriis, cum gladiatores ferro publice coram populo decertant. *Ibid.* κατατεθεὶς est expunctus ex albo gladiatorum, ludo emissus. est vocabulum gymnasticum.

σπευσάντων αὐτὸν) bene habet. cum aliqui pro eo essent apud imperatorem deprecati, nam ut gladiator ludo emitteretur, et rursus libertati redderetur, interventu et mandato principis opus erat, non minus atque si carnifici apud nos, quod hominum genus infame est et

capite minutum, fama bona et libertas, et ius civile redditur. *σπεύδειν τινὰ* recurrit p. 267.

P. 263.

ἔζευξεν ἀθλίος ἡ μήτηρ) non damno *ἄθλιος*. quod est generis communis. malim tamen h. l. *ἀθλίως*.

χρησάμενος ἐπ' αὐτοῦ) *χρησάμενον ἐπ' αὐτῷ* aut *χρησάμενον αὐτῷ*. si prius, haec erit sententia: sanavit cum cultro medico Aesculapius, usum se, (h. e. interrogatus ab aegro) illius ulceris causa. si posterius: sanavit eum Aesculapius ipso ferro, usum se, h. e. oraculo suo, cum aeger in templum Aesculapii venisset ipse, et deum de medicina consuluisset, aut eius rei causa per amicos delegatos percunctatus esset. *χρῆσθαι τῷ θεῷ* sat nota est formula, pro *consulere oraculum*.

κακῶς ἀπέθανε) f. *λιμῷ κακῶς ἀπ. misera morte, fame est exstinctus.* de eo genere mortis *κακῶς* graecis, latinis *misere* in usu est.

ὡς οὐκ ἔχειν) aut *ὡς* est delendum, aut *ἔχει* scribendum.

αὐτὴ κατὰ περίστασιν) scr. *αὕτη. haec.* Deinde pro *ἐπ' αὐτὴν* leg. *ἐπ' αὐτῇ* scil. *τῇ μίξει. eam congressionem insecuta.* Statim post pro *ἐμπεφυκότα* l. *ἐκπεφυκότα*.

P. 264.

ἦν ἔρως ἑτέρας αὐτῷ) L. *ἑταίρας*. ut etiam Cornar. expressit. *Ibid.* f. l. *ἦν οὐδενὸς συγχωρ.*

οὐ διὰ τὸ γενόμενον. ἀλλ' ὅτι καὶ) f. *οὐ διὰ τὸ γένος μόνον, ἀλλ' ὅ. κ. — non solum ob nascendi sortem,* quia ex pellice natus erat, non ex uxore legitima, *sed etiam.*

ἥτις οὐκ εὐμαρῶς ἐχρήσατο τῷ μοιχῷ) f. *ἐφ' ᾗ τις οὐκ ἂν εὐμ. ἐ. μοιχῷ, quacum qui consuesceret, non ille facile haberet adulterum.* nam cum uxor ea non sit, sed corpore quaestum faciens, unicuique pateat, non potest adulterio locus in ea esse.

πατρίδα. ἀπελάθη.) πατρίδα ἀπελαθεὶς. Et infra pro ἐπὶ τὴν εὐπτησίαν leg. ἐπὶ τῇ εὐπτησίᾳ.

P. 265.

ἐπίσημος. ἐν τῇ πόλει) ἐπίσημος, ὃς ἐ. τ. π.

ἀπέστρεψεν) scil. τὴν πόλιν ἀπ' αὐτοῦ, cum in populi invidiam adduxit, et benevolentiam auramque popularem ab eo avertit. Porro pro χρησάμενον post φωνῇ et ante ταύτῃ leg. χρησάμενος.

P. 266.

προθυμούμενοι) aut προθυόμενοι leg. est, qui pro populi salute, aut reip. ergo mortem oppetunt, et in ara se patiuntur mactari. aut servata vulgata leg. est οἱ προθυμούμενοι δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν. qui mortem lubentes pro patria oppetunt.

ἀρυσάμενος ὕδωρ) ἀρυσόμενος in futuro. Deinde pro διαλεῖπον πάλιν κατίη leg. διαλείπων πάλιν κατῄει. *interposito aliquo temporis spatio rursus ad fontem accedebat.* ὅμως potest ad proximum ῥέον referri, et ad remotius ἐπαύσατο. si prius, tum significat *quamquam*, *tametsi*. si posterius, *nihilominus tamen desinebat manare*, ῥέον, *quamquam paulo ante manabat.*

ἀπέλιπεν) scil. ἡ κρήνη ῥεῖν. est quidem ἐπέλιπεν usitatius. bene tamen nihilominus habet vulgata lectio.

πλείονος νίκης) f. πλ. τῆς νίκης. *quamquam victoriae maior inclinatio erat versus eum.* quamquam victoriae opinio magis ad eum, quam ad eius par, propendebat.

P. 267.

συνελθὼν τῷ ἀνταγωνιστῇ, τὰ τέρματα.) f. σ. τ. ἀ. ἐκρίθη πρὸς τὰ τ. *altero quoque in cursu iudicabatur cum pari simul ad metam pervenisse.*

καὶ οὐκ ὀλίγον. πολλῆς τῆς κατ' αὐτὸν γενομένης τροπῆς) f. κ. ο. ὁ. εὐέλπις γενόμενος, πολλῆς τ. κ. α. γ. ῥοπῆς (vel τροπῆς). nam profecto, quanquam ῥοπὴ in hac re usitatum est, modoque fuit usurpatum in fine paginae superioris, et videtur esse maxime proprium, τροπὴ tamen aeque est conveniens rei vocabulum, proprium illud subitaneis conversionibus venterum, cum quibus aura popularis, illa inconstantissima et perquam variabilis, apposite comparatur. Mox scribe: τῷ ἀγωνοθέτῃ.

τοῦ ὕδατος διατόνου παρέχοντος, τὸν ὀχετὸν,) τ. ὕδ., διὰ τὸν οὐ παρέχοντα ὀχετὸν. *aquam negatam, propterea quod canalis, per quem ea defluere soleret, eam nunc negabat, vel nullam praebebat.*

διὰ τὸν κατασπεύδοντα) f. διὰ τὸν ἀντισπεύδοντα, aut ἀποσπεύδοντα. Statim post leg. κεραμίου κατάξει.

εὐρύν *) εὐρὺν bene habet. sed pro ὅπως equidem ἕως non repudiem.

ηὐλοκοπῆσθαι) f. ἐξυλοκοπῆσθαι aut ξυλοκοπεῖσθαι. *plantas pedum sibi ferulis contusas esse*, aut *permulcari et contundi*, et sic quoque paulo post ξυλοκοπουμένοις aut ἐξυλοκοπημένοις.

αὐλοῖς ἐχρήσατο) imo vero αὐτοῖς. nullus hic est tibiis locus, iis, quae inflatae concentum edunt.

δείπνησον) δεῖπνισον. a δειπνίζειν. non a δειπνεῖν. Paullo post sic distinguo: ἐπεὶ τούτους ἀπελήλακεν, αὐτὸς τῇ ὑστεραίᾳ — illud αὐτὸς hanc habet vim, si ullam habet, hoc loco. quae in somno viderat, ea magis ad familiares eius pertinebant, quam ad se, aut erant solummodo imaginationis ineptientis ludibrium. nunc autem ipsi fides visorum in manus, quod aiunt, incurrebat, re adumbrata exitum sortiente. Deinde καὶ post συμβιώταις delendum, ut natum e proximo sigmate.

εἰς τὸν ἀποθανόντα. ὁ δὲ, οὐχ ὑποδεξάμενος —) multa hic misere conturbata, sic fere in ordinem qualemcunque

rodigas: εἰς τὸν ἀποθανόντα. ἡ μὲν οὖν ὑποδοχὴ εἰκότως τὸν κίνδυνον ἐσήμαινεν. ὁ δ' οὐχ ὑποδεξάμενος αὐτοὺς εἰκότως τὸν κίνδυνον ἀπεωθεῖτο. pro quibus verbis in aliis codicibus haec exstitere: οἱ μὲν γὰρ ἐπιστάντες καὶ παρακαλοῦντες ἐς αὑτῶν τὴν ὑποδοχήν, εἰκότως τὸν κίνδυνον ἐσήμαινον. εἰ δ' αὐτὸς οὐχ ὑπέστη τὴν ὑποδοχήν, εἰκότως ἐσώθη. τὸ δὲ ναυάγιον (subaudi ἐσήμαινεν αὐτῷ ἡ ὄψις, vel ἐδηλώθη αὐτῷ) ὅτι —.

P. 268.

τὸ μὲν λέκυθον) τὸν μὲν κέλυφον, aut τὸ μὲν κέλυφος. et id videtur quoque Cornar. suspicatus esse. expressit quidem latine. Et infra pro λυπεῖσθαι αὐτόν. συνέβη l. leg. λυπεῖσθαι. τοῦτον συνέβη —.

P. 269.

συνταγῆς δεομ.) συνταγὴ est formula medicamenti a medico praescripta, consilium, praeceptum medicum. Deinde sic distingue: παρέχειν αὐτῷ ἐσθίειν. *Aesculapium ei quinque digitos dextrae suae manus comedendos porrexisse. φοίνικας πέντε ἐσθίων ἐθεραπεύθη. hic cum palmulas quinque devorasset, convaluit.*

τὸν ἐπὶ τὴν κεφαλήν) τ. ἐ. τῆς κεφαλῆς vel ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. subaudi τοῦ Σαράπιδος. nam Sarapis cum calatho in capite pingebatur. fuerat itaque illi Sarapis visus id agens, ut se corriperet, et in calathum suum coniiceret. Paullo post pro τι leg. τις. et porro pro θεραπευθήσει l. θεραπευθήσῃ. v. p. 239.

χωρῆσαι τοῦτο) aut ἐκχωρῆσαι leg. aut post τοῦτο addendum ταύτῃ. Ibidem ἐλευθέριος, cuius vocabuli rationem non satis intelligo, neque, qui dii dicti sint ἐλευθέριοι, teneo. suspicor tamen, et veram eam esse lectionem, et praestare multum coniecturae Cornarii, cui visum fuit leg. esse αἰθέριος. quod nihili est. videntur dii eleutherii dii minorum gentium esse, qui post ilios duodecim ma-

orum gentium, ex humano genere coelitibus adscripti sunt, ut Hercules, Liber pater, et Libera, et Castor cum Pollucc. et haud scio an ἐλευθέριος illud *Liber* et *Libera* significet, quae sunt in nominibus Bacchi et Proserpinae. Et suntne hi dii ἐλευθέριοι dicti, si unquam fuere, ideo, quod essent ἐλεύθεροι κόροι, non νόθοι, *liberi*, non *nothi*, infantes deorum maiorum?

III.

IO. GOTHOFR. REIFFII

AD

ARTEMIDORUM NOTAE.

AD LIB. I. Prooem.

1) προετράπην) Conf. L. II. c. 70. extrem.

2) ὁ ποιητής) Respicit coniector noster Homer. Iliad. X, 122.

3) ἢ ἄλλως γ.) Moleste non ferent manes Cornarii ac Reiskii, si, quum nunc ipsum viam nostram ingressi simus, iam contradisputamus et eos haec verba non intellexisse videri ostendimus. Prior enim sic vertit: *alia exercitia* etc., perinde ac si ἄλλα legisset. Contra Reiskius quae dicit, vide in eius Animadversionibus huic editioni subiectis. Totus vero hic locus nullam habet difficultatem, modo particula: ἄλλως, recte intelligatur. Ἄλλως autem eodem modo hic dicitur, quo: μόνον. Ut enim Graeci: οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ: sic etiam loquebantur: οὐκ ἄλλως, ἀλλὰ καί. Ut Flav. Ioseph. de Bell. Iud. L. V. c. 12. §. 1.: οὐδὲ γὰρ ἠρεμήσειν αὐτὸν ἄλλως, ἀλλὰ καὶ τῶν χωμάτων ἐπιμελήσεσθαι πάλιν, χρωμενον τοῖς κωλυσουσιν ἀτονωτέροις. Et ut Graeci dicunt: μόνον ὄνειμα: sic etiam: ἄλλως ὄνειμα, ut Callimachus in Anthолog. T. I. p. 223.

ed. Iacobs.: — ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων, —. *Nil nisi nomen.* Ceterum si quis praeter locos allatos etiam plures scire aveat, videre licet Toup. Emendatt. in Suid. Vol. II. p. 497. sq. et, quae annotavit super h. v. idem Toup. ad Longin. de Subl. Sect. VII. Ut tamen revertar ad Artemidorum: illa verba ita vertenda sunt: *non nisi exercitia et disputandi argumenta.*

4) ἀναιρεῖν — μαντικήν) Schol. Aeschyli ad Prometh. v. 625.: Ἐπικούρειόν ἐστι δόγμα: ἀναιροῦν τὴν μαντικήν. Conf. omnino Cic. de Divin. L. I. c. 3. et de N. D. plur. loc.

5) τε ἅμα καὶ) Sic cum Rigaltio et Reiskio scripsi; quum antea legeretur: ἀλλὰ, pro: ἅμα. Certe τε ἅμα καὶ saepe invenitur apud Nostrum, τε ἀλλὰ καὶ nullibi.

6) μέσον τὴν πεῖραν) Auctoritate Codicis B et propter vim orationis ac rotunditatem illud: τὴν πεῖραν, a me receptum est. Etiam quod statim sequitur ἀποτελεσμάτων posui in contextu, quem vocant, pro ἐπιτελεσμάτων, quod habebant omnes libri. Utramque vero lectionem firmat simillimus locus in praefatione Libri IV.: — πείρᾳ, καὶ ταῖς τῶν ἀποτελεσμάτων μαρτυρίαις πειθόμενος.

7) κακῶς ἐξηγησ.) Deest κακῶς in Codice A et in utraque editione. A me ex Codice B adiectum est. Ita enim τὰ καλῶς εἰρημένα et κακῶς ἐξηγησάμενοι sibi optime respondent.

8) ἔνια δὲ) Ita Edd. et Cod. A. In Codice B legitur: ἔνια γὰρ, quod fortasse alteri praeferendum esset, nisi apud Atticos quoque δὲ pro γὰρ poneretur. Ut apud Thucyd. L. I. c. 77.: ἐκείνως Δ' εὖ' ἂν —. et c. 102.: τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι. Τοῖς ΔΕ —. Invenitur tamen etiam apud Nostrum plur. loc. δὲ pro γάρ. Vide Indic.

9) ἔστιν ὅ, τι βιβλίον) Pro ὅτε, quod antea in textu erat, legendum esse: ὅ, τι, iam Rigaltius et Reiskius notavere: quam correctionem firmat Cod. B. Ac nihil

hil est hoc vitio solemnius, ut ὅτε et ὅτι permutata sint.

10) προίκτας — βωμολόχους —) Suidas: Προίκτης, ὁ ἐπαίτης. Προίκτας, καὶ γόητας, καὶ βωμολόχους ἀποκαλοῦσι. Quae postrema verba ex Nostro desumta sunt: id quod iam Alberti animadvertit ad Hesych. sub v. προίκτης.

11) κ. τ. ὀφρῦς ἀνεσπακότες) Ἀνασπᾷν τ. ὀ. non est: *contrahere supercilia*, ut Cornarius vertit; hoc enim Graeci dicunt συνάγειν τὰς ὀφρῦς, estque iratorum eorumque, qui torvum vident. Sed ἀνασπᾷν τὰς ὀφρῦς idem est atque αἴρειν, ἀνατείνειν, ἀνάγειν τὰς ὀφρῦς et dicitur de philosophis, qui supercilia subducentes atque attollentes ad frontem, ut gravem vultum fingant, passim describuntur.

12) ἐξ ἁπλῶν) Pro ἁπλῶν legi vult Reisk.: ἀδήλων. Sane primo adspectu id probamus; quia ἀδήλ. maxime respondet verbis: φανερὰς et εὐκαταλήπτους, quae praecedunt. Si tamen penitius paullo consensum verborum inspiciamus: liquido patebit, illud: ἀδήλων, non modo non necessarium esse, sed etiam ineptum. Contra si ἁπλῶν, ut omnes libri et scripti et impressi habent, legitur, atque ita explicatur: *ex simplicibus rebus vel potius iudicationibus, i. e. ex indicationibus non aenigmate involutis:* omnis evanescere difficultas mihi videtur.

Cap. I.

1) ἐνυπν. κ. ὀνείρων δ.) Codex B: ἐνυπνίου καὶ ὀνείρου δ., quod fortasse melius. Numerus enim singularis legitur etiam in praefatione Libri IV., ubi hunc locum respicit Artemidorus.

2) ἄκ. καὶ ὥςπ. — ἀπ' ἀρχῆς) Illud καὶ ante ὥςπερ posui e Codice B, et pro: ἀπαρχῆς, quod libri habebant, divise scripsi: ἀπ' ἀρχῆς, ut et Reisk. iam annotavit.

3) ὑπ' αὐτῶν — ἄρξ.) Pro ὑπ' αὐτῶν correxi cum Reiskio: ἀπ' αὐτῶν, propter verbum: ἄρξασθαι.

4) τῷ μὲν — τῶν μελλόντων) In utraque editione et in utroque Cod. desideratur articulus: τῶν, ante μελλόντων. Codex B tamen habet post τῷ et ante μὲν articulum: τὸν, quem mutavi in: τῶν, et transposui ante: μελλόντων, ut melius respondeat verbis, quae statim sequuntur: τῶν ὄντων.

5) οὕτως, ὡς, ποῖα —) Illud: ὡς, quod, quum οὕτως proxime antecederet, facile excidere potuit, inserui, ita, ut cum infinitivis: προσανατάσσειν et ἀποτελεῖν, construatur; et post ψυχῇ comma sustuli. Poscit eam scripturam contextus verborum.

6) γενομένην) Cornarius vertit: *ob factam obturationem*. Recte. Nam sententia flagitat, ut actio obturandi cogitetur iam perfecta tum, quum id, de quo hic sermo est, fieri solet. Scilicet infectae seu imperfectae actionis est ὁ παρατατικός, perfectae aoristus. Quare pro γινομένην scripsi: γενομένην, ut et Reisk. iam voluit.

7) ἃ δὲ ἴδια τῆς ψυχῆς.) Sic utraque editio et Cod. A. Cod. B. exhibet: ἃ δὲ καὶ ψυχῆς. Non male. Vertit quidem Cornarius: *alias corporis proprias esse affectiones, alias animae proprias, alias utrisque communes*, tamquam legisset: ἃ μὲν ἴδια σώματος, ἃ δὲ ἴδια ψυχῆς, ἃ δὲ κοινὰ σώματι καὶ ψυχῇ, quae postrema verba deesse propter ea, quae sequuntur, et Reisk. annotavit. Sed nihil est caussae, cur illa verba excidisse videantur, modo cum Codice B scribatur: ἃ δὲ καὶ ψυχῆς, ut particula καὶ ante ψυχῆς respondeat voc. μόνου, et omnino haec verba ita explicentur: *alias etiam animae, scilicet qualenus ea cogitatur et sola et iuncta cum corpore.*

8) εὖ τὸ κύρ.) Illud τὸ ante κύριον eiiciendum videtur, quod Graeci, ubi adiectivum substantivo postponitur, articulum omittere solent.

9) ἄγων εἰς ἐπ.) Cum Casaubono, Rigaltio ac Reiskio scripsi: ἄγων pro: ἀεὶ ὢν, quod antea legebatur. Quamquam enim Iacobus de Rhoer illud ἀεὶ defendit: superfluum tamen hic videtur esse propter verba: ἐνύπνιόν τε et καὶ μεθ' ὕπνον, i. e. *et in somno et post somnum.* Accedit, quod a Codice B ἀεὶ abest; isque pro ἀεὶ ὢν habet: τῶν. Iacobi de Rhoer autem Notam ad nostrum locum integram huc non adscribere non possum, n Otio Daventriensi cap. 14. haec scribentis: *Emendaverat in Cod. s. Casaub.: ὁ δὲ ὄνειρος ἐνύπνιόν τε ὢν ἐνεργεῖ ἄγων εἰς ἐπίστασιν etc. Idque sequitur Rigaltius. Mihi non videtur. Agit de discrimine inter ὄνειρος et ἐνύπνιον. Dixerat: ἐπεὶ ὄνειρος, ἔργον ὑπνούντων. ἀλλ' ἡ ἐφ' ὅσον — ἀφικέζεται. Contra autem, ὄνειρος ἐνύπνιόν τε ὢν etc. Illud ἀεὶ sollicitari itaque non debet, quia oppositio sic requirit. Si vulgato adquiescere nolis, et repetitum istud ὢν te offendit, legendum suspicor: ὁ δὲ ὄνειρος ἐνύπνιον θεῶν ἐνεργεῖ etc. Ex θεῶν, cum idem prorsus sit sonus, librarii vitio, facillime nasci potuisse τε ὢν quilibet videt.* Ἐνύπνιον *oritur ex bruta cupiditate, vel nimio timore, vel satietate, aut cibi inopia, et nihil significat, sed cum somno finem habet, ὄνειρος vero post somnum vim suam exserit, ut distinguit ipse Lib. 5. (scr. 4.) in Praefat.* Ἐνύπνιον *itaque ex naturalibus illis caussis oriens una cum somno finem habet.* Ὄνειρος *autem ἐνύπνιον θεῶν ἐνεργεῖ ἀεί. Et sane alibi etiam memorat somnia τὰ περὶ μηδενὸς φροντίσουσιν ἐφιστάμενα καὶ προαγορεύοντά τι τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἢ κακῶν, quae θεόπεμπτα vocat L. I. c. 7. uti hoc loco esse dicuntur εἰς ἐπίστασιν προαγορεύσεως τῶν μελλόντων. Insignis est coniectura Doct. et Amic. Knoopii de toto hoc loco, quam Tibi integram exhibere debeo. Ita ille:*

„Sic ergo refingo. Περὶ μὲν οὖν ἐνυπνίων τοσαῦτα εἰρήσθω. ὄ δὲ ὄνειρος οὐκ ἀνόμα οὐ κύριον, οὐχὶ οἱ ὑπνοῦντες τὸ αὐτὸ ὁρῶσι πάντες. ὄνειρος — τεθέντος ἀπ' ἀρχῆς παρὰ τὸ κ. τ. λ. *Et ita versi nem instituendam puto: „De insomniis ergo talia qu dem dicta sunto. Nomen autem (scil. ἐνυπνίου) non e proprium, neque dormientes idem vident omnes. Siqu dem somnium (ὄνειρος in specie dictum) opus dormientium (scil. itidem est.) Profecto (loquitur adhuc de ἐνυπνί uti patet ex seqq. ὁ δὲ ὄνειρος) in quantum quidem i somnium est, (in somno contigit) efficax est. (aut m gis perspicue, Profecto quousque dormiunt effectum h bet.) Somno vero cessante dissipatur. Somnium ver (ὄνειρος dictum,) etiam insomnium existens, (quam quoque in somno contigit) semper efficax est. (scil. etia post somnium) tendens ad animadversionem praedictio futurorum. et post somnum efficaces adducens operati nes, ad suscitandam aeque atque agitandam anima existit. propter haec et nomine ei posito in initio etc.“ Ita mihi videntur omnia plana, et optime scopum Artemidori, qui differentiam ἐνύπνια inter et ὀν ρους demonstrare volebat, tenentia. Levior quoque correctio, quae tantum αὖ in οὐ, ἢ in ἦ mutat et voce τὸ de loco in alium transfert. Primum et tertium se sus plane requirere videtur. et mutatio accentus fac est, ut ἀλλ' ἤ significarent profecto, enimver utique, quam virtutem adstruxerunt satis qui de pa ticulis Graecis egerunt. In emendatione τῶν ἀπ' ἀρχ secutus sum Rigaltium, re et sensu ita iubente. Ita ἐ ύπνιόν τε per etiam insomnium versum recte se h bere putem, quam Graecae linguae usus permittat, pa ticulam τὲ hoc modo poni, quo fere convenit cum L tinorum que. Vid. C. A. Duker. ad Flor. IV. 2. 9 cf. Viger. p. 399. quamvis locum qui plane cum h conveniat non adducant. Interim καὶ eodem plane sens

voni docent Viger. et Devar.. Sensus loci parum differt ab eo ac si scriptum esset: ἐνύπνιόν περ *vel* ἐνυπνιόν γε. *Uti μάλιστά γε apud Auct. p.* 55. *ed. Rigalt.. Quare ei esset forsan, qui posteriorem emendationem non improbaret. Ceterum* ὄνειρον *recte tanquam* ἐνύπνιον *describi docet. Homer. Odyss.* ξ. 495. — — Διὸς μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. *Tandem quatenus procedat adlata etymologia nunc non inquirimus, ceteroquin analogia nos remittit ad simplex* ὄνω.“ *Haec ille.*

10) ἀπ' ἀρχῆς) Ita exhibet Cod. B. Optime. Antea enim legebatur: ἀπ' ἀυχῆς.

11) ἡ παρὰ) Hanc particulam: ἡ, e Codice B inserui. De duplici enim origine vocabuli: ὄνειρος, hic loquitur Artemidorus, ut nemo non videt.

12) τὸ ὂν) Deerant h. v. in omnibus libris. Nos posuimus in contextu. Ita enim plene affertur hoc derivatum in Eustathii Comment. ad Homer. Il. I, 76.: οἱ δὲ τοιοῦτοι κυρίως εἶχον τὴν τοῦ ὀνείρου κλῆσιν, ὡς τὸ ὂν, ἤτοι τὸ ἀληθὲς εἴροντες, καὶ λέγοντες. Διὸ καὶ ὀμφὴ ὁ τοιοῦτος ὄνειρος ἐλέγετο, διὰ τὸ τὸ ὂν φαίνειν. cf. et Photius Myriob. p. 1596. ed. Hoeschel.

13) εἴρω.) Hom. Od. XI, 136.

14) ἀνώγοι) Hom. Od. XVIII, 7.

Cap. II.

1) ἀπώλετο) Vera haec scriptura firmatur auctoritate Codicis A. Antea enim legebatur ἐπώλετο.

2) καὶ ἔωθεν) Illud καὶ de loco ante παρακαταθήκην huc retraxi ante ἔωθεν. Postulat id contextus verborum.

3) ἄλλα) In Cod. B. deest ἄλλα. Sed eadem verba in nostro capite infra iterum leguntur: καὶ πολλὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Simillimus locus ap. Marcum c. VII. v. 8.:

καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ —. Et Noster L. IV. c. 3.: καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ὅμοια.

4) οὕτως, ὡς ὁρῶνται, καὶ ἀπερ.) Pro οὕτως cum Reiskio scripsi: οὕτως, ὡς, duabus vocibus. Ita enim et infra L. IV. c. 2.: πῇ μὲν οὕτως ἀτοβαίνει, ὡς θεωρεῖται, etc.

5) ἕτυμον) Sic legendum est, non ἕτοιμον, ut antea in libris scriptum erat.

6) οὐ δι' ἥντινα οὖν) Sic in edit. Rigaltii. Aldus: οὐδ' ἥντινα οὖν, quem sequutus sum.

7) ἡγουμένη) Antea legebatur: ἡγουμένης. Ego cum Reiskio scripsi casum nominandi; nam ad ψυχὴ refertur.

8) νοήματι, ὡς) Pro νοηματικῶς, ut antea erat, cum Casaubono, Rigaltio et Reiskio correxi νοήματι, ὡς; quod et Cod. B firmat.

9) φάνταϲμα) Ita pro φάϲμα dedi ex Codice B. Illud enim vocabulum habet eodem plane significatu etiam Synesius Lib. de Insomniis; ait enim: εἰσὶ γὰρ διάφορα τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τεθειμένα τοῖς καθ' ὕπνους φαινομένοις. Πέντε γὰρ φασὶ τούτων εἶναι τὰ εἴδη: ὧν τὸ μὲν ὀνομάζουσιν ἐνύπνιον; τὸ δὲ, φάνταϲμα; τὸ δὲ, χρηματισμόν; τὸ δὲ, ὅραμα; τὸ δὲ, ὄνειρον. Ad quem locum vide Nicephori Schol. Sed et alii, ut Hippocrates et Aristoteles, uterque de Insomniis, et Macrobius in Somn. Sc. L. I. c. 3., eadem vi φάνταϲμα usurpant, non φάϲμα.

10) τούτοις) Abest a Codice B. Recte; quum in eodem Codice ᾧγε pro ὅσα antecederet. Nam alioquin verbo: ᾧγε, melius responderet: τοῦτον.

11) πέντε εἶναι) In edit. Rigalt. illud πέντε ante εἶναι omissum erat; quum praeter utrumque Codicem etiam Aldus id habeat.

12) εἶτον) Ita exhibet Cod. B, quem amplexus sum; εἶπον enim aptius scribitur propter praecedens ὁρίζονται, quam εἴτομεν, quod antea erat.

13) ἑαυτὸν ὑπολ.) Illud ἑαυτὸν e Cod. B. in textu posui; opponitur enim verbo, quod paullo post sequitur: ἄλλον.

14) ἤδη δὲ πολλῶν — ἀποβάντων.) Ita exhibet Cod. B; tantum in eo discedit, quod verba καὶ εἰς τοὺς πατέρας desunt, quae nos in textum recepimus propter ea, quae sequuntur, et quod Cornarius vertendo expressit: *patribus*. Idem Cornarius vertit: *Novi enim multa* (sc. somnia) etc., perinde ac si pro ἤδη scriptum esset: οἶδα vel ἤδειν, quod et Reisk. suspicatus est. At correctione hac non eget noster locus auctoritate Codicis B correctus. Antea enim sic legebatur: ἤδη δὲ πολλοὺς καὶ εἰς τοὺς παῖδας ἀποβαίνοντας.

15) σημαῖνον) Sic cum Cod. B scribendum est pro σημαίνει, quod libri habebant. Nam σημαῖνον ad praecedens ἐστι referendum est. Sic paullo post: — ἐστι καὶ τὸ δοκεῖν — παρέχον —. et post: Ἔστι καὶ τὸ φίλους ὁρᾷν — ποιοῦν —.

16) εἴποι τὶς ἄν. Οὔτε τοὺς —) Pro ἃ vere Cod. B: ἂν; quod legendum esse iam Reiskius vidit ac construendum cum εἴποι. Itaque punctum, quod scriptum erat post τὶς, posui post ἄν. Praeterea, quod idem Cod. B habet: οὔτ' αὐτοὺς, praeferri non potest lectioni vulgatae: οὔτε τοὺς, quia verba οὔτε τοὺς ἀλλοτρίους respondent verbis, quae praecesserunt: οὔτε τοὺς ἰδίους.

17) Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ — τοῦτό γε, ἀλλὰ —) Particulam γὲ dedit Cod. B. Idem Cod. οὐ habet pro posteriore οὐδὲ, quod tamen retinui. Nam plane eadem formula invenitur et infra iterum in praefat. Libri IV.: οὐδὲ γὰρ οὐδὲ — τάγε —, ἀλλ' —.

18) μητέρι — γυναικὶ) Ita correxi propter verbum ἐοικέναι. Antea enim perperam legebatur casu quarto: μητέρα — γυναῖκα —. Ceterum cum nostro loco conferenda sunt verba cap. 78. Ἔστι γὰρ ἡ γυνὴ, ἤτοι τέχνη

τοῦ ἰδόντος, ἢ πραγματεία, ἀφ' ἧς τὰς ἡδονὰς πορεύεται, ἢ οὗ προίσταται καὶ ἄρχει, ὡς καὶ τῆς γυναικός.

19) Ἔστι) Pro ἔτι, ut in Cod. A et in utraque editione scriptum est, ex Cod. B dedimus. Ἔστι; nam alioquin quod sequitur ποιοῦν non haberet verbum, quocum construi posset. Coniungit quidem idem Cod. B illud ἐστι cum proximo ἰδιαίτατον, aut propric ἴδιον (sic enim habet MS. pro ἰδιαίτατον), et paullo post pro ποιοῦν dat παρέχει. Sed hic, ut in nostra editione legitur, Artemidorum scripsisse existimamus. Certe ἐστι cum ἰδιαίτατον ut coniungatur, opus non est; quum Graeci verba substantiva praesertim saepe omittant. Ut βαρὺ γάρ; τοῦτο εἰκός; δυνατόν, et al.. Ἐστὶ enim desideratur.

20) Ἀλλὰ καὶ τὰ μὲν) Illud καὶ, quod ante ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ legebatur, huc ante τὰ μὲν retraxi, assentiens Codici B, qui tamen totum hunc locum ita habet: Ἀλλὰ καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὡς οἱ παλαιοὶ περὶ τούτων διέλαβον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὕτως ἔχει.

21) Τῶν μὲν ἰδίων) Particulam μὲν inserui e Cod. B. Respondet enim infra verbis: Τῶν δὲ ἄλλων. Porro quod paullo post sequitur: διατείνῃ (sic enim habebant libri), in διατείνει mutavi.

22) ταῦτα μόνοις τ. ὁρ.) Deest μόνοις in Cod. A. et in utraque editione. Ex Cod. B id posui in contextu propter verba, quae praecedunt.

23) ἐμεῖν, θακεύειν) Inter haec verba habebant Editt. et Cod. A: καθίζειν εἰς χρείας, quod tamen idem significat, ac θακεύειν. Itaque alterum pro glossemate, quod in textum irrepserat, delendum erat, et quidem prius: καθίζειν εἰς χρείας, quod a Codice B abest. Nam pro συνθακεύειν, quod MS. habet, divise legendum esse ac sic mutandum: ἐμεῖν, θακεύειν, nemo non videt. Ceterum si quis de hac verbi θακεύειν potestate plura scire velit: videre licet Is. Casaub. ad Theophr. Char. c. 13., Toup.

ad Longin. de Subl. Sect. 43. eiusdemque Toup. Emendatt. in Suid. Vol. II. P. III. p. 375., atq. Antonii Thysii Collation. Leg. Atheniens. et Roman. in Gronov. Thes. Ant. Gr. Vol. V. p. 1373.

24) ἐσθήματά τε) Ita cum Reiskio scripsi pro ἐσθῆτά τε.

25) κεφαλὴ εἰς πατέρα) Vide Indic. s. v. κεφαλή.

26) πατέρα) Ita nos correximus. Editum erat: μητέρα. Conf. L. I. cap. περὶ χειρῶν.

27) δημοσίων ἀνδρῶν) Sic habebant libri. Nos cum Casaubono scripsimus: περὶ δημοσίων ὀνείρων, exceptа praepositione περὶ, quae a me inserta est propter verba quae sequuntur: ἔχω λέγειν.

28) Homer. Iliad. II. v. 80. — 82.

29) ἂν τὸν) Sic dat Cod. B pro vulgato: αὐτὸν τὸν. Illud ἂν h. l. necessarium videtur. Nos: *Wenn ein gemeiner Achäer den Traum erzählte: so würden wir nicht glauben dass der Erzählende löge, sondern dass der Traum selbst lügenhaft wäre* etc.

30) Ἀλλὰ, φησὶν, ὅτι —) Cornarius videtur legisse: Ἄλλοι δὲ φασὶν, —, vel saltem redditive accepisse: *Alii porro dicunt.* Certe φασὶν aptius videtur. Tunc construendo iunge verba: φασὶν et quod sequitur λανθάνοντες. Ceterum pro αὐτοὺς post λανθάνοντες forsitan putet aliquis scribendum: αὑτοὺς vel ἑαυτοὺς. At mutatione hac nihil opus; quum ἀττικῶς recte se habeat illud αὐτοὺς, quod etiam imitati sunt Latini, qui *eorum* pro *sua*, et *ipsum* pro *se ipsum* saepe posuere.

31) οὓς — προθέντες) Mos fuit, ut, qui de republica aliquid somniassent, id susque deque non haberent, sed notum omnibus facerent, vel praeconis voce, vel proposito pittacio, quo id contineretur. Quem morem tangit h. l. noster Artemidorus. Conf. Sueton. Caes. Oct.

c. 91. ubi verba haec sunt: *Somnia neque sua, neque aliena de se negligebat.* ibique Casaub.

32) ἧττον δῆμος; ἀγαθοῦ — πόλει,) Codicis B scripturam sequimur putantes haec verba cum iis, quae antecedunt et quae sequuntur, multo artius cohaerere, quam id, quod in editione Rigaltii editum erat: ἧττων. ὅμως ἀγαθοῦ μὲν ἐσομένου κοινοῦ πολλοῖς. Praeterea πόλει pro πολλοῖς dant etiam Cod. A et Aldus. Nam etsi apud posteriorem πόλοι legitur: mendum tamen typographicum id esse, manifestum est.

33) μόνον ἀναδέξασθαι τὸν ἀπόβασιν.) Sic est in omnibus libris. Ego Reiskium μόνου pro μόνον et ἀπόφασιν pro ἀποβασιν emendantem sequutus sum.

34) Πανυάσιδι τῷ Ἁλικαρνασσεῖ) Sic corrigendum est pro Πανυασίδῃ τῷ Ἁλικαρνασεῖ, ut antea legebatur. Ceterum et de hoc scriptore et de aliis, qui in Nostro citantur, plura invenies in Indice Scriptorum.

Cap. III.

1) Περὶ — στοιχείων.) Hoc lemma Codicem B sequutus inscripsi pro: Περὶ εἰδῶν ὀνείρων. Artemidorus enim hoc capite tertio non de somniorum speciebus dicere vult; nam de his iam proximo capite secundo loquutus est: sed de elementis, quae sex constituuntur. Delendus igitur erat infra ante verba: Ὄντων δὴ τούτων τῶν ἓξ στοιχείων etc., titulus: Περὶ τῶν ἓξ στοιχείων, quippe qui etiam abest a Codice B; ac verba: Ὄντων δὴ etc., a quibus textus initium sumebat quarti capitis, iis, quae praecedunt, continua serie adscribenda erant.

2) οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ) Cornarius haec verba ita vertit: *Qui circa somnia interpretandi artem praecipui habentur.* Minus bene. Nam Latini politiores, quos sequi debemus, in his casibus περὶ nunquam per *circa* reddere mihi videntur. Non enim dicunt: versari circa

aliquid, sed: in aliqua re. Graecus autem sic: διατρίβειν περὶ τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας. Similiter nostro in loco περὶ non per *circa*, sed per *in* reddendum est: *Qui in his* (in hac arte) *praecipui habentur*. Ceterum pro δεινοὶ Cod. B habet δεινότατοι.

3) ὀνόμασι, χρόνῳ ὁρώμενα.) Illud ὁρώμενα, quod in Edd. deerat, in textum recipere non dubitavi, partim ex Codicis B auctoritate, partim quia id Noster habet etiam L. IV. c. 3.: φύσει καὶ τῶν ἄλλων τινὶ στοιχείων ὁρώμενα. Fortasse latet ὁρώμενα etiam in ὄρῳ, quod pro χρόνῳ est in Aldina et in Codice A, ex quo Aldus Artemidorum protulit. Deest quidem χρόνῳ et in Cod. B, qui huius totius loci hanc varietatem offert: τὰ φύσει, νόμῳ, ἔθει, τέχνῃ, τρόπῳ, καὶ τύπῳ, καὶ ὀνόμασιν ὁρώμενα. Sed χρόνῳ hic locum habere non modo posse, verum etiam debere, atque omnino Artemidorum potissimum haec elementa sex, quae in nostro textu et antea etiam in Rigaltiano scripta reperiuntur, et nulla alia, nominavisse, quum totus ipse arguit, tum locus L. IV. c. 3.: κοινὸς μὲν οὖν λόγος ἐστίν, ὅτι πάντα τὰ κατὰ φύσιν, ἢ νόμον [ἢ φήμην], ἢ ἔθος, ἢ χρόνον, ἢ τέχνην, ἢ ὀνόματα βλεπόμενα, etc.

4) τὰ φύσει) Dedi illud τὰ ex Cod. A et ed. Ald. propter verbum, quod sequitur: βλεπόμενα. In edit. Rig. omissum erat. Cod. B. κατὰ φύσιν, quod si h. l. Artemidorus scripserit, ut et L. IV. c. 3.: necessario τὰ ante κατὰ φύσιν adiiciendum erit. Τὰ κατὰ φύσιν autem melius responderet paullo post verbis: τὰ κατὰ τὸ ἔθος.

5) τὸ ἄκουσιν) Pro ἄκουσιν Rigaltius ἀκούσιον coniicit; propius ad literarum vestigia ἀκούειν, quod mihi aliquando in mentem venit. Ut enim divites non obtemperare amant, sic etiam ii, qui sacra mystica tractant, serenos abhorrent dies nostesque astris illuminatas, etc. Huic tamen coniecturae nihil tribuo, et aliis me acutioribus hunc locum emendandum relinquo.

6) ἐπιμιξίαις) Sic ponendum est tertio casu. In Rigaltii editione falso impressum erat: ἐπιμιξίας.

7) πάντως) Legebatur: πάντων. Nos Reiskii lectionem sequendam putavimus. Nam sic coniungit πάντως cum καθολικὸς Noster etiam infra L. IV. c. 3. item de elementis loquens: Μέμνησο δὲ, ὅτι οὐ πάντως καθολικὸς οὗτος ὁ λόγος.

8) ὅ, τι ἂν) Hanc veram scripturam dedimus ex Codice B. Atque ita iam Rigalt. et Reisk. voluere. In Edd. et Cod. A. scriptum erat: ὅταν.

9) τὸ μὴ) Quae verba quum per *quominus* interpretanda sunt, cum infinito modo construuntur, graecismus notissimus; quem tamen in nulladum, quod sciam, Grammatica indicatum inveni. Solent autem Graeci τὸ μὴ significatu: *quōminus*, post verba quaedam ponere, ut nostrum διαφεύγειν, ἐπιλύεσθαι, οἷόν τε εἶναι, παριέναι, ἰδεῖν, ἀνέχεσθαι, ἐμποδὼν, κωλύειν, παραιτεῖσθαι, ὑπεκτρεπεσθαι, ἀπεικὸς et al.

10) τινος) Reisk. τι legi voluit. Quo nihil opus. Aut enim illud τινος construendo iungendum est cum seq. εἶναι, quod cum gignendi casu pronominum constructum usurpatur pro: in alicuius hominis aut rei potestate esse, dependere ab aliquo aut aliqua re, pertinere ad aliquem aut aliquid. Aut, si malis, ad τινος supplendum est ἴδιον, ut Artemidorus ipse. infra L. IV. c. 3. id addit: ἐάν τι λέγῃ τις παρ' αὐτὰ τὰ ἐξ στοιχεῖα, — τινὸς τούτων ἴδιον ἐρεῖ, —.

11) ἀναδέξασθαι) Legebatur: ἅμα δέξασθαι. Sed cum Reiskio scribendum esse: ἀναδέξασθαι, sententia postulat.

Cap. IV.

1) οἷον) Inserui ex Cod. B. Artemidorus enim id saepissime usurpat.

2) ἀράμενος — προτεθειμένον) Ita quin hunc locum, fausta et favente Critice, recte restituerit Casaubonus, nemo dubitare poterit. Certe non ἐκ τῆς οἰκείας cum Reiskio legendum est, ut subaudiatur γῆς vel πατρίδος; nam de patria paullo post demum coniector loquitur. At hoc loco de domo narratur. Antea hic locus ita sonabat: ἀράμενος ἐκ τῆς οἰκείας διανοίας προτεθειμένον. Pro ἀράμενος Cod. B habet: διαπεραιούμενος.

3) τούτῳ) Hoc uncinis a me inclusum est, ut suspectum ac superfluum, quia quod antecedit: αὐτῷ, iam sufficit; nisi forte Artemidorus scripsit: τοῦτο μὲν μεταστῆναι —, et post: τοῦτο δὲ καὶ μάλιστα —. Sic enim infra: ἐπέβη αὐτῷ, τοῦτο μὲν —, τοῦτο δὲ —.

4) οἰκείας) Ita h. l. scribendum, non οἰκίας, ut antea legebatur. Opponitur enim postea: ἐν ξένῃ. Sic etiam οἰκίαν ante κατῆρεν mutavi in οἰκείαν.

5) οἷον) Adieci ex Cod. B.

6) ἀπολωλεκέναι) Ita habet Cod. B, ut et Reisk. iam correxit. Antea perperam legebatur: ἀπολωλέναι. Hoc enim ἀμεταβάτως dicitur pro φθαρῆναι. Contra illud ἀπολωλεκέναι, quod active sumitur, sententia postulat.

7) δημοσίων ἀδικημάτων) δημοσίων ἀδικημάτων δίκη occurrit apud Pollucem quoque L. VI. c. 36. §. 154. et Hermogen. de Invent. Tom. II. cap. περὶ Δημοσίων Ἀδικημάτων, ad quem vide etiam commentatores. Cornarius male vertit: *ob publica delicta.*

8) ἄτιμός — ἀναρτήσας ἑαυτὸν) Euripid. Hel. v. 306. seq., Virgil. Aeneid. XII. v. 603. ibiq. Serv.. Mense Februario defunctorum manibus parentabant; et ad epulas illas propinquorum animae invitabantur, illorumque nomina ciebantur, ut loquitur Ausonius penult. carm. Professorum, ubi de primis inferiis agit:

Grammatici in studio, vel Rhetoris; aut in utroque,
Quos memorasse mihi morte obita satis est.
Viventum inlecebra est laudatio: Nomina tantum
Voce ciere suis sufficiet tumulis.

Unde recte ait Artemidorus memoriam eius, qui laqueo vitam sibi abrupisset, ita damnatam et tanta ignominia afflictam fuisse, ut ne in parentationibus quidem inter ceteros propinquos nominaretur. Nam eius, qui deformi eo leto sese polluerat, nomen propinqui praeteribant.

9) μηδὲ ἀποθανών) Pro μὴ δὲ coniunctim scripsi: μηδὲ —, *ne mortuus quidem.*

10) οἷον) Insertum est ex Cod. B.

11) ἐπώνυμον) Ita Ald. et Cod. A. In Rig. ed. perperam: ἐπώγυμον.

12) αὐτῷ) Hoc Cod. B. dat.

13) ξενοδοχεῖον κάμηλος καλουμ.) Pro κάμηλον scripsi: κάμηλος. Haec verba sumenda sunt casu nominativo; supplendum enim est: ἐδήλου. Etiam paullo post ante μέσους correxi κάμηλος pro κάμηλον.

14) —, ἐτύμως —) Sic scribendum atque interpungendum; non: σκελοῖν, τὸ ὕψος ἑτοίμως κεκλημένος. κάμηλος οἱονεὶ κάμμ. etc. Ceterum idem cameli etymon invenitur etiam apud Horapoll. L. II. c. 100.: Ἄνθρωπον ὀκνοῦντα τὴν διὰ τῶν ποδῶν κίνησιν ποιεῖσθαι βουλόμενοι σημῆναι, κάμηλον γράφουσιν. ἐκείνη γὰρ μόνη τῶν ἄλλων ζώων τὸν μηρὸν κάμπτει. Διὸ καὶ κάμηλος οἱονεὶ κάμμηρος λέγεται. et Etymolog. M. s. v. Κάμηλος: — ἐτυμολογεῖται δὲ καὶ παρὰ τὸ κάμπτειν τοὺς μηροὺς ἐν τῷ καθέζεσθαι, κάμηρός τις οὖσα καὶ κάμηλος. Praeterea si quis de huius nominis origine plura legere velit: adeat Sam. Bochart. Hierozoic. L. II. c. 1.: De Cameli nomine.

15) ἐκφύσα) Fortasse legendum est aut ἐκφυᾶς aut ἐκφύσασα.

16) λογιστὴς: τ. ἐξαρ.) Comma post ἐξαρίθμησιν delevi. Nam verba: τὴν ἐξαρ., cum iis, quae sequuntur, artissime cohaerent. Quare post λογιστὴς colo interpunxi.

Cap. V.

1) Περὶ τοῦ εἰδικοῦ) Ita in Edd. et Cod. A. Nos dedimus ex Cod. B: περὶ τρόπου εἰδικοῦ, quod melius scribi videbatur; sic enim etiam caput, quod proxime antecedit, habet titulum: περὶ τρόπου γενικοῦ. Ceterum τρόπου addit Artemidorus etiam L. IV. c. 21. ubi hunc nostrum locum respicit.

2) ἀσηπτου) Sic Cod. A. Antea perperam: ἀσύπτου.

3) ἢ Κύκλωπα — αὐτοῦ, ἢ —) Scriptum erat atque interpunctatum: ἢ Κύκλωπα ἰδεῖν. ἢ τὸ ἄντρον αὐτοῦ παραλελύσθαι, ἢ νοσεῖν, etc. Eodem modo Cornarius male interpretatus est: *aut Cyclopem videre, aut antrum ipsius resolutum esse, aut aegrotare*, etc. Sed nostram interpunctionem esse veram, quisque videt. Etiam Iacob. de Rhoer nobis congruit ita in Otio Daventriensi cap. 14. scribens: *Male interpunctatus hic locus, quod etiam interpretem fefellit. Divere non voluit, malum esse Cyclopis antrum resolutum videre, sed videre Cyclopem, vel antrum eius. Punctum itaque poni debet post ἄντρον* (scribe αὐτοῦ). *Illa quae tum sequuntur sunt coniungenda.* Παραλελύσθαι ἢ νοσεῖν. *Prius illud est paralysi solvi. Eodem sensu iuncta haec habemus infra libro 5. num. 51.: ἐνόσησε καὶ παρελύθη. aegrotavit et paralysi resolutus est.* Ceterum illud ἢ ante παραλελύσθαι de meo addere ausus sum necessarium putans, pro-

ptercа quod nostro in loco ante reliquas quoque propositiunculas particula ἢ repetitur.

4) προθεσμίαν) De h. v. conf. Lucian. Ver. Hist. L. I. c. 37. Elsner. ad Galat. IV. 2. Cydonii Libell. de contemnenda morte cap. 22. et praesertim D'Orvill. ad Charit. pag. 245.

5) κερανοῦσθαι — γάμον προσημαίνουσι.) Totus hic locus in Cod. A et in utraque editione ita legitur: Κερανυσθαι δοκεῖν πένητα ὄντα καὶ δοῦλον, ἢ μέλλοντα πλεῖν, ἢ μονομαχεῖν, ἀγαθόν. τούτων γὰρ ὁ μὲν, πλοῦτον, ὁ δὲ, ἐλευθερίαν, ἢ πλεῖν, οὔριον ἕξει. οἱ δὲ, γάμου προσημαίνουσι. In Cod. B autem hoc modo: Κεραυνοῦσθαι δοκεῖν πένητα ὄντα, ἢ στρατεύεσθαι δοῦλον ὄντα, ἢ μέλλοντα πλεῖν ἢ μονομαχεῖν, ἄτοπον· τούτων γὰρ τῷ μὲν πλοῦτον, τῷ δὲ, ἐλευθερίαν, τῷ δὲ πλοῦν οὔριον ἕξει. τῷ δὲ, γάμον προσημαίνουσι. Ex ambabus his lectionibus nostram effinximus. Sic enim iam non restare videtur difficultas quaedam, sed haec verba omnia inter se bene cohaerent. Cornarius quoque mecum consentit postrema verba vertendo ita exprimens: *Ex his enim primus divitias, alter libertatem assequetur, tertius ventum secundum habebit. Quarto autem nuptiae portendantur.*

Cap. VI.

1) μεριμνηματικὰ — λέγεται) Repetit eandem observationem Noster infra L. IV. c. 3.

2) οὐχ ὡς Ἀριστοτέλης) Illud οὐχ ante ὡς, ut infra particulae ἀλλὰ responderet, ex coniectura inserui. Eodem tamen modo, ut nunc ipsum lego, iam Henr. Valesius ad Ammian. Marcellin. L. XIV. pag. 29. emendavit.

3) θεόπεμπτα — ἀπροσδόκητα καλοῦσιν) Hanc eandem observationem Coniector repetit infra L. IV. c. 4. Subita igitur omnia, coelo (a Diis) demissa credebant Veteres et inopinata. Hinc Tertull. Apologet. c. 10.: *ex consuetu-*

suetudine humana, qua ignoti vel ex inopinato apparentes de coelo supervenisse dicuntur. Proinde Saturno repentino ubique contigit coelitem dici. atq. etiam plures locos prolatos invenies apud Desid. Herald. ad Arnob. adv. G. L. III. p. 114. ed. L. B. et D'Orvill. ad Charit. p. 133.

Cap. VII.

1) Περὶ καιρῶν) Eadem de re egit Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. L. II. c. 37.: οἱ γοῦν ἐξηγηταὶ τῶν ὄψεων, οὓς ὀνειροπόλους οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν, οὐδ' ἂν ὑποκρίναιντο ὄψιν οὐδενὶ οὐδεμίαν, μὴ πρότερον ἐρόμενοι τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ εἶδεν. ἂν μὲν γὰρ ἑῴος ᾖ, καὶ τοῦ περὶ τὸν ὄρθρον ὕπνου, ξυμβάλλονται αὐτήν, ὡς ὑγιῶς μαιτευομένης τῆς ψυχῆς, ἐπειδὴ ἀπεβρύψηται τὸν οἶνον. εἰ δ' ἀμφὶ πρῶτον ὕπνον, ἢ μέσας νύκτας, ὅτε βεβύθισταί τε καὶ ξυντεθόλωται ἔτι ὑπὸ τοῦ οἴνου, παραιτοῦνται τὴν ὑπόκρισιν, σοφοὶ ὄντες.

2) μηδὲν) Ita cum Rigaltio et Reiskio correximus pro μὴ δεῖν.

3) ἑσπέραν) Editum erat: ἑσπέρας. Cum Reiskio scripsi: ἑσπέραν. Dicitur enim non ἡ δείλη ἑστέρας, sed ἡ δείλη ἑσπέρα.

4) πρὸς αὐτῇ τῇ ἕῳ) Commodissimum igitur illud tempus matutinum, quo sole oriente sanguis purior est, excitatior, sincerior. Hinc Ovid. ep. Heroid. Hero Leandro. ep. XVIII. v. 195. sq.:

Namque sub Auroram, iam dormitante lucerna,
Somnia quo cerni tempore vera solent.

Nam in prima noctis parte, aut nullae se offerunt somniorum imagines, aut sane confusae, nullam referentes certam figuram, ut in fonte aut fluvio a ventis turbato, nulla imago certa conspicitur. Etenim copiosa evapora-

tio exhalans e culina, et caput penetrans, facultati imaginativae est inimica. Quare non absurde Artemidorus: Nihil discriminis facit tempus, dies, nox, sed cibus moderatus et immoderatus.

Cap. VIII.

1) οὐδὲν — ἄθεον) Diodor. Sic. L. II. c. 7.: ὀλίγοι δὲ τῶν Αἰθιόπων καθόλου θεοὺς οὐ νομίζουσι εἶναι. Hic quae narrantur, Atlantes spectant, de quibus vide Herodot. IV. c. 184.

2) ἡττᾶσθαι γυναικῶν) Quibus aliquid generosi sanguinis inest, non solum Venerem aversantur, sed si quibusdam femineis illecebris ac pellaciis decipiantur, eos in ipso certaminis limine superari pudet. Sic Leander in Musaeo vers. 97.:

— — Αἰδὼς δέ μιν εἶχεν ἁλῶναι.

3) οἷον) Ex Cod. B in textum recepi.

4) στίζονται —) Haec verba Cornarius male vertit: *apud Thracas generosi pueri flagris caesi signantur;* debuerat: *stigmate notantur, notis compunguntur.* Compungebantur autem non pueri solum generosi, sed etiam mulieres nobilissimae apud Thracas. Nam quo nobilior mulier est ac clariori familia prognata, eo pluribus magisque versicoloribus se notis compungit, ut scribit Dio Chrysostom. Orat. XIV. de Servitute. His tamen notis inustas fuisse a viris Thracum mulieres ob caedem Orphei canit Phanocles Lesbius apud Stobaeum Serm. 185.:

Ποινὰς δ' Ὀρφῆϊ κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
Εἰζέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Ceterum de illo Thracum more loquitur etiam Herodot. L. V. c. 6.: καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι, εὐγενὲς κέκριται· τὸ δ' ἄστικτον, ἀγενές. et qui etiam plura legere cupit, conferat Io. Rhodium in Scribon. Larg. Composit. Med. pag.

308. — 312., ubi locupletissime non de Thracibus solum, sed etiam de aliis gentibus, quibus ille mos erat, agitur. Vide etiam, si lubet, de Gelonis: Claudian. in Ruffin. L. I. v. 313.; de Aethiopibus: Sexti Empirici Pyrrhon. Hypotypos. L. I. c. 14. et Ios. Scaliger. VII. de Emendat. Tempor. p. 682.; de Sarmat. atq. Aegyptiis: Sext. Empir. Pyrrh. Hyp. L. III. c. 24.; de Veteribus Britannis: Heredian. L. III. c. 47., Tertullian. de Virginibus Velandis c. 10. et Lucam de Linda in Descript. Orbis pag. 460.

5) Γέταις —) Pro Γέταις Cod. B habet: Γάλλοις. Praetulimus vulgatam. Thracum enim finitimi fuerunt Getae, non Galli: ut omnibus notum. Stigmatibus autem pungi vel inuri solites servos, fugitivos aut sceleris reos etiam a Romanis Graecisque notum ex iis, quae collegere Lipsius II. 15. Elector., et Io. Rhodius ad Scribon. Larg. p. 308. seq.

6) Μόσσυνες —) Mossyni inter Ponticos populos numerantur etiam a Plinio VI. c. 4. et ab Hesychio s. v. Μοσσυνοίκια. Iidem etiam Mosynoeci appellantur. Plinius l. c., Pompon. Mela I. c. 19. et Scylax Caryandens. Peripl. ed. Hudson. T. I. p. 35. eos Tibarenis proxime iungunt. De hoc vero more Mossynorum conf.: Apollon. Rhod. Argon. II. v. 1022. — 26., Pompon. Mel. I. c. et Diodor. Sicul. L. XIV. §. 30. Ceterum morem, quo publice ad lubitum coëunt mulieribusque permiscentur, tradunt etiam de Indis: Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. L. I. c. 14. et L. III. c. 24.; de Massagetis: Strabo L. XI. pag. 513. ed Casaub. et Zenobius Centur. V. Prov. 25.; de veteribus Britannis: Iul. Caes. de B. G. L. V. c. 14.; de Taprobanitis: Diodor. Sic. L. II. §. 58.; de Ichthyophagis et Hylophagis: idem Diodor. Sic. L. III. §. 17. et §. 24.; de aliis Eusebius plur. loc..

7) Σύρων —.) Diodor. Sic. L. II. c. 4.: Κατὰ τὴν Συρίαν τείνων ἐστὶ πόλις Ἀσκάλων, καὶ ταύτης οὐκ ἄποθεν λίμνη μεγάλη καὶ βαθεῖα, πλήρης ἰχθύων. Παρὰ δὲ ταύτην ὑπάρχει τέμενος θεᾶς ἐπιφανοῦς, ἣν ὀνομάζουσιν οἱ Σύροι Δερκετοῦν. Αὕτη δὲ τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικὸς, τὸ δ' ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος, διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Μυθολογοῦσιν οἱ λογιώτατοι τῶν ἐγχωρίων τὴν Ἀφροδίτην πρασκόψασαν τῇ προειρημένῃ θεᾷ, ὕπνου ἐμβαλεῖν ἔρωτα νεανίσκου τινὸς τῶν θυόντων οὐκ ἀειδοῦς. Τὴν δὲ Δερκετοῦν μιγεῖσαν τῷ Σύρῳ, γεννῆσαι μὲν θυγατέρα, καταισχυνθεῖσαν δὲ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, τὸν μὲν νεανίσκον ἀφανίσαι, τὸ δὲ παιδίον εἰς τινας ἐρήμους καὶ πετρώδεις τόπους ἐκθεῖναι· ἐν οἷς πολλοῦ πλήθους περιστερῶν ἐννοσσεύειν εἰωθότος, παραδόξως τροφῆς καὶ σωτηρίας τυχεῖν τὸ βρέφος· ἑαυτὴν δὲ διὰ τὴν αἰσχύνην καὶ λύπην ῥίψασαν εἰς τὴν λίμνην, μετασχηματισθῆναι τὸν τοῦ σώματος τύπον εἰς ἰχθῦν. Διὸ καὶ τοὺς Σύρους μέχρι τοῦ νῦν ἀπέχεσθαι τούτου τοῦ ζῴου καὶ τιμᾶν τοὺς ἰχθῦς ὡς θεούς. Quin autem propter hanc fabulam piscibus abstinerent Syri, plane non dubium videtur. Nam etsi Ἀστάρτη nostro in loco nominatur: videtur tamen Artemidorus illam Derceto cum Astarte confudisse, ut iam Eckhel in Doctrina Num. Vet. P. I. Vol. III. p. 445. bene notavit. Notum est enim Graecos Ἀστάρτην saepe confudisse cum Atargati seu Derceto. Etenim Ἀστάρτη est Dea Sidoniorum peculiaris, quam alii Lunam, alii Venerem, alii Deûm Matrem esse voluerunt, alii eandem cum Coelesti Carthaginensium, quae nihil de piscis effigie habebat. Ἀταργάτις sive Δερκετὼ sub piscis forma colebatur ab Ioppensibus, ut Plinius V. c. 25. dicit. Ioppe autem urbs Phoenices, quam intelligit Lucian. L. de Syr. Dea c. 14. ubi ἐν Φοινίκῃ simulacrum huius Deae sibi visum esse refert. Diversa porro ab his Syria Dea, quae peculiare numen fuit Hierapolitanorum et solam mulieris speciem exhibuit. Haec eadem Strabonis L. XVI. de Hierapoli sic scribentis: ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀταργάτιν,

Sed multi auctores haec tria confundunt numina: Ἀταργάτιν s. Δερκετοῦν, Ἀστάρτην et τὴν Συρίαν θεὸν, quae prorsum distinguenda sunt. Nihil enim commune habebant, nec in nomine, nec in figura, nec in insignibus. —. Artemidorus dicit: *omnes exceptis Syris* —. Sed etiam apud Aegyptios, teste Luciano de Syr. Dea c. 14., fuerunt nonnulli, qui pisces non ederent. Id Herodot. L. II. c. 37. de Sacerdotibus Aegyptiis tradidit, quippe qui, ut arbitror, a piscibus abstinebant propterea, quod hic cibus Venerem stimulat atque excitat. Pythagorici etiam a piscibus abstinebant, vel quia alienae gentis, ut aiunt, sunt, vel quia non sunt malefici, quare piscium nullum immolabant, et a piscibus nemo Deorum nomen habuit. Plato in Legibus marinam venationem adolescentibus interdixit: nulla enim roboris exercitatio, nulla sapientiae meditatio paratur congricidae, mullicidae.

8) Θηρία — Αἰγ. — σέβουσιν.) De Brutorum cultu apud Aegyptios vide praeter multos locos, qui in Libris Sacris occurrunt, etiam Plin. L. XXX. c. 11., Aelian. de Anim. L. X. c. 15., Diogen. Laert. L. I. segm. 10., Clem. Alexandr. Paedagog. L. III. c. 2., Pompon. Mel. L. I. c. 9., Cic. de N. D. L. III. c. 15., Cornel. Tacit. Hist. L. V. c. 5., Lactantii Divin. Institut. Lib. V. de Iustitia. c. 21. T. I. pag. 417. edit. du Fresné, Eusceb. Praepar. Evang. L. II. p. 49. ed. Viger. et al.

9) μέντοι τὰ αὐτά.) Deerant verba: τὰ αὐτά. Nos ea addidimus ex Cod. B. Nam alioquin non omnes Aegyptios animalia coluisse falso dictum esset. Colebant quidem Aegyptii non omnes eadem; ut intelligi potest ex Herodot. L. II. c. 71. et al.: sed nonnulla ab omnibus colebantur; cf. Diodor. Sic. L. I. c. 21. et Strab. L. XVII. et al.

10) γύπας —) Conf. Aldrovandi Ornitholog. L. III. c. 1. et Conr. Gesneri Histor. avium s. h. ave.

11) δ' ἔτι) Haec verba adiecta sunt ex Cod. B.

12) Ταύροις — ἀγωνίζονται —.) Hac de re cf. Ant. Murator. Nov. Thes. Inscript. T. I. et quidem ibi Iosephi Bimardi Dissertat. I. p. 11. et 12., Harduin. ad Plin. H. N. L. VIII. c. 70., Commentatores ad Sueton. Tib. Claud. C. c. 21., Salmas. in Trebell. Poll. p. 286., Edm. Chishull. Antiqq. Asiat. p. 90. — 95. et al.

13) Κοῦροι — ἐνιαυτῶν) Versum hunc sumsisse videtur Artemidorus ex aliquo poëta, qui morem illum canebat.

14) δεῖ διαλαμβάνειν πάντων, εἴτι —) Pro διαλαμβάνει, quod antea erat, scripsimus: διαλαμβάνειν. Cod. B. dat: ἴδια δεῖ διαλαμβάνειν· εἴτι —.

Cap. IX.

1) ὑποκρινομένῳ) De Somniorum coniectoribus hanc vocem usurpat etiam Philostrat. Vit. Apoll. Tyan. L. II. c. 37.

Cap. X.

1) αὐξανομ. — ἀλλοιουμένων εἰς μορφήν —) Sic dat Cod. B. Editum erat: αὐξομένων εἰς μορφήν —. Quem locum iam tentavere Iac. de Rhoer et Eric. Hubert. van Eldik. Prior enim in Otio Daventriensi c. 14. haec scribit: καὶ αὐξομένων — ὕλην. *Praecesserat statim* προειρημένων τε καὶ *etc. quum itaque de illis quae accesserant iam locutus fuerat, quare subiungit* αὐξομένων *etc. Neque etiam illa, quae aliam formam induunt, ut augeantur necesse est. Pro* αὐξομένων *itaque refingendum videtur* ἀλλοιουμένων. *Res clara est e c. 17.* (16. mihi), *ubi eadem habemus:* Νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἐν σώματι μερῶν προειρ. τε, καὶ ἀπογ., εἴτε ἀλλοιουμένων εἴς τε μορφὴν *etc.* Posterior in Suspicionum Specimine

(Zutphaniae 1764. in 4°.) c. 2. p. 13. sic: *Recte mendam animadvertit Clar. de Rhoer Ot. Daventr. legendum ratus*, ἀλλοιουμένων, *propter ea, quae leguntur infra c.* 17.: ἀλλοιουμέναν εἰς — ὕλην. *Hoc quidem loco ad* ΑΛΛΑΣΣΟΜΕΝΩΝ *cum ducant literarum vestigia, nec constet, auctorem eodem vocabulo uti voluisse utrobique, cur repudiaremus? Iulian. Epist.* 18.: Εἰ δέ μοι δέμις ἦν κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιὸν εὐχῇ τὴν ὀρνίθων ΑΛΛΑΞΑΣΘΑΙ φύσιν. — Ἀλλαττόμενον ἐς πλείονας μορφάς. *Lucian. Vit. Auction. initio.* Lectio tamen nostra quin vera sit, nullus dubito.

2) κυνηγεσίας) Pro κυνηγίας iam Reisk. voluit κυνηγεσίας, quod Cod. B confirmat.

3) ἁλιείας) sic cum Reisk. scripsi pro ἁλίας.

Cap. XI.

1) ὅτε μὲν) Particulam μὲν cum Reisk. inserui propter seq.: ὅτε δὲ.

2) τοῖς ἀπόροις, ἐν οἷς ὁράματα — προσλέγον, ποτὲ μὲν —) Hanc lectionem, quam veram putamus, praebet Cod. B. In reliquis libris erat: τοῖς ἀπείροις, ἐν οἷς ὁ γράμματα τινὲ ὁρᾶται διάνοιαν αὐτοτελῆ μὴ ἔχοντα· ἢ ὄνομα ποτὲ μὲν —. Pro ὁ γράμματα iam Reisk. scribi iubet ὁράματα; quod etiam est in Cod. MS. Cantabr., ut Iac. de Rhoer in Otio Daventr. c. 14. testatur: *In Cod. MS. Cantabrigiensi, cuius collationem amicitiae Doct. Friesii debeo, legitur, pro* ὁ γράμματα, ὁράματα. *In margine tamen notatum erat: γρ. γράμματα. Hinc videmus unde illud* ὁ *inrepserit. Eadem de re agit noster infra iterum L. IV. c.* 25.

Cap. XII.

1) τὸν ὑγιᾶ λόγον) Epist. ad Tit. II. v. 8.: Λόγον ὑγιῆ, etc. ad quem loc. vide Wetsten.

2) κἀκεῖνα: ὅσοι) Pro σοι c. Reisk. correxi ὅσοι, propter seq. ὅσοι.

Cap. XIII.

1) αὐτῷ γ. ὁ. κ. πάντα) Conf. N. T. Epist. ad Hebr. II. 17.

2) ἄνωθεν) Cf. Evang. Ioann. III. 3.

3) αὐτὸς) Antea perperam legebatur: αὐτὸ.

4) γεννώμενον; ἢ π.) Ita cum Reiskio legimus ac distinguimus. Antea: γεννώμενον πάλιν etc.

5) οἱ ἀποθν. — τίθενται.) De hoc notissimo ritu vide praeter Nostrum etiam Valer. Max. I. 8., Athen. XI. 1., Desid. Herald. ad Arnob. adv. Gent. L. V. p. 160. ed. L. B., Is. Casaubon. ad Pers. Sat. III. p. 303. — 306., Gisb. Cuperi Obss. L. II. c. 9., Io. Meurs. de Funere. c. 6. et al.

Cap. XIV.

1) ἀφ' αἵματος τὸ βρέφος ἀπ.) Huc Iuvenal. Sat. VII. v. 196.:

— — *modo primos incipientem*
Edere vagitus, et adhuc a matre rubentem.

Atque hi recens nati infantes sive infantes a sanguine a Iurisconsultis sanguinolenti nominantur: extatque in Codice Theodos. Lib. III. Titulus de his, qui sanguinolentos emptos, vel nutriendos acceperint.

Cap. XV.

1) ἐπεὶ μηδὲ) Libri divise habebant: μὴ δὲ. Sed evidentiorem sensum efficit coniuncta scriptura μηδὲ. Cod. B dat: ἐπειδὴ οὐδὲ.

2) Ἡ — χρόνον) Cod. B. offert: ἢ ἥδεται ἢ λυπεῖται περὶ πάντα. In Edd. et Cod. A hic Eveni versus sic sonabat:

ὡς υἱοὺς ἡ λύπη, παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Desider. Heraldus ad Arnob. adv. Gent. L. I. p. 3. ed. L. B. emendare volens cum hunc in modum pervertit:

Ἦ ὕϊς, ἡὲ λύκος παῖς π. π. χρ.

Iac. Tollius Fortuit. cap. XI. coniicit:

ὡς υἱὸς ἢ λύπη παῖς π. π. χρ.

Is. Casaubonus, teste Rigaltio, sic emendabat:

Εἶδεν, ὅση λύπη παῖς π. π. χρ.

Alio modo etiam apud Hermiam Comment. MSS. in Platonis Phaedrum hic Eveni versus reperitur:

Φόβος ἡ λύπη παῖς π. π. βίον.

Porro in Anthologia Gr. (ed. Iacobs. T. I. p. 97.) et quidem ante hunc editorem ita:

Ἴδεθ' ὅση λύπη παῖς π. π. χρ.

Plutarch. de Amore Prol. cap. 4. ante Wyttenbach.:

Ἴδε, ὅση λύπη παῖς π. π. χρ.

Sed Wyttenbachius exhibuit veram lectionem, servatam in Codice Mediceo Artemidori, proditam a Ruhnkenio ad Rutil. Lup. p. 39.: Ἦ δέος, ἡ λύπη παῖς π. π. χρ., quam sequuti sumus.

3) ἐπιτρέχῃ) Ita correximus propter antecedens ὅταν. Edebatur: ἐπιτρέχει.

Cap. XVI.

1) λαμβάνειν) Pro λαμβάνει, ut antea erat, cum Reiskio scripsimus λαμβάνειν, quod etiam Cod. B dat.

2) προεπισωρεύσει) Legebatur: προεπισωρεύσει. Nos Reiskii lectionem sequimur, cui assentitur Interpres: *superaccumulat*. Et paullo post pro πρὸς τὸ scripsi: πρὸς τῷ, sensu postulante.

3) καὶ μὲν δὴ καὶ) Pro μὲν legi vult Reisk. μὴν. At haec verba perbene habent et significant: Quin etiam. cf. Hoogeveen. de Partic. Gr. pag. 398. ed. Schütz.

4) δύνωνται) Sic legimus propter antecedens ὅταν. Libri habebant: δύνανται.

5) χρῆσθαι . . . . . χρῶνται.) Lectionem hanc, quam Cod. B exhibet, meliorem esse puto quam vulgatam: χρῆσθαι, γάλακτι χρῶνται.

6) ἀποτεκεῖν) Ita cum Cod. A scribendum est pro ἐποτοκεῖν. Ceterum de verbo, quod antecedit: τελεσφορῆσαι, confer Gilb. Wakefield Silv. Critic. P. V. p. 153. ad Iacob. C. V. v. 15.

7) ὡς δύνασθαι) Sic habent Aldus et uterque Codex. In Rigaltii editione est: ὡς δύναται. Et pro eo, quod sequitur: θρέψαι, Cod. B offert τρέφειν.

8) σωμασκοῦντι) Editum erat: σώματι ἀσκοῦντι. Cod. B: σῶμα ἀσκοῦντι, quae uno vocabulo scripta integram exhibent lectionem: σωμασκοῦντι; ut et infra cap. 50.: σωμασκοῦσι.

9) μόνος ἀνεθρ.) Illud μόνος inserui ex Cod. B propter vim orationis.

10) περὶ — σώματι) Sic pro περὶ τῶν ἐν τῷ σώματι Cod. B dedit. Ac sic etiam supra legitur cap. 10.: περὶ σώματος καὶ τῶν ἐν τῷ σώματι.

11) — παραιτησάμενος — δυσχεραίνοντας.) Cod. A et Aldus habent: μικρὰ δὲ παραστήσομαι τοὺς ἐπὶ λεπτὸν διαιρουμένοις δυσχεραίνοντας. Eodem modo Rigaltius edidit, tantum verbo διαιρουμένοις in διαιρουμένους mutato. Contra in Cod. B legitur: μικρὰ παραιτησάμενος τοῖς ἐπὶ λέπτον πρὸς ὀλίγον διαιρουμένοις δυσχεραίνοντας. Ex his veram lectionem restituisse videor. Nec tamen illud διαιρουμένους, quod Rigaltius habet, plane reiiciendum est; quum proprie cum accusativo ἀττικῶς verbum δυσχεραίνειν iungatur; κοινῶς autem cum dativo.

Cap. XVII.

1) ἢ στροφίου) In Cod. A et Ald. perperam: ἢ τροφίου. Cornarius male vertit: *aut fascia.* Debuerat: *aut infula.* Praeterea asteriscum ante haec verba sustuli.

2) χρημάτων ἐπίκτησιν) Haec verba dedimus ex Cod. B. Antea legebatur: κτημάτων κτῆσιν, minus apte.

Cap. XVIII.

1) — μάλιστα γυναικί.) Bene. Καὶ γὰρ, ut Biseti (in Schol. ad Aristophan. Vesp. v. 474.) verbis loquar, κατὰ τὸν φωκυλίδην τὸ τὴν κόμην καὶ τρίχας τρέφειν τοῖς ἀνδράσιν οὐ καλόν:

Μὴ μὲν ἔτ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμίδος,
Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μήδ' ἄμματα λοξὰ καρύμβων.
Ἄρσεσιν οὐκ ἐτέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξίν.

Quam opinionem respicit etiam Paulus ep. I. ad Corinth. cap. XI. v. 14. et 15.

2) ἀλλοτρίαις — χρῶνται.) Solebant iam antiquissimis temporibus mulieres capiti adulterinos crines adponere. Ut Pallas apud Ovid. Metam. VI. v. 26. De comis autem adscititiis omnino confer Clem. Alexandr. Paed. L. II. c. 11., Ovid. Art. Am. L. III. v. 165., Apulei. Metam. L. XI. p. 769. ed. Oudend., Firmic. Astron. L. VIII. c. 7., Iuvenal. Sat. VI. v. 500., Sueton. Caligul. c. 11., Petron. Sat. c. 110. Ceterum qui hac de re etiam plura scire cupit, legat Friderici Nicolai Librum sic inscriptum: *Ueber den Gebrauch der falschen Haare und Perrucken in alten und neuern Zeiten; eine historische Untersuchung. Mit* 66 *Kupferstichen. Berlin und Stettin* 1801. 8. maiori.

3) σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ ἱερεῖ,) Deerant verba καὶ ἱερεῖ in edit. Rigalt. A me ex Codd. MSS. et Aldo adiecta sunt. Nam sacerdotibus quoque, (excipe Aegyptios!) morem fuisse comam barbamque pascendi vel pueris notum est. Contra deest ἀνδρὶ in Cod. B.

4) περὶ τὸν Δ.) Articulum τὸν cum Reiskio adscripsi.

5) Τούτων — ἐπιτρέπει.) In Cod. A et utraque ed. legitur: τούτων γὰρ οἷς μὲν ἔθος ἐστὶ κομᾶν, ἀγαθόν. ἐπειδὴ τὸ ἐπιτήδευμα κομᾶν ἐπιτρέπει. Cod. B autem sic: τούτοις γὰρ οἷς μὲν ἐστὶ θεὸς κοσμεῖν. οἷς δὲ τὸ ἐπιτήδευμα κοσμεῖ ἂν ἐπιτρέπει. Ex quibus duabus nostram conformare lectionem ausi sumus, verbis, quae praecedunt, iubentibus.

Cap. XX.

1) Καὶ τοῖς εὖ γεγονόσι δούλ.) Iac. de Rhoer in Otio Daventriensi c. 14. hunc locum ita emendavit: *Cornarius dedit: et servis legitimis et domi nostrae natis vincula addit. Parum recte. Et sane offendere aliquem potest, quod* εὖ γεγονότας *dicat servos, hoc enim ingenuis proprium est. Erat itaque cum levi admodum mutatione legendum putarem:* καὶ τοῖς εὐνοοῦσι δούλοις δεσμὰ etc. Εὔνοια *saepe tribuitur servis. Menand. Fragm. v. 203.:* ὅταν τύχῃ τις εὐνοοῦντος οἰκέτου. *Quando quis benevolum servum nactus est. nisi prudentem vertere malis. qua de re Cl. Alberti ad Matth. c. V, 25.* εὔνουν θεράπαιναν *dixit noster etiam L. III, 54.* καὶ τῷ θεράπαιναν ὠνήσασθαι βουλομένῳ, εὔνουν ἔσεσθαι τὴν θεράπαιναν προαγορεύει. *Et ei qui famulam emere vult, benevolam ancillam fore praedicit.* μετ' εὐνοίας δουλεύειν *suadet S. Paulus ad Ephes. c. VI, 7. ubi plura habent interpretes optimi. Posset tamen intelligi de servis, qui bene sunt, cum quibus bene agitur, qui bona conditione fruuntur, idque Amicus praeferebat.* Haec ille. Quid autem? si cum etiam leviori mutatione particulam καὶ de loco ante τοῖς εὖ γ. ante δούλοις transferamus, et puncto post σημαίνει deleto ita legamus: — σημαίνει τοῖς εὖ γεγονόσι, καὶ δούλοις δεσμὰ περιτίθησιν.

2) Ὡς γὰρ — δεσμεύεται) Cornarius male interpretatur: *Ut plurimum enim seta equina ligamenti usum*

praebet. Non ignoro e setis quoque equinis ligamenta, vincula facta esse. Sed melius, ut ego quidem censeo, magisque ad verbum ille locus hoc modo intelligendus est. *Plerumque enim iuba equina, ne diffluat, vincitur ac constringitur.* Unde χρυσάμπυκες ἵπποι Homero. Ἄμπυξ ἐκαλεῖτο, inquit Eustathius ad Iliad. V. v. 358., σεῖρα κατάχρυσος τὰς περὶ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων τρίχας συνδέουσα. Ceterum inter ἱππεία et δεσμεύεται Cod. B vocabulum πᾶσα adiicit. Ergo tota iuba equina vincitur.

Cap. XXI.

1) Ἔριπα — πρόαγ.) Non somniculose hic observat coniector noster, lanas pro capillis habere longos morbos et tabem significare. Nimirum quia illi pileoli in morbo capiti impositi e lana fiebant. Atque hi pileoli a Graecis πιλίδια nominabantur. Plato de Republ. III. p. 622. E. ed. Francof. 1602.: Ἐὰν δέ τις αὐτῷ μακρὰν δίαιταν προστάττῃ, πιλίδιά τε περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθεὶς —. Sed etiam senibus pileolum tribuerunt a pari caussa.

2) καὶ) Hanc particulam non reiicio, sed cum infinitivo, qui sequitur: δοκεῖν, iunctam interpretor ὥστε: ut Cornarius quoque vertendo expressit: *ut ea gratia saepe in capite lanas gestans videatur sibi ipsas agnatas habere.*

3) — ἀπορίαν) Sic dedimus ex Cod. B; quum antea legeretur: ἀτυχίαν. Noster enim et alias πενίαν cum ἀπορίᾳ et πένεσθαι cum ἀπορεῖσθαι iungit. Vide Indic. Tum paullo post Cod. B dat: πᾶν μὲν γάρ, et ceteri libri: ἐξεναντίας γάρ. Utra lectio praeferenda, penes lectorem esto.

4) Αἱ δὲ ψιλότητ. — παρέχουσιν.) Audacia mea in restituendo hoc loco nititur partim auctoritate Codicis B ἀπορίας οὐδὲν pro οὐδενὶ habentis, partim oratione ac sententia posterius ἢ pro καὶ et παρέχουσιν pro παρέχωσιν

postulantibus. Verto igitur sic: *Calvities et inopia inter se nihil differunt; neque propterea quod per defectum caloris fiunt, neque quod in utraque aliquid apprehendendi facultas ademta nobis est.*

5) δεξιὰ μέρη) Hoc μέρη a me ex Cod. B adiectum est. Ceteri libri id non habebant.

6) καταδίκην) Cum Aldo et Reiskio scripsimus uno vocabulo καταδίκην pro κατὰ δίκην, ut in Rigaltii ed. erat. Ceterum huc faciunt verba D. Cypriani Epist. 77. ad Nemesianum et ceteros martyras in Metallo constitutos: *semitonsi capitis capillus horrescit, sed quum sit caput Christus: qualecunque illud caput deceat necesse est, quod ob Domini insigne est.* Ita olim tondebantur servi ad metalla damnati. Conf. etiam Laur. Pignor. de Servis p. 256.

7) κἀκεῖ) Ita cum utroque Codice et Aldo posuimus pro κἀκεῖν.

8) μὴ πρός — ἂν διαφύγοι) Edd. et Cod. A dant: καὶ πρός τινων βίᾳ κατεχομένῳ. ταῦτα γὰρ ἂν διαφύγοι; Cod. B autem sic: μὴ πρός τινων βίᾳ κατασχεθῇ· ῥᾷστα γὰρ καταφύγοι. Ex his duabus nostram effinximus lectionem meliorem putantes atque h. l. aptiorem. Quorundam populorum consuetudinem fortasse respexit Artemidorus barbam comamque radendi, ut longe tutiores in bello essent, adimereturque hosti facultas in pugna capillum apprehendendi. Sic etiam Lacedaemonii barbam ea de caussa, praeter Graecorum aliorum morem, rasitare et frontes abradere consuerunt: capillum tamen a tergo promitti iusserunt, ut, si fugam meditarentur, insiaret a tergo vinculum, quo capi possent, atque ita prae capturae metu destinatiore animo consisterent, adversique dimicarent. Pollux Euboicos ὀπισθοκόμους vocatos ait, et Hectorem Timaeus ea per terga fusa coma insignem describit, id quod Abantes primos omnium excogitasse

Homerus tradit. Idem Homerus καρηκομόωντας Graecos ea de caussa vocat, ut veteres eius interpretes tradunt, quod moris esset apud Graecos comas nutrire, in signum fortitudinis: Theseaque primum aiunt anteriorem capitis comam Apollini Deliaco dedisse, ne quis eum apprehendere ac tenere posset. Polyaenus enim Strategem. L. I. c. 4. sic narrat: Θησεὺς ἐν ταῖς μάχαις τὰ πρόσθεν τῆς κεφαλῆς ἀπεκείρατο, τῶν τριχῶν τὴν ἀντίληψιν ἀφαιρούμενος. Μετὰ Θησέα ὅσοι Ἕλληνες οὕτως ἐκείροντο. Ἡ κουρὰ Θησηὶς ἐκαλίζετο. Ζηλοῦσι τὴν κουρὰν μάλιστα δὲ Ἑλλήνων Ἄβαντες. Μαρτυρεῖ ἆδων Ὅμηρος (Iliad. II. v. 542.):

— Ἄβαντες ὄπισθεν κομόωντες.

Cap. XXII.

1) ὅλην) Hanc vocem vulgo sequebatur πλὴν, quod cum Reiskio delevi ut h. l. ineptum.

2) γελωτοποιοῖς) subaudi: *Mimis.* Cf. Nicol. Calliach. de Ludis Scenicis etc. cap. 8.

3) τοῖς — ξυρᾶσθαι) De hoc more si quis partim plurimos Veterum locos, partim etiam alia scitu dignissima cognoscere velit: adire licet Diarium, quod inscribitur: *Journal der practischen Heilkunde. Herausgegeben v. C. W. Hufeland. Berlin.* et quidem Vol. XVI. Tom. 3. ann. 1803. ubi a pagina 67. usq. ad p. 122. Doct. Caroli Christiani Matthäi disputatio invenitur, cui titulus hic est: *Ist das Abschneiden des Haupthaares und des Bartes eine der Mode zu überlassende gleichgültige Sache?*

4) — δῆλόν ἐστιν —) Sic pro: ἐπίσης δηλοῖ. ἐστιν —, ut antea legebatur, cum Reiskio distinguimus et legimus.

5) — παραλλαγὴν στοιχ.) Hunc locum citat Petavius in Notis ad Synesii Encom. Calvitii. Sed pro παραλλαγὴν ponit παράλλαξιν.

6) εὐπρεπείας μέλει — μὴ ἀπόροις.) In refingendo hoc loco partim vulgatam sequuti sumus, partim Codicem B. Prior enim sic: μάλιστα μέλει εὐπρεπείας, ἀλύποις τε, καὶ οὐκ ἀπόροις. Posterior autem habet: μάλιστα εὐπρεπείας μέλει οὗτοι κείρονται. μέλει δὲ εὐπρεπείας, τοῖς τε ἀλύτοις, καὶ μὴ ἀπόροις.

7) τῇ ἀνάγκῃ περικείρουσι) Editum erat: ἀνάγκη περικείρεσθαι. Nostram scripturam ex Cod. B dedimus et verbum περικείρουσι quidem propter nominativum, qui praecedit: οἱ — γινόμενοι, articulum τῇ autem, quia hic de singulari necessitate sermo est, qua ii, qui in talibus malis versabantur, se ipsi circumtonderent.

8) τινῶν) Post hoc deest, ut ego arbitror, verbum ὀνυχίζεσθαι.

9) Καὶ γὰρ τὸ ὀνυχ.) Sic antea legebatur. Nos articulum τὸ ante verbum ὀνυχ. reiecimus, idque non immerito, ut quisque videt.

10) ἐμπλέκεσθαι) Sic scribendum erat pro ἐκπλέκεσθαι.

11) τῶν τούτοις ἀκολούθων) Sic ob praepositionem, quae antecedit: περὶ, legendum est; non: τοῖς τούτων ἀκολούθοις, ut antea edebatur.

Cap. XXIII.

1) Τὸ δὲ ἠλκωμένον — δηλοῖ.) Haec verba Cornarius vertendo omisit. Ceterum ἠλκωμένον μέτωπον idem est, quod *frons vulnerata* et *vulnus naturale* Ael. Spartiano in Hadrian. p. 12. edit. Salmas.

2) Χάλκεον δὲ ἢ σιδήρεον etc.) Huc pertinent ea, quae adnotavere Desid. Herald. ad Arnob. adv. Gent. L. IV. p. 150. ed. L. B. et Wetstenius ad Matth. V. 46.

Cap. XXIV.

1) Ὦτα — πλείονα —) Cf. Xenophont. Cyr. L. VIII. p. 144. ed. Bas., ubi Regibus multae aures tribuuntur.

2) τρό-

2) τρόπον — δεῖν) Sic lego cum Cod. B pro τρόπον γάρ τινα δεῖν αὐτῷ.

3) τοῖς ἔμπρ. γεγρ.] Lectio haec ex Cod. B deducta est; antea enim edebatur: τοῖς πρόσθεν γινομένοις.

4) μιστὰ) Ita cum Reiskio correximus pro μετὰ.

5) Μαστιγοῦσθαι — ὦτα —) Huc faciunt verba Virgilii Aen. VIII. v. 582. sq.: *Gravior ne nuntius aures Vulneret.* et Lactant. Divin. Institut. L. VII. de Vita Beata cap. 1.: *vulnerant aures eorum praecepta continentiae, quae illos a voluptatibus suis prohibent, quibus animam suam cum corpore adiudicaverunt.* et Arnob. adv. Gent. L. I. p. 20. ed. L. B.: *Vulneratis accipiunt auribus* —. et Plaut. in Aulular. Act. II. Sc. 1. v. 29. sq.: — *quia mihi misero cerebrum excutiunt Tua verba, soror: lapides loqueris.* —.

6) Μύρμηκας) Ab hoc inchoabat alterum caput Περὶ μυρμήκων inscriptum, quod proxime antecedenti continua serie adscripsi; ut iam Rigaltius voluit.

7) οἱ μύρμηκες) Haec verba ex Cod. B in textum recepi.

8) ἀπογεγαιωμένον) Ita cum D'Orvillio (ad Charit. pag. 480.) et Reiskio edendum curavimus pro ἀπογαιωμένον. Facile enim augmentum operarum culpa excidere potuit. Mox M. Slado (apud D'Orvill. l. c.) praeeunte ἀποθανόντα mutavimus in ἀποθανόντων τόπον.

9) πυρῶν ἀστάχυας) Mutavit nescio quis ἀστάχυας in στάχυας, sed immerito. Cod. B dat πυρούς pro πυρῶν.

10) ἐκλαμβάνειν) Sic Reiskium sequutus posui in contextu. Antea legebatur: ἐλάμβανεν. Certe infinitivus h. l. necessarius videtur, quod ἔδοξεν antecessit.

11) μή) Haec particula non est cum Rigaltio delenda. Firma enim esse debet Philosophorum auscultatio.

12) ἀγρίων ζώων — ὁράσεως παραλέξασθαι.) Totum hunc locum Cod. B ita habet: ἀγρίων ζώων, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἐκ-

λαμβάνειν δεῖ. ὥτα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔχειν κωφὸν σημαίνει γενέσθαι, καὶ τὰ τῆς ἀκοῆς διὰ τῆς ὁράσεως παραδέξασθαι. In ceteris libris sic: ἀγρίων ζώων, ἐτιβουλὴν ἔχειν ἐκ διαβολῆς σημαίνει, καὶ τὰ τῆς ἄλλης ἀκοῆς διὰ τῆς ὁράσεως παραδέξασθαι. ἀκολούθως δὲ περὶ τῶν ἄλλων ζώων κατὰ τὸ εἰκεῖον ἐκλαμβάνειν. Ex utraque autem lectione hunc locum partim transponendo, partim recipiendo, partim reiiciendo emendasse existimamus. Hoc saltem modo, quo nos edidimus, omnia inter se artissime cohaerent.

Cap. XXV.

1) γυναιξίν. — χρίονται τὰς ὀφρύας.) Conf. praeter locos, quos Rigaltius protulit, etiam Athen. L. XI. c. 7. et ad h. l. Casaub., et Petron. Sat. c. 110. eiusque Interpretes. Ceterum non apud Veteres solum mos fuit, ut feminae atramento pingerent supercilia; sed etiam Pet. Bellonii temporibus Graecae et Turcicae mulieres nigro colore supercilia sibi inficiebant, ut ipse narrat in Observatt. L. III. c. 35. Verba autem haec sunt: *Qua ratione feminae sincipitis capillos et supercilia, viri autem senes barbam nigro colore inficiant. Diversa porro ratione fit ea mixtura, etc.* Immo vero hodieque Graecae mulieres faciem et supercilia pingunt, ut legere licet in Epistola XX. Libri anglice scripti, a Bernhardo Reith autem in germanicum sermonem translati additamentisque aucti, cui titulus hic est: *Reise nach Sicilien und Athen, den Inseln des Archipelagus, Smyrna, Konstantinopel und den Küsten von Afrika.*

2) Τοιγάρτοι) Illud Τοιγάρτοι dedi ex Cod. B pro τοῖς γὰρ τοιούτοις, quod non habebat, quo referretur.

3) καὶ ἀηδίας) Vulgo ἰδίας. Reisk. καὶ ἀηδίας coniecit; ac vocabulum ἀηδίας etiam Cod. B dat. Totus autem locus a verbis ψιλαὶ δὲ usq. ad v. ἀλλὰ καὶ in eodem Codice ita legitur: ψιλὰς δὲ δοκεῖν ἔχειν τὰς ὀφρῦς ἀηδίας καὶ.

4) Ἔθος — φιλοῦσθαι.) De hoc more conf. etiam Callimach. Hymn. in Dian. v. 126., Herodian. L. VIII. c. 8., et Petron. Sat. c. 103., ut alios complures iam taceam, qui eius passim mentionem fecerunt. Idem mos obtinet hodieque in Servia, ut narrat Busbequius in Legationibus Turcicis, his verbis: *Neque modo capillos sibi demebant, sed et supercilia.* Aliquando tamen fuit Veteribus et mollitiei specimen. cf. Gell. L. VII. c. 12.

Cap. XXVI.

1) — ἀργυρίου μὲν) Deerat particula μὲν. A me ex Cod. B inserta est propter seq. ἀπραξίαν δὲ.

2) ὀφθαλμοὶ παισίν) Hic *oculi* pro *liberis*. Sic apud Eumathium de Ism. et Ism. Amor. L. VI. p. 213. ed. Caulmini: Πάτερ Ζεῦ, μή μου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψῃς. et Auson. Parental. IV, 26.: *Saucius, ac laevo lumine cassus eras.* et al.

3) οἱ ὀφθαλμοὶ — οἱ γονεῖς.) Heliodor. Aethiop. L. II. p. 85. ed. Bourdelot. sic: Τοῦτο δὲ ὧδε συμβάλλω. Τοῦ προελθεῖν εἰς τὸν τῇδε βίον, καὶ τοῦδε τοῦ φωτὸς μεταλαβεῖν, τοὺς φύσαντας ἴσμεν αἰτίους: ὥστε εἰκότως ἐπὶ πατέρα καὶ μητέρα τὴν ὁμμάτων συζυγίαν, ὡς ἂν φωτεινὴν αἴσθησιν καὶ ὁρατῶν ὕπουργον οἱ ὄνειροι σοφίζονται.

4) οἰκείαν) Ita scripsi pro οἰκίαν. Poscit id contextus verborum.

5) — ἀχθέντα πρῶτον ὑπὸ) Illud πρῶτον dedi ex Cod. B. Primum enim in Italia ibique Puteolis et quidem *primum* ab Antonino Pio in honorem Hadriani illa Εὐσέβεια (scil. ἀγωνίσματα) i. e. Pialia celebrata sunt. De hoc tamen Iselastico certamine et quinquennali eiusque nomine vide Casaubon. et Salmas. ad Spartiani Hadrian. pag. 218. sq., Ios. Scaliger. de Emendat. Temp. L. V. p. 476. sq., Reimar. ad Dion. Cass. L. LXIX. in Hadrian. T. I. p.

1170. et L. LXX. in Antonin. P. T. II. p. 1172., Spanhem. de Usu Num. T. II. pag. 455. sqq. et Inscriptt. et Marmora Antiq. in Poleni Supplem. Vol. II. p. 268., ut alios taceam.

6) δραπέτην διώκων καταλάβοι.) Pro δραπέτην, ut legitur in Codd. MSS., perperam edebant δραπέτην. Tum duo verba, quae statim sequuntur: διώκειν et καταλαβεῖν, iuncta reperiuntur etiam in N. T. epist. ad Rom. IX, 30. et ep. ad Philipp. III, 12., porro ap. Herodot. II, 30. et Lucian. Hermotim. p. 821. ed. Hemsterh.

7) εἰ) Pro οἱ, ut antea in libris, correximus εἰ propter seq. περιέλκοιντο.

8) Ὁ μὲν οὖν δεξιὸς — νεώτερα.) Haec verba Cornarius vertendo non expressit. Certe deletis his verbis omnia inter se optime cohaerent. Praeterea inferius demum de hac re loquitur Coniector. Ea igitur non reieci quidem, quod excepto Interprete ceteri omnes habent, quorum Cod. B pro νεώτερα dat πρὸς τὰ νεώτερα; sed uncinis inclusi.

9) — Ὅμηρος τυφλὸς) Praeter locos a Rigaltio prolatos confer de caecitate Homeri etiam Gerard. Voss. in Institut. Oratoriar. L. I. c. 21. p. 25. in III. Tom. Oper., ubi etiam plures locos invenies.

10) ἐπεστάλη) Sic legit Cod. B: cuius auctoritatem sequutus sic edendum curavi. Nam ceteri libri habent: ἀπεστάλη, quod saltem inusitatissimum hoc significatu. Totum autem hunc locum a verbis: Τούτου δ' πατὴρ, usque ad verba: ἐπεστάλη περὶ τούτου Cod. B sic dat: Τούτῳ δ πατὴρ ἦν ἦδη τυφλὸς, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἐπεστάλη περὶ τούτου.

11) ἢ ἀδελφόν) Post haec verba delevi: ἢ πατέρα, libris omnibus invitis: neque me movit Reiskii auctoritas coniicientis mox post θυγατέρα τὴν νεωτέραν deesse: καὶ μητέρα, ob praemissum: ἢ πατέρα. Quid enim absurdius dici potest, quam?: pater meus senior et iunior, aut

mater mea senior et iunior. Ponere haec pro: pater et avus, aut: mater et avia, potuit Artemidorus; audio: at ostende quaeso locos, ubi Graeci sic loquuntur.

12) ἢ καὶ πλείονας) Deerant haec verba in Cod. A et in utraque edit. A me ex Cod. B. in textum recepta sunt propter ea, quae sequuntur. Mox pro καὶ ἅπαισι, ἐμοίως ἀγαθόν in eodem Cod. legitur: καὶ τῷ κτήσασθαι παῖδα προκρημένῳ, ἀγαθόν.

13) τὸν περὶ Κύκλωπα) Praepositionem περὶ cum Rigaltio inserui.

14) οἱ πολλοὶ) Articulus οἱ superfluus videtur; nam οἱ πολλοὶ ὀφθαλμοὶ significant non: *multi oculi*, sed: *plerique oculi*, *die meisten Augen*, quod tamen Artemidorus dicere nec potuit nec voluit. Dicendum potius erat: *multi*, aut *plures*, aut *plurimi oculi*. Quare illud οἱ delendum puto. Mox post ὡραίῳ pro πονηρόν, ut ego quidem censeo, scribendum est: πονηροί.

15) ἀλλαχοῦ ποι) Sic in Cod. B aptius legitur pro ἀλλαχόσέ ποι, quod in ceteris libris reperitur. Tum pro verbis, quae antecedunt: Ἔτι δὲ καὶ εἴτις, idem Cod. sic dat: εἰ δέ τις.

16) μηδὲ) Pro μὴ δὲ, duabus vocibus, coniunctim scripsi μηδὲ, ut sententia postulat. Paullo post pro προσέχειν δύνηται Cod. B habet προσφέρειν δύναται. Ego nihil muto.

17) συνῴκισε) Per iota hic scribendum est, non: συνῴκησε, ut antea erat. Mox pro τὰ ἥττονα τοῖς κρείττοσιν Cod. B offert: τὰ κρείττονα τοῖς ἥττοσιν, quod fortasse melius.

Cap. XXVII.

1) καὶ μεγάλην) Haec verba desunt in Cod. B. Sed recte habent. Conf., si videtur, Pierii Hierogiyph. L.

XXXIII. c. 26., ubi de naso magno et magna in rebus agendis sagacitate prudentiaque agitur.

2) εὐκισθησίαν) Ita cum Rigaltio et Reiskio correximus pro εὐαισθησιν. Nam paullo post sequitur: ἀναισθησίαν. Nostro cum loco conf. Iablonsky ad Vignolii *Zeitrechnung* L. II. p. 741. et sq.

Cap. XXVIII.

1) — ἰσχνὰς —) Huc pertinent *septem opimae vaccae et septem macie defectae*, quas e flumine ascendentes vidit Rex Aegyptius; et illae *sortes attenuatae*, vel *extenuatae*, apud Livium L. XXI. c. 62.

2) λωβῶνται τ. παρειάς) Huc ἀμφιδρυφοὶ παρειαὶ Homero L. XI. v. 393. Vide tamen Rigaltium ad h. l.

Cap. XXIX.

1) Τὰς δὲ σιαγόνας — ἀποθήκας) Theophrasti Charact. c. 6.: καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν —, ad quem locum Casaubonus videndus est. Huc et Melampus de Palpitationibus pag. 467. ed. Franz.: Σιαγὼν δεξιὰ ἐὰν ἅλληται, ὠφέλειαν δηλοῖ· δούλῳ, οἰκονομίαν πιστευθῆναι· etc.

2) συγγενεῖς. Τοιγ. — ἂν) Sic distinguo cum Reiskio. Editum erat: συγγενεῖς, τοιγαροῦν ὅτι, ἂν.

3) τὰ ἐν ταῖς ἀποθήκαις ἢ) Haec verba pro vulgatis: οὐδὲ ἀπαθῆ, ex Codice B in textum recepi. Sic enim huius capitis finis melius respondere videtur principio. Ceterum totum locum Cod. B sic habet: τὰ ἐν ταῖς ἀποθήκαις, ἢ τοὺς φιλτάτους εἶναι σημαίνει.

Cap. XXX.

1) — φιλοσοφοῦντι) Cf. Hesych. s. v. γένειον, et II. Samuel. X, 4. ibique Commentatores.

2) οὓς μὲν γὰρ —) Particulam γὰρ dedit Cod. B; in quo tamen ita legitur: τοὺς μὲν γὰρ κοσμίους, τοὺς δὲ etc.

3) γυνὴ — πώγωνα —) Aristotel. Hist. Anim. L. III. c. 10.: Γυνὴ δὲ τὰς ἐπὶ τῷ γενείῳ οὐ φύει τρίχας, πλὴν ὀλίγαι ἐνίαις γίγνονται, ὅταν τὰ καταμήνια στῇ, καὶ οἷον ἐν Καρίᾳ ταῖς ἱερείαις· ὃ δοκεῖ συμβαίνειν σημεῖον τῶν μελλόντων. αἱ δ' ἄλλαι γίγνονται μέν, ἐλάττους δέ.

4) αὐτὴ) Legebatur: αὐτῆς, casu secundo. Ego cum Reiskio scripsi: αὐτὴ.

5) γενέσθαι) Pro γενέσθαι scribi vult Reisk.: γεννήσεσθαι, propter verbum quod sequitur: ἀναστραφήσεσθαι. Ego nihil muto. Nam non modo Aoristus simpliciter pro Futuro ponitur, sed Attici scriptores etiam in eadem orationis serie Aoristos et Futura saepe coniungunt; ut omnibus Graeci sermonis peritis notum est.

Cap. XXXI.

1) πρεσβυτέρους καὶ τὰς πρεσβυτέρας) Verba καὶ τὰς πρεσβυτέρας ex Cod. B. adiecimus, ut et Reisk. iam voluit. Respondent enim verbis, quae paullo post sequuntur: νεωτέρους καὶ νεωτέρας.

2) νεωτέρας.) Punctum, quod post νεωτέρους positum erat, huc transtuli post νεωτέρας, sententia postulante.

3) οἱ μῦλοι) Huc Galen. de ossium natura c. 5.: Ὀδόντες δ' ἑκκαίδεκα ὑπάρχουσι καθ' ἑκατέραν τὴν γένυν, ἔμπροσθεν μὲν τέσσαρες, οἱ τομεῖς ὀνομαζόμενοι, μονόῤῥιζοι πάντες· ἐφεξῆς δὲ αὐτῶν ἑκατέρωθέν εἰσιν οἱ κυνόδοντες, μονόῤῥιζοι καὶ αὐτοί. εἶθ' οἱ γόμφιοι τούτων ἑξῆς ἑκατέρωθεν πέντε, τριῤῥιζοι μὲν οἱ ὠ τῇ ἄνω γένυι. — οἱ γόμφιοι, καλοῦνται δὲ οὐχ οὕτω μόνον, ἀλλὰ καὶ μύλαι θηλυκῶς, ἐκ μεταφορᾶς, οἶμαι, τεύχομαι λαβόντες, ὅτι τρίβομεν ἐν αὐτοῖς, καὶ λειοῦμεν τὰ σιτία, καθάπερ ταῖς μύλαις τοὺς δημητρίους καρπούς. Ἀλλὰ καὶ οἱ κυνόδοντες, ὁμοιότατοι τοῖς τῶν κυνῶν ὑπάρχοντες, ἀπ' ἐκείνων ὠνομάσθησαν. Οἱ δὲ

τομεῖς ἀπὸ τοῦ τέμνειν αὐτούς, ὥσπερ σμίλη, ὅσα δύναται τέμνεσθαι σιτία.

4) τὰ ἔπιπλα τῶν σκευῶν) Gregor. Episcop. Corinth. de Dialectis §. CXI.: Ἔπιπλα, τὴν μὴ βαθεῖαν κτῆσιν, ἀλλ' ἐξ ἐπιπολῆς. Ad quem locum vide Koen.

5) Ἔτι δὲ οἱ) Particulum καὶ, quae ante οἱ legebatur, cum Reiskio delevi, ut supervacaneam.

6) καθημαξευμένον) Ita scripsimus pro κατημαξευμένον.

7) Ὅμως δὲ) In Rigaltii editione fortasse typi culpa impressum erat: ὃ δὲ. Nam in ceteris libris omnibus invenitur nostra scriptura; cui etiam Rhoer assentitur in Otio Daventriensi c. 14. ita scribens: *Codex, cuius statim memini, habet:* ὅμως δὲ. *Idque unice verum, ut nexum inspicienti patebit. Recte ergo interpres: dicitur tamen etiam etc.*

8) πολλοῖς ἐφάπαξ) Illud πολλοῖς dedi ex Cod. B pro πολλὰ, ut antea legebatur. Praeterea in cod. Cod. ἅπαξ legitur pro ἐφάπαξ.

9) ἐὰν μὲν ἀπόνως) Mediam vocem ex Cod. A et Aldo in textum recepi. In ceteris deest.

10) — πορίσας) Huc Matth. XXV, 16., ad quem locum vide Commentatores.

11) ἀνίστανται) Sic cum Reiskio scripsi pro ἀνίσταται.

12) Δούλῳ — διδοὺς ἀναφορὰν) Ammonius: ἀποφορὰ μὲν γάρ ἐστι τὰ ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις παρεχόμενα χρήματα, ἣν καὶ ἀναφορὰν καλοῦσι. et Suidas: καὶ ἀποφορὴ παρὰ Ἡροδότῳ ἡ τελουμένη παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις. Vide et Harpocrat. s. h. v.

13) Ἐμπόροις — διαθέσθαι —) Cornarius vertit: — *citam onerum et bonorum curationem et dispositionem.* Male. Debuerat: — *citam bonorum venditionem.* Sic enim verbum διαθέσθαι hic sumendum est.

14) σημαίνουσιν) scripturam hanc ex Cod. B in textum recepi pro σημαίνει, ut antea erat. Cornarius quoque vertit: *significant.*

15) τῇ ἁρμονίᾳ οὐκ ἔτι χρῶνται.) Huc Mclampus de Palpitatt. pag. 471. ed. Franz.: Ὀδόντες ἐὰν ἀλλόμενοι συγκρούωσιν, ἀγαθὸν δηλοῦσι.

16) φιλολ. μόνον ἀγαθόν.) Pro vulgata: μὲν, posui ex Cod. B in contextu: μόνον. Haec enim verba respondent iis, quae paullo ante leguntur: — ἀγαθὸν πᾶσι.

17) οἱ δεύτεροι) Ante perperam: ἡ δεύτεροι.

18) τὰ) Ita cum Reiskio edidimus pro: τῇ, quomodo in libris scriptum reperitur.

Cap. XXXII.

1) δεδημένος) Legebatur: πεπεδημένος. Ego cum Cod. B scripsi: δεδημένος. Pro πᾶς idem Cod. habet: παρὰ. Porro versu seq. verba: οὐ δ' ἔρξαι (sic enim habebant libri), Plutarchi auctoritatem sequutus mutavi in: οὔθ' ἔρξαι. Profert autem hos versus Plutarchus in Libello: Quomodo adolescens poëtas audire debeat. V. I. p. 57. ed. Wyttenb., ubi ille sic: Χάριεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θέογνιν λέγοντα:

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδαμένος, οὔτέ τι εἰπεῖν,
οὔθ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται,

Πῶς οὖν σὺ πένης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα καὶ καταδολεσχεῖς ἡμῶν? Ceterum hi versus leguntur in Theogn. v. 179. et 180.

2) Ἀτταλεύς) Sic; non: Ἀταλεύς, ut antea erat. Vid. Ind. Script.

3) οὐλῶν, ἢ ἐκ τῶν ὀδόντων, ἢ ἐκ τ. χ.) Sic dant Aldus et uterque Codex. In ed. Rigalt. omissa erant verba: ἢ ἐκ τῶν ὀδόντων.

Cap. XXXIII.

1) Αἷμα ἐμεῖν πολὺ — περισυσίαν χρημ.) Hesych.: Αἷμα πᾶν πτύοντα. πολύ. τὸ γὰρ ὀλίγον τῷ σιάλῳ λεπτύνεται. An respicit Nostrum?

2) ἄνδρες σοφοὶ) Hoc σοφοὶ ex Cod. B addidi necessarium putans.

3) ἔψονται) Pro ὄψεται, ut in Rigalt. ed. est, Aldum sequutus lego: ὄψονται, propter verba, quae proxime antecedunt.

4) ζήσεται δὲ καὶ ὅ) Particulam καὶ dedi ex Cod. B propter verba, quae praecedunt. Ceterum pro ζήσεται idem Cod. habet: ζήσει.

5) πρὸς τοὺς οἰκείους) His verbis carent Cod. A. et utraque editio. Nos adiecimus e Codice B.

6) ἀνάπαυλαν τῶν ἐνεστώτων κακῶν) Huc Hesychius: Ἀνάπαυλαν. ἀνάπαυσιν. Ad quem locum vid. Albert.

7) σπλάγχνα) Hoc vocabulum liberos significans occurrit et alibi apud Nostrum. Vid. Ind. Eodem modo Latini *viscera* usurpant. Ut Lactant. Divin. Institut. L. VI. de Vero Cultu. c. 20.: *Num possunt innocentes existimari, qui viscera sua in praedam canibus obiiciunt, et quantum in ipsis est, crudelius necant, quam si strangulassent?*

Cap. XXXIV.

1) ἢ τρεῖς, ἢ πλείους, ἀγαθὸν ἀθλητῇ ἱεροὺς ἀγῶνας) Illud πιστοὺς, quod Cod. A et Aldus post ἀθλητῇ et ante ἱεροὺς habent et Rigaltius in πλείστους mutavit, nos cum Reiskio mutavimus in πλείους, idque particula ἢ adiecta huc retraximus inter τρεῖς et ἀγαθὸν, sensu verborum sic postulante.

2) πρὸς γὰρ τῷ —) Pro τὸ, ut antea erat, cum Reiskio scripsimus: τῷ. Etiam comma post κτήσασθαι sustuli.

Cap. XXXV.

1) ἀπώλεσε τὴν οἰκίαν) Illud τὴν οἰκίαν a me ex Cod. B adiectum est.

2) ἀναγκαῖόν τι) Ita correximus. Antea pro τι legebatur: ὄντα, quod tamen in Cod. B deest.

3) δὶς ταὐτὰ) Pro ταῦτα, ut in libris est, scripsimus: ταὐτὰ, *eadem*, quod et Reisk. iam voluit. Postulat id sensus verborum.

4) γενέσθαι, ὄναρ ταῦτα γενόμενα) Vocabulum ὄναρ ex Cod. A et Aldo in textum revocavi, ita tamen, ut cum verbis, quae sequuntur: ταῦτα γεν., coniungatur. Itaque comma, quod illic post ὄναρ positum erat, ante ὄναρ retraxi. Ὄναρ autem hoc loco necessarium videtur propter vim, quae huic voci inest. Praeterea etiam in Cod. B reperitur, licet is hanc varietatem afferat: ταῦτα δ' εἰς ὄναρ γενόμενα, οὐκ ἔτι ἔσται pro: ὄναρ ταῦτα γενόμενα οὐκ ἔτι μὴ ἔσται.

5) καὶ ἐρανάρχαις) Particulam καὶ scribendam esse putat Reisk., quem sequutus sum.

6) — ἀπώλειαν τῶν κεφαλαίων) Suidas: Κεφάλαιον. —. Παρείληπται δὲ καὶ ἐπ' ἀργυρίου τὸ κεφάλαιον. Ὡς ὁ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωρεοδοκήματος, δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. Ad quem locum vide Toup. Emendd. in Suid. T. I. P. II. pag. 339. — 341., ubi noster quoque locus respicitur.

7) τὸ ὄναρ) Hoc ex Cod. B textui adscriptum est.

8) ἀπολέσθαι) In Rigaltii edit. legebatur: ἀπολείσθαι, superposito acuto. Nos edidimus: ἀπολέσθαι, aoristi secunda forma, Aldi auctoritatem et Codd. sequuti. Haec autem aoristi forma secunda posita hic est ἀττικῶς pro futuro: ἀπολεῖσθαι.

9) ὁ τοίχαρχος, τοιχάρχου δὲ) Ita cum Brodaeo, Rigaltio aliisque legimus pro: ὁ τοίμαρχος, τοιμάρχου δὲ. Omne tamen dubium eximit Suidas, qui in voce τοίχαρχος sua hinc sumsit.

Cap. XXXVI.

1) τὴν οἰκείαν) Antea legebatur: τὴν οἰκίαν. Nostra scriptura respondet verbo, quod antecessit: ξένης.

Cap. XXXVII.

1) ἐπαχθὴς δὲ τοῖς ἰδίοις) Vocabulum ἐπαχθὴς quo magis considerabam, tanto sane magis adducebar, ut suspectum esse id putarem ac fortasse legendum: ἀνεπαχθής. Verumtamen mutare ausus non sum, partim quia in omnibus libris et scriptis et impressis reperio, partim quia posse ferri videtur. Mecum consentit Knoopius amicus Iacobi de Rhoer in Otio Daventriensi c. 14. ad nostrum locum haec adnotantis: *Locus sine dubio corruptus. Quomodo enim is, qui multum prodest suis,* ἐπαχθὴς *esse poterit?* Τοῖς ἐναντίοις φοβερὸς *esse dicitur, ergo sequi aliquid debet, quo contrarium significatur. Restitui ergo debet* ἐπιχαρής, *aut simile quid. Nisi capere velis de illo, qui fortunae successibus invidiam apud suos contraxerat, ut Amico placebat.*

2) τετραπόδου) Sic habent Codd. MSS. atque Aldus, quorum ex auctoritate id in contextum recepi pro τετράποδος, ut in Rigaltii edit. impressum erat; quamvis posterius sit usitatius.

3) ὀρνιθογενῆ) Bene habet. Cornarius vertit: *avium gentes*, ac si scriptum invenisset: ὀρνίθων γένη.

Cap. XXXVIII.

1) ἐπιμελήσειε τῆς κεφαλῆς) Ita cum Rigaltio et Reiskio correximus. Editum erat: ἔτι μελήσειε τὴν κεφαλήν.

2) διαλύσει τὶ τῶν) Decrat in Edd. pronomen τὶ, quod ex Cod. B in textum revocavi.

3) νομίσειε) Sic pro νομίσει lego, ac sic etiam Cod. B habet.

Cap. XL.

1) Ὦμοι παχεῖς καὶ εὔσαρκοι — εὐπραξίαν σημ.) Huc illa Sesostris statuae inscriptio apud Herodot. L. II. c. 106.: Ἐγὼ τήνδε τὴν χώρην ὤμοισι τοῖσι ἐμοῖσι ἐκτησάμην. Et Melampus de Palpitatt. p. 475. ed. Franz. de humero ita loquitur: Ὦμος δεξιὸς ἀλλόμενος, ὠφέλειάν τινα δηλοῖ· χειροτέχνῃ μὲν πρᾶξιν· δούλοις δὲ ὠφέλειαν, καὶ θάνατον δεσπότου (aut: ὠφέλειαν ἐκ θανάτου δεσπότου, ut Franz. vult).

2) ἔτι) Sic Reiskium sequutus edendum curavimus pro ἐπὶ; nullum enim frequentius librariorum peccatum, quam vocalium ἔτι et ἐπὶ permutatio. Sententia autem hic flagitat ἔτι.

Cap. XLI.

1) Στῆθος ὑγιὲς καὶ ἀπαθὲς ἀγαθόν, —) Huc Melampus de Palpitatt. p. 487. ed. Franz.: Μασθὸς εὐώνυμος ἀλλόμενος, πλοῦτον σημαίνει· μασθοῦ τὸ μέσον ἀλλόμενον, ἀγαθῶν φροντίδων ἐστὶ σημεῖον.

2) γυναιξὶ — ἀσκοῦσι τὰ σώματα.) *Hic omnia clara planaque esse*, inquit D. W. Trillerus in Observationibus Criticis, *satisque commode explicari posse, non nego, verba illa:* δι' ὃν ἀσκοῦσι τὰ σώματα, *ceu videre est in Notis Rigaltii. Interim malim tamen legere:* δι' ὃν κοσμοῦσι τὰ σώματα, *propter quem exornant, poliunt et studiose curant corpora. Nisi forte* τὸ ἀσκοῦσι *idem sit ac* κοσμοῦσι; *ita enim Hesychius:* Ἀσκεῖ, μελετᾷ, φιλοπονεῖ, *et:* Ἀσκεία, θρησκεία, κόσμησις, *item:* ἀσκήσας, κοσμήσας, κατασκευάσας. *Suidas quoque:* ἀσκήσασα, κοσμήσασα, *et* ἀσκητὸς, μετ' ἐπιμελείας κεκοσμημένος. *Unde apud Theocrit. Idyll. I.* ἀσκητὰ

πέπλῳ *bene exponit Schol.* ἀσκητὴ, ἡ κεκοσμημένη πέπλῳ, *et apud Aeschyl. in Pers.* 182. πέπλοισι περσικοῖς ἠσκημένη, *h. e.* κεκοσμημένη. *vid. Cl. Arnald. Animadvers. Crit. cap. 34. p. 263. Adeo ut nunc ex his lucu'enter pateat, illud* ἀσκοῦσι *in Artemidoro nostro longe elegantius esse, ac quidem vulgare* κοσμοῦσι. *Nam ita et Isidorus Pelusiota, scriptor elegans, Ep. 53. L. II. p.* 198. ἀσκεῖν τὸ κάλλος ἐπὶ τὸ βέλτιον οὐ παραιτοῦνται γυναῖκες. *Unde nihil omnino in Artemidoro mutandum.* Haec ille. In prisca versione germanica sine anno in 8° noster locus belle sonat hoc modo: *Dann woh sie nicht jeman haben, dem sie zu gefallen sich auffmützeln und schmücken, werden sie in wartung und zierde ihres Leibes etwas nachlässiger.* Ceterum Cod. B pro μὴ παρῇ δι' ὃν ἀσκοῦσι dat: μὴ καθ' ἡδονὰς ἀσκοῦσι.

3) φαίνοιντο) Rigaltius habebat: φαίνοντο. Nostram lectionem ex Cod. A et Aldo in textum revocavimus. In Codice B pro φαίνοιντο scriptum est: τινὶ γίγνοιντο.

4) τέκνων) Ante hoc legebatur praepositio: ἀπὸ, quam delevi ut inanem et otiosam. Accedit, quod etiam abest in Cod. B, qui tamen hunc locum sic habet: τέκνων ἅμα καὶ σωμάτων ἐπίκτησιν προαγορεύουσι.

5) — τοὺς μαζοὺς λωβῶνται.) Non poterat verbum λωβᾶσθαι melius exprimi, quam expressit Zeno Veronensis L. I. Sermon. 5. de Continentia, p. 50. edit. Petri et Hieronymi Fratrum Ballerini: *Tune non illa es, quae mariti corpus expositum lavasti lacrymis, osculis detersisti, crinium damno velasti, scissis genis, livore foedatis uberibus, sordido plus pulvere tecta, quam veste?* Huc praeterea etiam verba Petronii Sat. c. 111.: *At illa, ignota consolatione percussa, laceravit vehementius pectus, etc.* et Propertii L. II. Eleg. 10. v. 27.: *Tu vero nudum pectus lacerata sequare,* ut alios locos multos taceam, in quibus huius notissimi mulierum lugentium moris mentio fit.

Cap. XLII.

1) λόγον λέγοντος) Λόγον ante λέγοντος a me ex Cod. B textui insertum est propter verba, quae sequuntur.

2) — φυλάξαι.) Melampus de Palpitatt. p. 479. ed. Franz.: Χεὶρ δεξιὰ ἁλλομένη, ὠφέλειαν σημαίνει· ἡ δὲ εὐώνυμος, πίστεως φυλακὴν δηλοῖ.

3) καὶ ἀληθὴς καὶ ἥδη, καὶ σημ.) Sic legendum est, non ut vulgo: ἀληθὴς ἡδὺ, καὶ σημ. Atque hanc emendationem comprobant et sententia et Cod. B. Hunc igitur locum ita verterim: *Est autem antiqua divisio et vera nunc quoque, ac significat dextera quidem manus filium, patrem etc.*

4) καὶ ἄλλον, ὃν — χεὶρ ἔστι τοῦ ἰδόντος) Sic omnes libri constantissime habent, excepto Cornario, qui illa verba vertendo non expressit.

5) δούλην.) Verba: δοῦλον δηλοῖ, quae erant post δούλην, delevi, ut aliena. Mihi consentit Codex B, in quo ea non reperiuntur.

6) — χεῖρες λέγονται) Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 471. seq., et Meibom. Commentar. in Iusiurandum Hippocratis pag. 72. et 73. Sic etiam sumitur a Latinis *manus*. Ut Ambros. de Tobia c. 9. §. 34.: *Quid distat malitia huius principis mundi? Foenerator pecuniae caput obligat, manum tenet, sorte ducit.* Plures tamen locos vide apud Rigalt. ad h. l.

7) ἐπειδὴ) Sic cum Rigaltio et Reiskio scripsimus pro ἐπεὶ μὴ. Ceterum in Cod. B pro: οὐκ ἀγαθὸν, ἐπειδὴ ἄνευ τούτων οὐχ οἷοί τέ εἰσιν, ita legitur: ὅτιοῦν οὐχ οἷον τέ ἐστιν.

8) ἧττον) Sic habet Cod. B, cuius auctoritatem sequutus sic edendum curavi. Nam in Rigaltii edit. legitur: τὸ τὸν τόκον, et in Cod. A et Aldo: ἢ τόκον, mendose.

9) ὡς μέλλων δανείζεσθαι ἔδοξε) Verba: μέλλων δανείζεσθαι, ex Cod. B in textum recepimus, idque non iniuria, ut cuique sensum verborum inspicienti patebit.

10) τῷ δοκοῦντι) Sic dant Cod. A et Aldus. In ceteris pro τῷ legitur: τῶν.

11) χεῖρας σημαίνει.) Antea desiderabatur verbum σημαίνει, quod ex Cod. B adiecimus.

Cap. XLIII.

1) ἐάν τι) Ita cum Reiskio correximus pro ἐάν τε.

2) ὁ ὀμφαλὸς — σημαίνει τὴν πατρίδα) Conf. Pierii Hieroglyph. L. 34.: *Umbilicus* —. c. 36.: *Patria.*

3) δοκῇ) Sic scripsi Reiskii coniectura ductus. Antea erat: ᾖ.

Cap. XLIV.

1) ἐπωγωγήν) Ita cum Reiskio legendum est, non ἐπαγωγόν, ut antea legebatur.

2) διά τε τὴν ὕλην τοῦ σώματος διοίκησιν) Sic edidimus Codicem B sequuti, qui tamen a nostra lectione in hoc discrepat, quod inter σώματος et διοίκησιν etiam habet verbum: ἔχειν, quod delevimus ut inane et supervacaneum propter verba, quae mox sequuntur: τούτων γὰρ ἔστι περιεκτική. Ceteri libri hunc locum ita habent: διὰ τὸ τὴν ὕλην τοῦ σώματος ἔξιν δοκεῖν.

3) Ἦπαρ δὲ τέκνον, καὶ βίον) Pro βίον edebant υἱόν. Contra Cornarius recte interpretatus est: *victum.* Nostram praeterea lectionem firmant Cod. A et Cod. Britannicus. Nam Iac. de Rhoer in Otio Daventr. c. 14. ad nostrum locum haec animadvertit: *An ergo υἱὸς non est* τέκνον? *Sine mora rescribe*: — τέκνον, καὶ βίον, *etc. at sic iubet Codex Britannicus.*

4) σπλὴν

4) σπλὴν δὲ ἡδονάς) Particulam καὶ, quae ante ἡδονὰς erat, cum Reiskio delevi, ut haud necessariam.

5) συγγενεῖς καὶ τέκνα) Vulgo legebatur: συγγενεῖς. τοὺς δὲ ἄλλους τέκνα. mendose, ut quisque videt. Nam pro τοὺς δὲ ἄλλους desiderabatur vocabulum aliquod intestinum significans. Mihi aliquando in mentem venit: ἐπίπλους, *omentum*, quod liberos significare potest. Potius tamen Codicis B auctoritatem sequutus scripsi: καὶ, et τέκνα coniunxi cum iis, quae proxime antecedunt.

6) πάντα ἢ ἕκαστον ἰδίᾳ, ἁπλᾶ) Sic cum Reiskio scripsi propter ea, quae sequuntur. In libris vulgo: πάντα ἑκάστῳ ἰδίᾳ.

Cap. XLV.

1) πᾶσι) Ita cum Rigaltio correxi, et Cornarius quoque vertit: *omnibus*. Antea erat: παισί. Παισὶ autem et πᾶσι saepe commutantur.

2) ἐπεὶ ὁ τοῦ παντὸς οἶκου λόγος) Sic Reiskius emendavit. Antea sic: ἐπεὶ τ. π. ο. ὡς λόγος —.

3) Λόγῳ — αἰδοῖον.) Ita exhibet Cod. B, quem sequutus sum. In Rigaltii edit.: λόγῳ δὲ καὶ παιδείᾳ, ὡς τὸ ἡγεμονικώτατον πάντων αἰδοῖον. Eodem modo etiam in Cod. A et Aldina; tantum in eo discedunt, quod prior pro λόγῳ δὲ καὶ παιδείᾳ habet: λόγος δ. κ. παιδίᾳ, et posterior: λόγος δ. κ. παιδεία.

4) Εἶδον δὲ καὶ ἐν Κυλλήνῃ — φυσικῷ.) φυσικῷ cum Reiskio correximus pro φυσικόν. Etiam Cornarius nobis assentitur vertens: *naturali quadam ratione*. Ad nostrum locum omnino faciunt Pausan. Eliac. II. s. I. VI. p. 519. ed. Kuhn.: τοῦ Ἑρμοῦ (sc. ἐν Κυλλήνῃ) δὲ τὸ ἄγαλμα, ὃν οἱ ταύτῃ περισσῶς σέβουσιν, ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου.; Stobaeus Serm. II.: Φίλιππος τοὺς Ἀθηναίους ἐλάκζε τοῖς ἑρμαῖς, ὡς στόμα μόνον ἔχουσι καὶ αἰδοῖα μεγάλα.; Plu-

tarch. in Libello: Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, extremo: διὸ καὶ τῶν ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους, ἀχείρους καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις, δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργόν, ὡς πρόσηκει, καὶ γόνιμον ἔχωσιν. Quibuscum confer etiam Porphyr. apud Eusebium Praep. Evang. c. 11., Herodot. II. c. 51., Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. VI. c. 20., Dempster. ad Rosini Antiq. Rom. L. II. c. 9. p. 128., Meurs. Graec. Feriat. L. III. p. 115. et al.

5) περιουσίᾳ καὶ κτήσει) Sic pro: περιουσίαν καὶ κτῆσιν, scribendum est casibus dativis, qui pendent ab ἔοικε.

6) Πενίᾳ δὲ καὶ δουλείᾳ καὶ δεσμοῖς) Ita emendavimus; quum antea legeretur: πενίαν δὲ καὶ δουλείαν καὶ δεσμὰ, cas. accus.. Nostram scripturam etiam Cod. B. firmat, qui tamen pro δουλείᾳ et δεσμοῖς habet: δειλείᾳ et δεσμᾷ. Ceterum nostra verba eodem modo coniuncta inveniuntur apud Nostrum et infra L. III. c. 13.

7) Πρὸς δὲ καὶ ἀξιωμάτων ἐπιτιμίᾳ) Pro ἐπιτιμίαν correxi ἐπιτιμίᾳ in dativo. Omnes enim hi casus dativi pendent a verbo ἔοικε. Cod. B haec verba sic dat: Πρὸς δὲ τῇ τοῦ ἀξιώματος ἐπιτιμίᾳ. Ceterum πρὸς δὲ h. l. positum est absolute, ut saepe, et significat: *praeterea.*

8) — προσλαβὼν ὀνόματα.) Hoc somnium iterum legitur apud Nostrum infra L. V. S. 91. Plutarchus in Quaestionibus scribit, mulieres duobus, viros tribus nominibus esse usos. Sic enim ait in Quaest. 99. extr.: Χρῶνται δὲ δυσὶ ὀνόμασιν αἱ θήλειαι, τρισὶ δὲ οἱ ἄῤῥενες. Nobiles enim cognomine, agnomine et nomine designabantur. Cf. Anson. Griph. v. 80.: —: *tria nomina nobilium.* Sed tria nomina non soli habebant nobiles, sed ii quoque, qui e servitio manumittebantur, ut praeter unum nomen, quod habebant, patronorum sibi etiam duo nomina imponerent: quod disci potest ex nostro

loco. De hodiernis Graecis cf.: Hunter's Reisen — p. 184.

9) ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐχόντων) ἐχόντων deduxi e Cod. B. Ceteri libri habebant: πάντων.

Cap. XLVI.

1) Μόνον δὲ πιάλεοι γεν.) Antea legebatur: μόνον δ' ἐπιάλεσι γεν. Nos Casauboni emendationem tuemur.

Cap. XLVII.

1) καὶ πρὸς) Sic Cod. A. In utraque editione erat: καὶ πρὸ. In Cod. B autem deest πρὸς.

2) τεθυμῆχεται; γῆθεν — συγκρίματα.) Conf. Nostr. infra L. III. c. 46.

3) σύριγξ καλεῖται καὶ γίνεται.) Sic Cod. B. Antea: σύριγξ γίνεται.

4) διατείνει) Sic dedimus pro vulgato ἐπιμένει. Nam verbum διατείνειν paullo ante invenitur eodem significatu.

5) καὶ πλὴν ὑπὲρ τ. π. ὄντα — ἀλλ' ἀπελευθέρους) Hanc lectionem ex Cod. B in textu posui. Postremis verbis: οὐχὶ δούλους, ἀλλ' ἀπελ., opponuntur verba seq. cap.: ἐπίσης τοῖς γόνασι (scil. πόδες) σημαίνουσιν. Ἐν δὲ τῷ μὴ ἀπελευθέρους ἀλλὰ δούλους σημαίνειν διαφέρουσιν. Noster locus antea sic legebatur: καὶ πάλιν εἰς τοὺς πόδας ὄντας. εἰκότως οὖν δούλους καὶ ἀπελευθέρους.

Cap. XLVIII.

1) σωμάτων) σώματα h. l. sunt *personae, servi.* Igitur vocabulum, quod antecedit: ἐμπόροις, significat sine dubio: σωματέμποροι, *venaliciarii*, ut in Nostro L. III. c. 17.

2) καὶ παντὶ μισθωτοὺς τρέφοντι.) Sic scribendum erat, ut et Reisk. iam voluit. Antea perperam: μισθῷ τούτους,

pro μισθωτούς. Ceterum pro vulgato τούτους τρέφοντι Cod. A et Aldus habent: τούτοις τρέφοντες.

3) ἵνα μ. φ. κ. μ. μ. προέρχωνται.) Sic cum Reiskio scripsi pro: προείρχωνται. Tangit his verbis Artemidorus illum morem, quo illustres personae in libera honestaque custodia erant.

4) βαδίζειν) Vulgo: βαστάζειν. Ego Codicem B sequutus sum.

5) Καὶ γὰρ ἐκεῖ τοῖς —) Illud ἐκεῖ ex Cod. B in textum recepi, propter vim huius vocabuli. Paullo post pro καταδικαθῆναι corrigendum erat: καταδικασθῆναι.

6) ὄνειρον οὐκ ὢν παν.) Sic dant Aldus et uterque Codex; quum in Rigaltii editione desscent verba: οὐκ ὤν.

7) ἔτι μὴν καὶ) Pro καὶ scripsi ἔτι Codicem B sequutus.

8) οἱ πόδες μόνους οἰκέτας σημαίνουσι.) Cf. Dempster. ad Rosini Antiq. Rom. L. X. c. 29. p. 783.

9) Μόνοις δὲ τὸ ὕναρ τοῦτο δρομεῦσι — προσαγωνιῶντες) Sic exhibet Cod. B, quem amplexus sum. Μόνοις δὲ enim opponitur supra verbis: πᾶσιν ἐτίσης κακόν. Et προσαγωνιᾷν est *ardere cupiditate certandi (currendi)*. Itaque aptius pulcriusque sequuntur verba: θᾶττον γὰρ — ἐκ πυρὸς ἁρπάσουσι τὰ σκέλη. Antea legebatur: Δρομεῦσι δὲ συμφέρει ὅταν πρὸς ἀγῶνα ὄντες etc.

10) ἁρπάσουσι) Futurum posui Cod. B sequutus pro praesenti ἁρπάζουσι, quod mihi minus apte usurpatum videbatur propter ea, quae antecedunt. Sic correxit et G. Wakefield Silv. Crit. P. III. pag. 51.

Cap. XLIX.

1) Νῶτον) Sic Codicem B sequutus in textu posui pro Νῶτα, ut antea erat. Ceterum de dorso in Plutonis tutela collocato vide Feith. Antiqq. Homer. L. I. c. 2.

Cap. L.

1) Καὶ ἐν τοῖς μέν) Praepositionem ἐν inserui propter: Ἐν τοῖς, initio huius capitis.

2) παιδίον βραχὺ — δόξειε) Pro δόξει scripsi δόξειε. Pro βραχὺ Cod. B dat μικρόν. Vulgata autem bene habet; sic enim et infra L. III. c. 27.: νήπιοι καὶ βραχεῖς.

3) Δεινὸν δὲ καὶ πρεσβύτῃ τὸ εἰς παῖδα μεταβάλλειν; θάνατον ——————— ἐπὶ τὸ ἐντιμότερον μεταβάλλει.) Vulgo legebatur: δεινὸν δὲ καὶ πρεσβύτῃ τὸ εἰς νεανίσκον μεταβάλλειν, καὶ νεανίσκῳ τὸ εἰς παῖδα, ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὸ ἀτιμότερον μετέβαλεν. ἀγαθὸν δὲ καὶ παιδὶ εἰς νεανίσκον, καὶ ἀνδρὶ εἰς γέροντα μεταβαλεῖν. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὸ ἐντιμότερον μετέβαλεν. Codex B autem hunc locum ita exhibet: δεινὸν δὲ καὶ πρεσβύτῃ τὸ εἰς παῖδα μεταβάλλειν. θάνατον γὰρ αὐτῷ σημαίνει, ἀγαθὸν δὲ ἀνδρὶ, τὸ εἰς νεανίσκον μεταβάλλειν. καὶ νεανίσκῳ, τὸ εἰς παῖδα· ἑκάστου γὰρ ἐπὶ τὸ ἐντιμότερον, καὶ ὡραιότερον μεταβάλλει· ἀγαθὸν δὲ καὶ παιδὶ εἰς νεανίσκον, καὶ νεανίσκῳ εἰς ἄνδρα, καὶ ἀνδρὶ εἰς γέροντα μεταβάλλειν. Ex quibus duabus lectionibus quin sinceram lectionem effinxerimus, nemo dubitabit.

4) Αἰεὶ — ἡρέθονται.) Cf. Homer. Iliad. III. 108.

5) μεταβαλεῖ) Futurum aptius erit, quia statim ante erat Futurum. In textu vulgato: μεταβάλλει.

6) Δούλῃ) Ita mihi visum est scribendum; quum antea legeretur: δούλῳ.

7) ἀγαθὸν δὲ ἑταίρᾳ) Ante ἑταίρᾳ expunxi particulam καὶ, ut supervacaneam.

8) ἢ μὲν) Ita cum Reiskio emendavimus, ut referatur ad δούλῃ. Antea erat: ὃ μὲν.

9) ἀπαργυρωθῇ ἢ ἀποχρυσωθῇ) De servo, qui aere venditur. Ἐξαργυρόω eodem significatu invenitur apud Herodot. L. VI. c. 86.: τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίης ἐξαργυρώσαντα. et apud Thucydid. L. VIII. c. 81.: οὐδ' ἢν δεῖ τελευτῶντα τὴν ἑαυτοῦ στρωμνὴν ἐξαργυρῶσαι. Cf. etiam Wesseling. ad Herodot. L. IV. c. 26. ad verbum καταχρυσοῦσι.

10) ὁ μὲν γὰρ νικήσας) Illud νικήσας ex Cod. B in contextum revocavi.

11) χάλκεοι — ἐλευθέρων) Codicis A auctoritatem sequutus scripsi χάλκεοι, quod est generis communis. In Aldina et Rigaltiana legebatur: χάλκεαι. Cod. B nostrum locum sic habet: χαλκεῦσι γὰρ εἰκόνες ἐλευθεραθέντων etc. Cum nostro loco, si videtur, cf. I. C. Bulenger. de Pictura, Plastice etc. L. I. c. 19.

12) Σιδηρέους γὰρ λέγομεν — ὑπομείναντας.) ὑπομείναντας, quod Cod. B exhibet, aptius est propter ea, quae praecedunt, quam vulgatum ὑπομένοντας. Praeterea in Codice B legitur καλοῦμεν pro λέγομεν.

13) Ἐπεί τοιγε) Illud τοιγε a me ex Codice B adiectum est propter vim orationis. Ἐπεί τοιγε invenitur apud Nostrum etiam infra c. 66.

14) εἶναι δοκεῖν καὶ εὑρεσιῇ) Antea verba: δοκεῖν καί, inversa erant: καὶ δοκεῖν. Nos δοκεῖν retraximus post εἶναι.

Cap. LI.

1) Τὸ μὲν) Particulam μὲν ex Cod. B scripsimus pro δὲ, quod antea erat. Τὸ μὲν enim respondet infra verbis: τὰ δὲ κατὰ μέρος —. ubi τὰ δὲ bene habet, nec mutari debet in τὸ δὲ, quamvis antecedat τὸ μέν. Graeci enim sic saepe loquuntur.

2) δυσεργὲς δὲ —; ἀποτυγχάνοντι δὲ πρὸς) Ita exhibet Cod. B, quem sequutus sum. In textu vulgato erat: δυσεργὲς δὲ μᾶλις ἀποτυγχάνοντι, πρὸς δὲ —.

3) ἀκολουθήσει) Vulgo: ἀκολουθεῖ. Nos sequuti sumus Codicem B; nam paulo superius leguntur verba περανεῖ et ἀνύσει, in Futuri prima forma.

4) — ἐξαμβλώματα) Hic ante ἐξαμβλώματα deesse aliquid, pernotum habeo. Rigaltius scribi iubet: ἔσπρια —. Primo intuitu id probamus. Nam Theophrastus de Caus.

Plant. V. 21. scribit fabarum putamina radicibus aut germinibus plantarum novellarum apposita earum vitam penitus tollere; et alii, nescio qui, addunt domesticas gallinas iisdem putaminibus saepius vescentes sterilescere. Quin etiam Pythagorei ideirco fabarum esum vetasse dicuntur, quod comestae mulieres infecundas reddant. At si fabae, ut Galenus de Fac. ali. 2. dicit, belle nutriunt: potius fecunditatem, quam sterilitatem inducere debent. Nos coniecimus quidem aliud aliter; sed quum nihil tribuamus his coniecturis: nostrum locum emendandum relinquimus viris acutioribus.

5) τὰ δὲ σπέρματα) Reisk. pro δὲ scribi vult γὰρ, quo nihil opus; nam δὲ significat *enim*, ut saepe apud Nostrum.

6) — παρὰ μὲν τὸν τοιοῦτον καιρὸν ὁρώμενα τὰ τοιαῦτα, τὰς πράξεις) Illud τὰ τοιαῦτα nos ex Cod. A et Aldo adiecimus. In Codice B postrema verba sic leguntur: τὰς πράξεις τὰς τοιαύτας. Pro κατὰ, ut antea legebatur, scripsimus παρὰ, quod confirmat simillimus locus infra L. II. c. 24.: Ὅταν μέντοι τὶς παρὰ τὸν καιρὸν καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτεος τρυγᾷν ἢ ϑερίζειν ὑπολάβοιεν —, εἰς ἐκείνην τὴν ὥραν — ὑπερτίθεται.

7) οὐκ ἄνευ τινὸς φόβου) Hic deest particula. Reisk. suspicatur μέντοι.

8) Σκυτεύειν δὲ καὶ τεκτονεύειν) Verba καὶ τεκτονεύειν dedit Cod. B.

9) Ἔτι καὶ τὰ κρυπτὰ) Ita Cod. B. Vulgo: Ἐπεὶ καὶ; Cornarius recte vertit: *Quin et.*

10) Ἰατροὺς — καὶ χαλεπώτατον) Particula καὶ suspecta mihi videbatur. Sed fortasse deest συνηγόρους post καὶ. Nam ἰατροὶ ὁρώμενοι, ut Noster scribit infra L. II. c. 29., τὸν ἴσον τοῖς συνηγόροις ἐπέχουσι λόγον.

11) τῶν ἔργων) Hoc dat Cod. B. Antea legebatur: τῶν ἰῶν.

12) πλαστογράφοις) Πλαστογράφοι sunt *falsarii*, i. e., *qui se chirographis imitandis exercent ad fraudem.* Quorum mentio fit etiam apud Paul. Alexandrin. Εἰσαγωγ. εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν medio fere libro, in Fl. Iosephi Vita §. 11. et 35. et apud Manethon. IV. 75.

Cap. LII.

1) ἔχοντα) In Codice B legitur: ἔχοντι, et ἀφορῶντας pro ἀμφοτέρων, quod paullo post sequitur. Sed vulgata bene habet.

2) τηρουμένης) Lectionem hanc, quam Cod. A dedit, veram esse quisque videt. Textus vulgatus habebat: πηρουμένης. Paullo inferius verba: ὅσα δὲ ἀπευθύνει — τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει, intelligenda sunt ex Evang. Marc. V. vers. 12., ad quem locum vide et Wakefield Silv. Crit. P. V. p. 130.

Cap. LIII.

1) ἀγαθόν) Hoc cum Reiskio inseruimus. Cum nostro loco omnino conf. Evang. Ioann. VII. 15. ibique Wetstenium.

2) γεννησάμενος) Ita cum Aldo scripsi duplici ν. Rigaltius habebat γενησάμενος.

3) Πολλοὶ δὲ καὶ ἔγημαν) Particulam καὶ ex Cod. B adieci.

4) ἑλληνιστὴν) Pro quo Cod. B dat: ἑλληνιστὴ, tribus punctis ∴ superpositis: quod si mutatur in ἑλληνιστὴ, fortasse melius est.

Cap. LIV.

1) χλαμύδι τὴν) Post χλαμύδα libri habebant καὶ, quod delevi ut superfluum, et quia abest a Suida, qui sua

hinc sumsit. Mox post διὰ τὸ ἀργὴν particulam μὴ eiecit, partim quia sententia id poscit, partim ex auctoritate Codicis B ac Suidae, quorum tamen prior pro διὰ τὸ ἀργὴν εἶναι — τὴν χεῖρα hanc varietatem affert: ὅθεν ἀργίαν σημαίνει — αἱ χεῖρες.

2) Πρὸς τὸν τόπον) Ante πρὸς scribi vult Reiskius ὦν, quo tamen nihil opus, modo illud πρὸς absolute sumatur pro: *praeterea, porro.* Ceterum pro τὸν τόπον Cod. B dat: τὸ τοπικὸν.

3) ἔνδημον) Nos Suidae auctoritatem sequuti sumus. Antea legebatur: ἐν δήμῳ.

4) εἰ δὲ μέλαινα: ἀπελευθέραν) Verba haec, quae in Rigaltii editione deerant, ex Codd. MSS. et Aldo textui reddidimus. Cornarius quoque ea vertendo expressit: *sin nigra: libertam.*

5) πρὸ μὲν ἐγκρίσεως) Sic pro ἐκκρίσεως, quomodo libri habebant, emendandum erat propter verba, quae sequuntur. Quid autem sit ἔγκρισις athletarum, docet Noster infra c. 59. Haec pueris proprie conveniebat; hi enim examinabantur, utrum aetatem idoneam ad certandum attigissent, an eam excessissent. Qui attigerant, admittebantur a Iudicibus, idque ἐγκρίνεσθαι dicebatur: cui contrarium erat ἐκκρίνεσθαι. De hoc tamen more vide Casaub. ad Athen. L. VI. c. 12.

6) καταλάβοι: τὸ) Vulgo: καταλάβοιτο. Nos cum Reiskio divise scripsimus: καταλάβοι: τὸ —. Iam verba τὸ μὴ ἀγωνίσασθαι respondent iis, quae praecedunt: τὸ μὴ καταλαβεῖν τὸν ἀγῶνα.

Cap. LV.

1) Τροχὸν) Praeter Rigaltium conf. omnino, si videtur, etiam Heynium ad Virgil. Aen. VII. 378. et Tibull. I. 5. 9.

2) Ἁρπαστὸν δὲ καὶ σφαῖρα) Suidas: Ἁρπαστὸν καὶ σφαῖρα· εἶδος παιδιᾶς. De Harpasto cf. etiam Iul. Polluc. L. IX. Segm. 105.: εἰκάζοιτο δ' ἂν εἶναι ἡ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρίου, ὃ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν ὠνόμασται. ubi praeter alios locos nostrum quoque Commentatores proferunt ac contra Rigaltium ostendunt, ἁρπαστὸν non esse Pollucis σφαῖραν παιδικὴν, sed idem, quod φαινίδα. De hoc autem pilae lusu videndus etiam Mercurialis de Art. Gymn. L. II. c. 5.

3) Ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα — ἑταίρᾳ) Cf. Ios. Scaligeri Coniectanea ad Varron. de L. L. p. 199.

4) ἀρτῆρες δὲ καὶ τὰ ἴδια τούτων γυμνάσια) Sic antea legebatur. Nos pro ἀρτῆρες cum Rigaltio, Reiskio ac praeter alios multos et Henr. Valesio scripsimus: Ἀλτῆρες. Et verba τὰ ἴδια τούτων γυμνάσια cum Henr. Valesio (in Emendatt. L. III.) mutavimus in: ἢ διὰ τούτων γυμνασία. Pro τούτων Cod. B. dat: αὐτῶν. Ceterum ad nostrum locum facit Etymolog. Magn.: Ἀλτὴρ καὶ ἁλτῆρες, κατασκεύασμά τι, ᾧ κέχρηνται οἱ σωμασκοῦντες ἐν ταῖς γυμνασίαις· παρὰ τὸ ἅλλομαι. Βαστάζοντες γὰρ αὐτοὺς καὶ περιφέροντες ἥλλοντο ἐν τῷ γυμνασίῳ. Μεθόδιος· ὁ δὲ Φίλων ἐν τῇ περὶ Ῥωμαίων διαλέξει, ἀπὸ τοῦ ἀρτὴρ κατὰ τροπήν. Quocum cf. Aristotel. Probl. Sect. V. Probl. 8., Lucian. de Gymnasiis c. 27., Galen. de Sanitate tuenda L. II. c. 9., Paul. Aegin. L. IV. c. 1. et Mercurial. de Arte Gymn. L. II. c. 11., ubi etiam plures locos invenies.

5) παρασκευὴ χειρῶν) Sic lego cum Codice B. Antea erat: παρασκευαὶ, numero plurali, minus apte.

6) σφαφίδες καὶ ὑπεράλματα) Secundum Suidam, qui sua hinc sumsit, scribendum esset: σφῆνες, pro σφαφίδες. Cornarius contra vertit: *scyphi*, tanquam si legisset: σκυφίδες vel σκαφίδες, quod posterius magis placet, quia et scriptura et enunciatio proxime accedit ad σφαφίδες. Ceterum pro ὑπεράλματα Cod. B habet ὑπεραγάλματα, mendose.

Cap. LVI.

1) — ἐσκορπισμένους) Flav. Ioseph. Antiq. Iud. L. VI. c. 6. §. 3.: γενομένων δὲ ὡς μυρίων ἤδη τῶν Ἑβραίων, διώκει τοὺς πολεμίους κατὰ πᾶσαν ἐσκορτισμένους τὴν χώραν. Et idem Ioseph. L. XVI. c. 1. §. 2.: εἰς τὸ λοιπὸν πλῆθος ἐσκόρπιζον τοὺς τοιούτους λόγους.

2) Καὶ τοὺς νοσοῦντας ἀναιρεῖ) Cf. Petri Morestelli Pompa Feralis L. II. c. 14., ubi noster locus respicitur.

3) Καὶ ὅσα) Post καὶ delevi ἄλλα, ut superfluum, et quod a Cod. B abest.

4) Στρογγύλη δὲ σάλπιγγι — ἀνατρέχει) Vid. Gisb. Cuper. in Harpocrat. p. 142. et Iul. Pollux. L. IV. Segm. 85. ibique Commentatores.

5) Οἷῳ δ' ἂν ὀργάνῳ σαλπίζοντος τινὸς τῆς ἀκούσῃ) Priora verba: οἷῳ — τινὸς, ex Cod. B in textu posuimus pro: οἷον δ' ἂν ὄργανον σαλπίζον. Pro τῆς ἀκούσῃ autem idem Cod. B habet: ἀκούσηται.

6) — ἀναφωνήσαντας —) Pro ἀναφωνεῖν usurpat Noster infra c. 62.: ἀναφωνῦσσειν. Nostrum locum autem explicat H. Valesius in Emendd. L. III., ubi haec leguntur: — *Cornarius ita vertit: „praeconem agere eadem quae buccinare significat. praeterquam quod servos invitis dominis liberat, et praeconio publico liberatum iri dicit.“ Non intellexit Cornarius quid esset* ἀναφωνῆσαι, *ideoque hunc locum perperam interpretatus est. Est autem* ἀναφωνῆσαι, *proclamare in libertatem, ut loquuntur Iurisconsulti in titulo de liberali caussa, quo sensu usurpatur a Plutarcho in Ciceronis vita (p. 874. D.) ubi de quodam M. Cellio loquitur, qui servili genere ortus ferebatur: is cum literas quasdam in senatu recitaret magna voce; Nolite mirari, Patres Conscripti, (inquit Cicero) hic enim unus est ex iis, qui in libertatem proclamarunt:* καὶ αὐτὸς εἷς ἐστι τῶν ἀναπεφωνηκότων.

et ita interpretandum esse Plutarchi locum primus monuit Cuiacius teste Frederico Morello in notis ad Dionem p. 76. Ioannes Chrysostom. in oratione 6. adv. Iudaeos ἀναβοᾶν ἐλευθερίαν pro eodem videtur posuisse; sic enim ait: ἂν σὺ τὸν οἰκέτην μαστίξῃς τὸν σὸν, εἶτα ἐκεῖνος τριάκοντα, ἢ πεντήκοντα λαβὼν πληγὰς, εὐθέως ἐλευθερίαν ἀναβοήσῃ.

7) πένθει λύπην, καὶ) Post λύπην eiecimus: σημαίνει. In Codice B legitur: λύπη πένθος πρὸς τοῦτο· καὶ —.

8) σπονδαυλεῖν) Sic scribendum est, non σπενταυλεῖν, ut antea erat, neque σπενδαυλεῖν, ut coniecit Alberti ad Hesych. s. v. Στένδομαι.

9) πρὸς μὲν γάμον) Ita ex Cod. B dedimus, et quidem particulam μὲν propter verba, quae sequuntur: πρὸς δὲ, et γάμον, numero singulari, quia statim sequitur: κοινωνίαν. Antea legebatur: πρὸς γάμους.

10) κατακτέον) Antea legebatur: καταναυτέον. Nos Rigaltium sequimur. Admit nostrae lectioni etiam Cod. B τακτέον habens.

11) Τὸ δὲ κωμῳδεῖν, ἢ κ.) Verba: κωμῳδεῖν, ἢ, quae deerant, ex Cod. B in textum revocavi. Respondent enim supra verbis: Τραγῳδεῖν δὲ ἢ —.

12) — τὰ δὲ τέλη χρηστὰ καὶ ἀγαθά) Multae comoediae tristem finem habebant atque infelicem, ut scribit Scaliger de Art. Poët. L. III. c. 37. et I. 7. Quocum cf. Gisb. Cuper. in Observatt. L. I. c. 10.

13) ὑπολάβῃ τις, ἐάντε γιγνομένοις) Nullus dubitabit, quominus vera sit nostra lectio, partim quia Cod. B eam exhibet, partim propter orationem. Nam antea legebatur: ὑπολάβῃ, ἢ γενομένοις.

14) μετὰ στροφῆς) Libri habebant: μεταστροφῆς. Nos cum Reiskio in duo vocabula divisimus: μετὰ στροφῆς.

15) Ὅμοιος) Sic scribo cum Rigaltio et Reiskio. Vulgo: ὁμοίως. Paullo post eodem modo scripsi ὅμοιος pro ὁμοίως.

16) Ἀλὸς μὲν) Ita nos cum Rigaltio emendavimus; quum antea perperam legeretur: ἄλλη, pro Ἀλὸς, quod confirmat etiam Cod. B; quamvis proprie non ἁλὸς, sed ἅλλος habeat.

17) — διὰ πόλεως ἅρμα ἐλαύνειν) Loquitur hic Artemidorus de carpento et petorito, i. e. περὶ ἅρματος τετρώρου.

18) ὁ δὲ οὐ τεθν.) Particulam negativam ex Aldo et Codd. MSS. textui reddidimus propter sententiam. In Rigaltii edit. omissa erat.

Cap. LVII.

1) ἐξοδιασμούς) Hoc vocabulum recentioribus quidem Graecis valde usitatum; sed veteri quoque Graeciae non prorsus ignotum esse discimus ex Aristophan. Plut. v. 581., ad quem locum vid. Hemsterhus.

Cap. LVIII.

1) Τρέχειν ἁπλοῦν δρόμον) Antea legebatur: Τρέχειν δὲ δρόμον, ἁπλῶς. Nostra lectio, quam Cod. B dedit, melius respondet paullo post verbis: ὁ δὲ δίαυλος, quod idem est, atque: ὁ δὲ διπλοῦς δρόμος.

2) σταδίῳ σημαίων ἐξ) Utraque editio et Cod. A habebant: σταδίῳ σημαίνει, ὧν ἐξ —. Nostra scriptura ex Cod. B ducta est.

3) — ἐξαίρετον.) Vulgata, nisi fallor, recte habet; modo ad ἐξαίρετον suppleatur: τὸ.

Cap. LIX.

1) πᾶσιν ἀγαθόν. Ἀθληταῖς δὲ πᾶσι μόνον σὺκ) Sic cum Cod. B legendum; quum antea legeretur: πᾶσι κακόν. ἀθληταῖς δὲ πᾶσι μὲν σὺκ —.

2) ἐκκρίνεσθαι) Sic lego pro ἐγκρίνεσθαι, et sic quoque paullo post; nam ἐκκρίνεσθαι opponitur verbo: ἐγκρίνεσθαι, initio huius capitis.

Cap. LX.

1) κατ' ὄναρ) De differentia formularum ὄναρ (*in somnis, per quietem*) et κατ' ὄνας (*monitu somnii*) vide Hoepfner. ad Euripid. Cyclop. v. 8. et Fischeri Animadverss. ad Gramm. Gr. Velleri. Vol. III. P. II. p. 192. Nec tamen illud discrimen ab Artemidoro accurate observatur.

2) εἰ μὴ καὶ ᾔδεσαν) Quidam vir doctus, cuius nomen mihi excidit, legi voluit: εἰ μὴν καὶ ἤσσαν —. Sed vulgata lectio integra est.

3) — δύο περὶ μίαν τὸ λεγόμενον) Asteriscum ante περὶ cum Reiskio sustuli, quem vide.

4) ἀπαλωτέρου σώματος) Hoc scripsi casu genitivo propter verbum quod sequitur: ἡττᾶσθαι. Antea erat: ἀπαλωτέρῳ σώματι, tertio casu.

5) καταπαλαίσαι) Sic correxit Reisk. pro παλαίσαι.

6) οὐ γὰρ ἐγκριθῆναι σ.) Rigaltii correctione non opus. Ego hunc locum ita intelligo: Postquam puero bonum esse lucta vincere viram Artemidorus antea dixerat: iam pergit: athletae autem puero, i. e. qui in athletarum numero haberi cupit, minime bonum est virum lucta vincere; his enim pueris non admitti significat, quia illam aetatem idoneam ad certandum iam excessissent.

Cap. LXI.

1) — ἄσχημον γ. τ. πρόσωπον — νενόμισται.) Huc facit illud epigramma, quod extat apud Sueton. De Clar. Gramm. c. 22.:

Qui caput ad laevam didicit, glossemata vobis
Praecipit: os nullum, vel potius pugilis!

Cap. LXII.

1) Ἀντισχυρωτέρας) Cod. B dat: ἀνθ' ἧς ἰσχυροτέρας. Vulgata tamen recte habet. In Aldo est: ἀντισχυροτέρας.

2) ἀγωνίσηται δοῦλος) Ex Aldo in textum revocavi vocabulum δοῦλος, quod sententia postulat et Cornarius quoque expressit. Paullo post comma, quod erat post ἀνακηρυχθείς, retraxi post στεφανωθῇ.

Cap. LXIII.

1) Τὸ δὲ ὅπλον τὸ λεγόμενον, ἐπὶ πάντων πᾶσι π. —) Verba: ἐπὶ πάντων πᾶσι, Cod. B dedit. Et paullo post cum eodem Cod. B melius legitur: δι' αὐτὸ τοῦτο, vel saltem ad αὐτὸ τοῦτο supplendum est: κατά. Videntur autem Rigaltius, Reiskius et alii non recte intellexisse hoc capitulum, cuius, ad nexum verborum manifestius significandum, versionem vernaculam, ratione mea distinctam, adiicio: *Das so genannte* ὅπλον (θρόμος ὁπλίτης) *bedeutet überhaupt allen Verzögerung; denn es kommt zuletzt. Und dann nach allen die Preisvertheilung. Den Kranken aber bedeutet das* ὅπλον *(grade eben deswegen, weil das* ἆθλον *sogleich darauf folgt) den Tod (; denn es ist gleichsam das letzte Kampfspiel im Leben, und darnach kommt der Tod, oder die Belohnung).*

Cap. LXIV.

1) Βαλανεῖα —) Cum nostro loco cf. Homer. Iliad. κ. v. 576. Od. Θ. v. 450. et alibi; Pollux. L. X. Segm. 64.; Phavorin. et Harpocration. s. v. Βαλανεῖον; Hesych. s. v. Ἀσάμινθος et al.

2) δεῖμα) Reisk. et alii viri docti pro vulgato δεῖκα scribi iam volucrunt δεῖμα, quod Cod. B firmat. Eodem modo Codex Britannicus. Nam Iac. de Rhoer in Otio

Dav. c. 14. ad nostrum locum haec adnotat: *Recte Cod. idem legit* δεῖμα. *Idque melius, quam quod Rigaltius volebat* δεινά. *qui voculam τὰ infarcit, quam in textu non habemus. Video etiam sic iam correxisse Bossium Observ. crit. c.* 21. *qui Hesych.* Δεῖμα, δέος, φόβος *exponi docet, cui addi potest Suidas in illa voce.* Adde etiam H. Vales. in Emendd. L. III., ubi haec leguntur: — *Legendum videtur* δεῖμα; *ait enim Artemidorus lavacrum in somnis portendere animi anxietatem et timorem, eo quod inter lavandum color cutis mutari solet et pallorem contrahere.*

3) ὑπόμνημα πόνου ἢ πολέμου — λούεσθαι) Huc Plaut. Truc. Act. II. Sc. 3. v. 7.:

Asta. Mihi quoque prae lassitudine opus est, ut lavem.

et Hesych.: Λιπαροὶ πόδες. τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου παραγινομένους ἀλείφειν τοὺς πόδας. Cf. omnino etiam Poleni Suppl. Vol. IV. p. 1130.

4) λούσιντο) Sic Cod. B habet, et sic scripsi pro λούσοιντο. Paullo post Reisk. vult καθυπνήσειν pro δειπνήσειν. Sed vulgata bene habet, ac noster locus ita vertendus: *Nunc vero alii non prius edunt, quam laverint; alii etiam accepto ientaculo lavantur idque ante prandium; deinde videlicet sumturi coenam: et est nunc balneum nihil aliud, quam via ad cibum.*

5) — ὁδὸς ἐπὶ τροφήν.) In Suida legitur: — ἐπὶ τρυφήν, *via ad delicias*, quod rectum esse Rigaltius putavit. Alter scriptor apud eundem Suidam in v. Λουτρὰ ait μεθ' ἡδονῆς πρὸς ὠφέλειάν τε etc. adhibita lavacra. Sed vulgata melior videtur. Veteres enim saepe iungunt *balneum* et *triclinium*, ut Sueton. Vespasian. c. 21., vel alia vocabula, quae nostram lectionem comprobent.

6) ἀγαθόν, καὶ) Haec verba ex Cod. B inseruimus. In ceteris libris ea deerant.

7) ὑγίειαν) Hanc meliorem scripturam imprimendam curavi pro ὑγείαν. Nam πλημμελοῦσιν (Herodian. Fragm. ed. Hermann. p. 307.) οἱ λέγοντες ὑγεία τρισυλλάβως, δέον ὑγίεια τετρασυλλάβως. Μόνως γὰρ οὕτως καὶ οἱ ἀρχαῖοι εἰρήκασιν.

8) μὴ) Sic legendum, non ἢ, ut antea erat.

9) κατὰ ὥραν. καθ' ὃν —) Locus hic corruptus est. Nescio, an medelam afferam ita corrigens: — πυκνῶς καὶ παρὰ ὥραν καὶ καθ' ὃν οὐ προσήκει τρόπον: οὐκ ἀγαθὸν αὐτῷ.

10) οἱ περὶ μεγάλων ἀγωνιῶντες — ἱδροῦσι) Huc praeclare facit ille locus Lucae XXII. 44.: Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστερον προσηύχετο· ἐγένετο δὲ (i. e. enim) ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν. Ceterum pro καὶ ἐν τοῖς ἱματίοις ἱδροῦσι; ποιηρὸν Cod. B legit: καὶ τοῖς ἱδρῶσιν ὄντες· φοβερόν.

11) — ἀπολέσαν τὴν ἀρχαίαν ὀροφήν) Illud ἀπολέσαν edidimus coniectura ducti, pro ἀπολέσαντα. Nam referendum est ad βαλανεῖον. Et ὀροφὴν ex Cod. B in textu posuimus; quum antea legeretur: μορφήν. Omnia, ut puto, plana sunt.

12) — κιθαρῳδὸν ἐν Σμύρνῃ μέλλοντα τὸν ἱερὸν ἀγῶνα τ. Ἀ. ἀγωνίζεσθαι) Verba τὸν ἱερὸν ex Cod. B in textum revocavi. Totum autem hunc locum idem Cod. B ita affert: κ. ἐ. Σ. μ. ἀγωνίζεσθαι τὸν ἱερὸν ἀγῶνα τὸν Ἀδριανοῦ. De hoc certamine conf. A. Rubeni De Urbibus Neocoris Diatrib. in Graev. Thes. A. R. Vol. XI. p. 1358.

13) γενέσθαι) Sic Cod. B legit pro vulgato γεγονέναι. Aoristum γενέσθαι hanc ob caussam practuli, quod statim post in eadem orationis serie aoristus bis sequitur.

14) ὑγίειαν) Ita scripsimus pro ὑγείαν.

15) Στελγίδες καὶ ξύστραι —) Omnes libri habebant: στεργίδες. Pro quo aliquando conieci: στρεγγίδες (vel στραγγίδες a στράγξ) *stillicidia, gutti.* Artemidorus enim paullo post scribit: αἱ ξύστραι καὶ βλάβης εἰσὶ σημαντικαὶ διὰ τὸ ἀποξύειν τὸν ἱδρῶτα καὶ μὴ προστιθέναι τι τῷ σώματι, ita, ut

ξύστρας (strigiles) opponere videatur *stillicidiis*, quae nihil deradant, sed corpori aliquid apponant. Sed ipse quum haud multum tribuerem huic coniecturae: cum Rigaltio, Iacobo de Rhoer (in Otio Dav. c. 14.) et aliis scripsi: στελγίδες.

16) ἠνίξαντο) Ita pro ἠνίξατο Reisk. correxit; redit enim ad ξύστρας.

17) γυναῖκα οἰκουρὸν καὶ πιστὴν) Ante πιστὴν in libris erat: ἢ, quod cum Reiskio mutavi in καὶ.

Cap. LXV.

1) διελεῖν) In textu vulgato erat: διελθεῖν. Ego cum Reiskio correxi: διελεῖν, *distinguere*, quod verbum Cornarius quoque in versione usurpat.

Cap. LXVI.

1) Θερμὸν δὲ ὕδωρ — πᾶσι χωρὶς τῶν ἔθος ἐχόντων θερμῷ ὑδροποτεῖν.) Verba: πᾶσι χωρὶς, ex Cod. B in textum recepi, et ex μὴ, quod idem Cod. B habet, effinxi quod sequitur θερμῷ, putans illa verba ita collocata exhibere optimum sensum. Ergo exceptis iis, qui calidam aquam potare solebant. Erant enim, qui calida magis, quam frigida delectarentur, ut Rhodii et alii.

2) Οἶνον δὲ πίνειν ὀλίγον — μὴ μεθύσκεσθαι ἀγαθόν.) Scholiast. Aristophan. ad Equit. v. 1184.: Ἄριστη δὲ κρᾶσις, οἴνου δύω μέρη, καὶ ὕδατος τρία. Vide etiam D. W. Triller. de Vino Modico Hypochondriacis Salutari, in Opusc. Medicis et Medico-philologicis p. 541.

3) μανδραγόρας τ. ἀνθρώπους) Vulgo: μανδραγόρας ἀνδρὸς. Cornarius vertit: *dolores*, perinde ac si legisset ἀνίας vel ὀδύνας. Reisk. vult: τοὺς ἄνδρας. Ego τοὺς ἀνθρώπους edendum curavi potissimum Xenophontem (Sympos. c. 2. §.

24.) sequutus, ex quo Artemidorus hunc locum descripsit.

4) αὐτάρκη καὶ) Pro vulg. αὖταρ cum Reiskio scripsi: αὐτάρκη, cui praeclare oppositum est quod paullo post sequitur ἄμετρον.

5) πᾶσιν ἐπίσης. Ὁμοίως δ' ἐνταῦθα) Sic haec verba in ordinem redegi. Antea sic: πᾶσιν ὁμοίως ἐπίσης. ἐνταῦθα δ' —. Respondent enim supra verbis: Δοκεῖ δ. μ. ἐ. κ. ἄ. τ. εἰπεῖν. In Cod. B desunt verba: ἐπίσης et ὁμοίως.

6) εἴποι) Theogn. v. 211. sq.

7) Ἕπεται — μέθη παροινία.) Huc Athenaeus L. X. c. 12.: τὸ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται. et Hesych.: παροινία ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις, καὶ οἷα δήποτε ἁμαρτία.

8) μηλόμελι) Sic legendum. Antea erat in libris: μελίμηλον, mendose.

9) γάρον) Cf. Geoponic. L. XX. c. ult., ubi docetur, qua id arte pararetur. Usum gari hodieque esse Constantinopoli Bellonius prodidit.

10) Ἔλαιον δὲ πίνειν) Oleo non solum evacuantur venena, sed vis eorum ulcerans hebetatur, auctore Dioscoride L. I. c. 30. Hinc fortasse oleum per insomnium bibere venenum aut morbum praesagire scribit Artemidorus.

11) διψᾷν) Hoc verbum de appetitu vehementiore usurpatur. Vide Wetsten. ad Matth. V. 6. et Albert. in Obss. philol. p. 29.

12) Ἔτι τὰ κεράτινα καὶ διὰ τὴν ἀρχαιότητα —) Huc Auctor brevium scholior. ad Homer. Il. 8, 189.: ἐγκεράσασα) εἰς κέρας: πρὸ τοῦ γὰρ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, ἐν κέρασιν ἔπινον. Quocum cf. Athen. XI. 7., Nonn. Panopol. Dionysiac. L. XII. v. 200., Coel. Rhodigin. L. 27. c. 27. et L. 30. c. 1. aliosque. Etiam Indos talibus poculis usos, liquet e Ctesia in Annal. Indic. p. mihi 686.

13) κατάσσηται) Sic cum Reiskio scripsi pro κατεασσῆται.

14) Τοῦτο — ναυάγιον σημαίνειν.) Haec verba neque cum iis, quae praecedunt, neque cum iis, quae sequuntur, cohaerere mihi quidem videntur. Certe deletis iis omnia bene cohaerent.

15) — ποτηρίων στενόστομα οὐ πάλαι —) Pro πάλαι Cod. B habet: παλαιὰ. Sed nostrum πάλαι recte habet, et οὐ πάλαι est, quod nos dicimus: *eben nicht gar lange*. Haec autem ποτήρια στενόστομα confundi non debent cum *bombyliis*, quae et antiquioribus nota fuere. Bombylium Graeci appellarunt angustioris et praelongi colli vas, ad sugendi usum potius quam bibendi paratum. Declarat eximie Galeni locus octavo libro de Hippocratis scitis et Platonis: Τὰ παιδία, inquit, τῇ παρενθέσει τῶν χειλέων, ἔκ τε τῶν τιτθῶν ἕλκει τὸ γάλα, καὶ τῶν βομβυλιῶν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς ὑγρόν. Ad nostrum locum nescio an pertineat illud Fragm. Athen. apud Casaub. Animadv. p. 784.: Βῆσσα, ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν.

Cap. LXVII.

1) θρ. καὶ πικρίδες καὶ εἶτι) Ita cum Reiskio lego; quum antea libri haberent: θρ. καὶ εἶτι —.

2) ἀτράφαξυς) Antea: ἀθράφαξυς. Ego edidi: ἀτράφαξυς. Attici enim θ in τ mutant.

3) λεγομένων) Ita exhibet Cod. B et Aldus. In Rigaltii editione erat: λεγομένου, perperam.

4) ὀδεύουσι) Hoc corruptum videtur. Sed quomodo lux et medela afferenda sit, equidem nescio.

5) πέπον γὰρ τὸ προσφιλέστατον —) Pro πέπονα scripsi: πέπον, propter sequens neutrum τὸ προσφ., quod tamen pro προσφιλὲς in textum recepi partim auctoritate Codi-

cis B, partim quia Hesych. et Suidas superlativum habent. In priore enim verba haec leguntur: πέκον. προσφιλέστατε, προσηνέστατε. ἔκλυτε, μαλακέ. Verba autem Suidae invenies in Rigaltii Notis. Ad nostrum praeterea locum pertinent etiam verba Eustathii ad Homer. Il. II.: Εἰσὶ δὲ πέπονες μὲν οἱ ἔκλυτοι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πεπόνων καρπῶν, οἳ ἔκλυτοι γίνονται πεπανθέντες. etc. Δῆλον οὖν, ὅτι πέπων κυρίως πᾶς καρπὸς, φασὶν, ὡραῖος τοῦ φαγεῖν.

Cap. LXVIII.

1) — πισσοῦ, —) Sic ordinavi haec verba; quum antea legeretur: Τῶν ὀσπρίων πλὴν πισσοῦ, πάντα μοχθηρὰ, διὰ τ. ὅ. Certe sic Reiskii coniectura, secundum quam verba: τοῦτο δὲ ἀγαθὸν, inserenda essent, non indigemus. Paullo post dicit Artemidorus pisa maxime bona esse gubernatoribus — (*Haben die Alten zur See sich wohl auch schon der Erbsen gegen den Schaarbock bedient, wie Kook? —*).

2) διὰ τὸ πνεύματος εἶναι ποιητικὸς ἀτόπου.) ποιητικὸς in nominativo bene habet, attico more. Πνεῦμα ἄτοπον significat inhonestum flatum, ergo idem, quod alias πορδὴ est.

3) πορίζομένοις) Sic cum Reiskio scripsi pro composito προπορίζομένοις, quod libri habebant. Paullo post ante τρόφιμοι et post ἐπεὶ inserui particulam μὲν, ut verba ἐπεὶ μὲν verbis ἐπεὶ δὲ respondeant.

Cap. LXIX.

1) Ἄρτ. — καθαροί.) Huc facit Galen. de Aliment. Facult. L. I. c. 2.: — Εἰκότως τοίνυν οὗτοι μὲν (scil. καθαροὶ) καὶ ζύμης πλείονος χρῄζουσι, καὶ μαλαχθῆναι δέονται πάντων μᾶλλον, καὶ οὐκ εὐθὺς μετὰ τὴν ζύμην καὶ τὴν μάλαξιν ὀπτᾶσθαι· τοῖς πιτυρίαις δὲ ἀρκεῖ καὶ ζύμη βραχεῖα καὶ μάλαξις ἀσθε-

νὴς καὶ χρόνος ὀλίγος. Οὕτως δὲ καὶ τῆς ὀπτήσεως μακροτέρας μὲν οἱ καθαροί, βραχυτέρας δὲ οἱ πιτυρίαι δέονται. Τὸ μεταξὺ δὲ τῶν καθαρωτάτων τε καὶ ῥυπαρωτάτων οὐκ ὀλίγον ἐστὶ πλάτος ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἐνίων μὲν καθαρῶν, ἐνίων δὲ ῥυπαρῶν ὀνομαζομένων καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντων. Ἔστι δέ τι καὶ μέσον ἀκριβῶς αὐτῶν εἶδος ἄρτων, οἱ αὐτόπυροι προσαγορευόμενοι· συγκομίστους δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν. Ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀδιακρίτων ἀλεύρων οὗτοι γίνονται, μὴ διαχωριζομένου τοῦ πιτυρώδους ἀπὸ τοῦ καθαροῦ, πρόδηλον· ἐντεῦθεν γοῦν αὐτοῖς ἔθεντο καὶ τὰς προσηγορίας· αὐτοπύρους μὲν, ἐπείπερ ὅλος αὐτὸς ὁ πυρὸς ἀδιακρίτως ἀρτοποιεῖται· συγκομίστους δὲ, ὅτι συγκομίζεται σκευαζομένων αὐτῶν ἅπαν ἀδιάκριτον τὸ ἄλευρον. —. Καὶ παρά γε τοῖς Ῥωμαίοις, ὥςπερ οὖν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις σχεδὸν ἅπασιν, ὧν ἄρχουσιν, ὁ μὲν καθαρώτατος ἄρτος ὀνομάζεται σιλιγνίτης· ὁ δὲ ἑφεξῆς αὐτῶν σεμιδαλίτης. Ἀλλ' ἡ μὲν σεμιδαλὶς Ἑλληνικόν τε καὶ παλαιὸν ὄνομά ἐστιν· σιλίγνις δὲ οὐχ Ἑλληνικὸν μὲν, ἕτερος δὲ αὐτὴν ὀνομάζειν οὐκ ἔχω. Τροφιμώτατος μὲν οὖν ὁ σιλιγνίτης αὐτῶν, ἐφεξῆς δὲ ὁ σεμιδαλίτης. Καὶ τρίτος ὁ μέσος τε καὶ συγκόμιστος, ὁ καὶ αὐτοπυρίτης· ἐφ' ᾧ τέταρτόν ἐστιν τὸ τῶν ῥυπαρῶν εἶδος, ὧν ἔσχατος ὁ πιτυρίας, ὃς δὴ καὶ ἀτροφώτατός ἐστιν, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὑπέρχεται κατὰ γαστέρα. etc. Eodem fere modo etiam Paul. Aegin. L. I. c. 78.

2) ἀπορίαν) In Rigaltii edit. erat ἀπονοίαν, pro quo Aldus: ἀπονίαν. Nos cum Reiskio scripsimus: ἀπορίαν, quod Cod. B firmat.

3) Ἀ. κρίθινοι — πρώτην γ. τροφὴν τ. ἀ. δοθῆναι) Verbum δοθῆναι pro vulgato δεδόσθαι scripsimus auctoritatem Codicis B sequuti, et quia h. l. tempus historicum melius videbatur. Porro particulam ἂν, quae ante ἀνθρώποις erat, cum Reiskio eiecimus. Cum nostro praeterea loco cf. Scholia ab A. Bongiovanno edita ad Homer. Il. A. p. 101., Pausan. in Attic. c. 38., Porphyr. de Abst. L. II. §. 6., Dionys. Hal. A. II, 25. et praesertim Heynii Opuscul. Academic. Vol. I. p. 382.

Cap. LXX.

1) ταυρείαν.) Libri nostri habebant: ταυρίαν, quod mutavi in ταυρείαν scil. δοράν. Huc praeterea Eutrop. de Tarquinio Superbo loquens: *Iste primus excogitavit vincula, TAUREAS FUSTES, latomias, carceres.*

2) Ταύρεια δὲ τοῖς ἐν χειμῶνι —) Sic edidi certissima coniectura ductus. Nam vulgata lectio: τοῖς δὲ ἐν χειμ., vitiosa est; quia aliquod animal desideratur χειμῶνι ὁμώνυμον. Ac Casaubonus quidem legendum esse coniecit: τὰ δὲ αἴγεια τοῖς etc. vid. Rigalt. ad h. l. Sed meam emendationem Casauboni coniectura veriorem esse puto. Ut enim infra L. II. c. 12. Artemidorus de bubus loquitur et statim post de tauris: sic in nostro loco de carnibus bubulis et statim post de carnibus taureis; et ut illic tauri *(viventes)* mare tempestuosum navigantibus significant ac pericula: ita hic tauri *(mactati)* mare sedatum navigantibus significant ac periculorum dissolutionem. Adde etiam, quod post ταυρείαν excidere ταύρεια facillime potuit. Hic praeterea locus item corruptus in Cod. B, qui pro: τὴν ταυρείαν. Ταύρεια δὲ τοῖς ἐν, habet: τὴν ταυρίαν δὲ αἱ περὶ (tribus punctis superpositis) ἃ δέ τοῖς ἐν.

3) — χοῖρος) Huc Porphyrius de Abst. ab esu anim. L. I. §. 14.: αὐδὲ γάρ ἐστι χρήσιμον πρὸς ἄλλό τι ὗς ἢ πρὸς βρῶσιν. et idem Porphyr. L. III. 20.: ἡ δὲ ὗς γέγονε πρὸς τὸ σφαγῆναι καὶ καταβρωθῆναι. ad quos locos v. Iac. de Rhoer. Eodem modo, quo Porphyrius, et alii multi veteres de sue iudicant. Itaque veteribus ignota fuisse videtur utilitas ea, quam sues adferunt tanquam instrumenta purgatoria aëris; quum multas res devorent, quae alioquin cum odoribus tabificis inficerent. Nisi forte Seneca ille indagator naturae de hac utilitate loquutus est.

4) μετὰ πρ.) Asteriscum post μετὰ cum Reiskio delevi.

5) ἐπεὶ — ὠμῶν κρεῶν.) Huc facit Porphyrius de Abst. ab es. an. L. I. p. 23. ed. Iac. de Rhoer: εἶναι μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ τὸ σαρκοφαγεῖν· παρὰ φύσιν δὲ τὸ ὠμοφαγεῖν. ad quem locum vide Rhoer.

6) — μέγα μετὰ τὸν ἐσθιόμενον παραμενεῖ) Ita cum Reiskio lego. Sententia plana est. Antea: μέγα τῶν ἐσθιομένων παραμένει.

7) ὕνασθαι —) Huc Epistol. ad Philemon. 20.: Ναὶ, ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν κυρίῳ· ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν κυρίῳ. ad quem locum vide et Wetsten.

8) ἢ παιδικῶν) Sic cum Reiskio legendum. Libri habebant: ἢ δικῶν.

9) ἄλλως) Sic pro ἄλλους legendum; et sic Rigaltius et Reisk. iam volucrunt.

10) ἁλιείας) Sic scribendum putavi; nam eodem modo etiam infra L. II. c. 14. reperitur; non, ut vulgo, ἁλίας.

Cap. LXXI.

1) Ταρίχη) Editum erat: Τάριχοι. Nos scripsimus: Ταρίχη, in neutro. Sic enim Attici. cf. Photii Μυριόβιβλ. ed. Hoeschel. p. 1589.

Cap. LXXII.

1) — ἐπινίκιος.) Huius placentae victorialis mentionem faciunt Pollux L. VI. Segm. 111. et 108., Athen. XIV. 14., Aristophan. Thesm. 100., ut alios omittam.

2) ὑποτριμμάτων) Sic scribendum uno vocabulo, non, ut antea, ὑπὸ τριμμάτων. De vocabulo ὑποτρίμματα videre licet Vales. ad Harpocration. ad vocabulum: Ἐνθρυπτα.

Cap. LXXIII.

1) — Ἔριδος.) Eris et eius pomum res notissima. Innuit pomum hoc non γλυκύ, sed ὀξὺ fuisse. Eo forsan respicit noster Artemidorus.

2) — ατύφου.) Dioscorides L. I. c. 160. de cydoniis loquens: στεγνωτικὸν γὰρ καὶ στυπτικὸν γίνεται.

3) κατάσσεται) Rigaltius habet: πατάσσεται. Uterque Codex et Aldus: κατάσσεται, ut edidimus.

4) — εὐταρύφων) Io. Tzetz. Schol. ad Hesiod. Ἔργ. κ. ἡμ. v. 1.: Ῥῆσον δὲ (υἱὸν) τῆς Εὐτέρτης, ὅτι τῶν πρὸς κόσμον καὶ ὡραιότητα σώματος στολισμῶν εὐταρύφων εὑρετὴς ἐγεγόνει. Utuntur hac voce etiam Lucian. in Demonacte §. 15. et §. 41. in Somn. §. 16., Alciphron L. III. ep. 42., Aristaenet. L. I. ep. 27. Vide et Hesych. s. v. Εὐτάρυφα, et Albert. ad h. l.

5) ἐναργὲς) Ita cum Reiskio scripsimus. Postulat id sententia. In libris erat: ἐναγὲς.

6) — Ἴδαν) Cum hoc loco conferendus Wetsten. ad Marc. XI. 13. ad illa verba: καιρὸς σύκων.

7) Συκάζειν — παλαιοί.) Hinc sua descripsit Suidas. Ad nostrum praeterea locum pertinent Thucydid. I. 26.: τούς τε φεύγοντας ἐκέλευον κατ' ἐπήρειαν δέχεσθαι αὐτούς. ibique vide Duker. et Hesych.: Συκάζει. δοκιμάζει. συκοφαντεῖ. ἢ σῦκα τρώγει etc. ibiq. Albert.

8) ἡ συκῆ) Sic legendum propter sententiam, non τῇ ψυχῇ, ut antea legebatur.

9) Ῥοαὶ — Ἐλευσῖνι λόγον.) De Agdistide eiusque fabula praeter locos a Rigaltio prolatos vide etiam Muratorii Nov. Thes. Inscr. T. I. ibique notam ad Inscr.:

ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ ΑΓΓΙΣΤΕΙ ΑΜΕΡΙΜΝΟΣ
ΟΙΚΟΝΟΜΟΣ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΙΧΗΝ.,

Poleni Suppl. Vol. IV. p. 841. sqq., Gronov. Thes. A. Gr. Vol. I. s. Titulo: Atys. et I. Meursii Eleusinia c. 25.

10) βερεκόκκια) Ita cum Reiskio scribendum. Antea erat: βερόκκια, quod in πρικόκια perperam emendat Rigaltius. Nam etsi apud Romanos ille fructus hoc modo, quo Rigaltius emendare voluit, appellabatur; atque etsi a Romanis Graeci illam appellationem acceperunt: certum est tamen Graecos Latinas voces ad graecam formam et sonum saepenumero deflexisse. Ex illo *praecocia (praecoca, praecoqua)* suum illud varie concinnarunt: modo: βερίκοκκα, βερίκωκα, βερύκοκκα, βερ'κουκα; modo: βερέκοκκα; modo: βερικόκκια, βερεκόκκια; modo, ut alias variationes taceam, etiam: βρεκόκκια. Asteriscum praeterea delevi.

11) ὁ δὲ καρπός.) Cornarius vertit: *de fructu sane loquor.* Ex hoc Reiskius concludit illum pro ὁ δὲ legisse ὅ γε. et in hoc eum laudat. Sed particula δὲ bene habet ac significat, ut saepe apud Graecos: λέγω, *inquam.* Ergo melius vertendum: *fructus, inquam.* Nos dicimus: *ich meyne nämlich die Frucht.*

12) Ἀχράδες καὶ ὄχναι) Differunt haec. Ἀχράς, inquit Dioscorides L. I. c. 168., εἶδός ἐστιν ἀγρίου ἀπίου, βραδέως πεπαινομένη. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικωτέραν ἀπίου. Ὄχνη πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει. Στύφει δὲ καὶ τὰ φύλλα αὐτῆς. Ἡ δὲ ἐκ τοῦ ξύλου αὐτῶν τέφρα βοηθεῖ ἐναργῶς τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις. Φασὶ δέ τινες * ὅτι κἂν συνεψήσῃ τις ἀχράδας μύκησιν, ἀβλαβεῖς αὐτοὺς γίνεσθαι. Et porcis obiici solet pyri hoc genus. Aristotel. H. A. L. VIII. c. 6.: ἀχράσι παίνεται ὗς. Porro Ὄχνη, agrestis quidem pyrus, ac spinis etiam horrida, sed quae translata est et fructus fert pulchros et bonos. Hinc fit, ut nonnunquam pro pyro sativo accipiatur. Ut apud Homer. Od. VII. 120, ubi Alcinoi hortum describit.

Cap. LXXIV.

1) παροψίδες) Vulgo: παραψίδες, quod tuetur Rhoer in Otio Daventr. c. 14. ita scribens: *Rigalt. citat παροψίδα, eamque vocem e Suida illustrat. Retineo vulgatum, quod codices praeferunt, παραψίδα. Utroque ergo modo vox scribitur. Apud Latinos similiter, non modo paropsis, sed parapsis etiam exaratur. Immo parabsis quoque in antiquis codicibus effertur, qua de re Heins. ad Prudent. Psychomach. v. 532. Notat παροψὶς obsonium, seu catinum etiam, quam quidem notionem Attici sermonis magistri damnant, sed immerito, ut recte notavit Hemsterh. ad Poll. X. segm. 87. Addit Vir Cl.: „sed quod magis mirere, apud Suidam et Hesychium παραψίδες ἢ παροψίδες legitur, cum tamen apud Graecos de ista discrepantia nihil quidquam compertum habeam.“ Credebam, ut multa alia, ex hoc loco esse desumtum. Ut verum tamen fatear, apud Suidam non inveni. Hesychius autem expresse; quod nostram scripturam firmare potest.* Sed etsi ille vir graece doctissimus vulgatum defendit: attamen' ei assentiri non possumus. Nostra enim scriptura, praeterquam quod alii multi scriptores eam habent, etiam in Nov. Test. invenitur, cuius oratio simillima Artemidoro. Ut ap. Matth. XXIII. 25.: τῆς παροψίδος. Adde, quod secundum derivationem aptius scribitur: παροψίς.

2) πρὸς τοὐναντίον) Sic Reisk. emendavit. Legebatur: πρὸς αὐτούς.

3) τὴν) Hunc articulum cum Reiskio posui. Mox post ὁ τρόπος ἢ et ante ἑστία scripsi articulum ἡ, eodem Reiskio praeeunte.

4) τρίποδος) Huc faciunt Xenophon Anab. L. VII. c. 3. §. 10. in convivio Scuthae: τρίποδες εἰσηνέχθησαν πᾶσιν· οὗτοι δ' ὅσον εἴκοσι, κρεῶν μεστοὶ πεπεμμένων, etc. et Iul.

Pollux L. X. Segm. 80.: Ἡ δὲ ὑποκειμένη τοῖς ὄψοις τράπεζα, καὶ τρίπους ἂν καλοῖτο.

5) ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔσω ἰδίως —) Ita posuimus. Nam antea verba inversa erant: ἐ. τ. μ. ἔξω ἰ. τ. γ., τ. δ. ἔσω τ. ἄ., quod est contra morem. ΕΣΩ autem et ΕΞΩ facile commutari poterant et inverti. Quae paullo post sequuntur verba: οἱ τοῖχοι τῶν κλινῶν, idem significare nonnulli dicunt quod τὰ ἐνήλατα. At illa: οἱ τ. τ. κ., accipienda sunt de lectis *triclinia*ribus, et haec: τ. ἐνήλ., de lectis *cubicularibus*. Porro pro κατὰ ταῦτα ante δὲ τοῖς ἐνηλάτοις correximus: κατὰ ταὐτὰ.

6) τραπεζοφόροι) Cornarius vertit: *fulcra mensae*, perperam. Illud enim vocabulum h. l. sumendum est non de fulcris mensarum, sed de mensis ipsis, idque de iis, in quibus vasa potoria reponuntur, et de quibus Pollux L. X. Segm. 69. haec scribit: Ἐξεστι δὲ τὴν τράπεζαν, ἐφ' ᾗ τὰ ἐκπώματα κατάκειται, τετράπουν τε τράπεζαν εἰπεῖν, καὶ μονόπουν· καὶ εἴ τις βούλοιτο φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τὴν καινότητα τῆς χρήσεως, τραπεζοφόρον· οὐκ ἐπὶ τούτου μὲν γὰρ εὗρον τοὔνομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Γεωργοῖς· ἐπεὶ δ' οὖν εἴρηται ὁ τραπεζοφόρος, ἔστι καταχρῆσθαι τῷ ὀνόματι ἐκεῖ ῥηθέντι ἐπὶ τοῦ τὴν τράπεζαν φέροντος, ἢ ἐπῆσαν τοῖς ἄρχουσιν αἱ μυῤῥίναι. Itaque in nostro loco potius scribendum: τραπεζοφόρα. Nos dicimus: *Kredenztische*.

7) Ὁμοίως) Hoc dedit Cod. B. Antea: ὁμοῖον, minus bene.

8) προσπησσόμενα) Pro vulgato προσπτυσσόμενα Codicis B auctoritatem sequutus scripsi προσπησσόμενα, ut aptius, propter vocabulum, quod antecedit: ἀγκῶνες, quod h. l. significat: *brachia sellae*. Itaque hunc locum sic verto: *Brachia sellae autem et omnia, quae alicui supellectili adpanguntur, ornamentum vitae significant.* Eodem modo Latini: *ancones*. ut Cael. Aurelian. Morbor. Chronic. II. 1. 46.

9) παλλακίδας) Sic scribendum duobus λλ. In omnibus libris erat παλακίδας.

10) ἀναγνόντας παρ' αὑτῶν) Particulam καὶ, quae ante παρ' erat, expunxi, ut ineptam.

Cap. LXXVI.

1) — ᾠμῷ, τῇ γαστρὶ τὴν ἀποφορὰν ἀποδῶσι) Pro τῇ ἀρχῇ nos cum Rigaltio scripsimus: τῇ γαστρὶ. Vertendum est: *quoniam non prius saltant, quam ventri exactori, et domino praefracto atque indomito reditum exsolverint.* Nobis consentit et Iul. Caes. Bulenger. de Theatro L. I. c. 51.: de Pantomimicis et aliis saltationibus. Qui tamen verba, quae proxime sequuntur, ita profert: τότε καὶ ὀρχοῦνται, καὶ ἁπλοῦνται τὰ σώματα.

2) ἵνα διανεύσῃ, ὅσα βούλεται σημαίνειν) Pro σημαίνειν Cod. B habet. σημαίνει. Et pro διανεύσῃ cum Reiskio scripsi: διανεύσῃ. Ceterum verba, quae proxime antecedunt, hoc modo intelligenda: Puerum saltantem, id est, Pantomimum, videre, cum et surdum et mutum fore significat. Cf. Octav. Ferrar. de Pantomimis et Mimis VIII., Oudend. ad Appulei. Metam. L. VI. pag. 427. et seq. ad verba: *Venus suavi Musicae suppari gressu formosa saltavit.*, Dempster. ad Rosin. Ant. Rom. L. V. c. 29. p. 371., C. Barth. ad Claudian. 309. p. 177. ad verba: *Qui Nutu Manibusque Loquax.* et Commentatores ad Petronii Superioris Satyrici Fragm.: Albutia. ad verba: *Manu puer loquaci.*

3) οὔτε πλουσίᾳ) Vulgatum οὐ cum Reiskio in οὔτε mutavi, quia statim οὔτε sequitur. Verba, quae paullo ante praecedunt: βασιλικὰ μὲν πρόσωπα μιμεῖται etc., sunt de Pyladea saltatione intelligenda. Cf. Commentatores ad Petronii Satyric. c. 80. ad verba: *Grex agit in scena mimum* etc., Nicolai Calliachii de Ludis Scenicis Mi-

morum et Pantomimorum Syntagma Posthumum etc. pag. 94., Io. Baptista Casalius de Tragoedia et Comoedia Cap. II., Iul. Caes. Bulenger. de Theatro L. I. c. 51. et Dempster. ad Rosini Antiq. Rom. L. V. c. 29. p. 371., ut alios omittam.

4) — χειρῶν ἔκτασιν) Huc faciunt Evang. Ioann. c. 21. v. 18.: — ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου etc. et Arrian. Epictet. III. 26.: ἵν' ἐν τῷ βαλανείῳ ἐκδυσάμενος καὶ ἐκτείνας σεαυτὸν, ὡς οἱ ἐσταυρωμένοι, τριβῇ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Cum nostro practerea loco cf. Plaut. Pers. V. 2. 72. sq. et Mil. Glor. II. 4. 6. aliosque complures.

5) Τροχοπαικτεῖν δέ, ἢ μαχαίρας περιδινεῖσθαι ἢ ἐκκυβιστᾶν) Pro τροχοπεκτεῖν scripsi: τροχοπαικτεῖν. Pro μαχαίρας legi vult Reiskius: μαχχαίραις in dativo, et sic tacite emendat etiam Io. Meursius de Saltationibus Veterum sub: Κυβίστησις. Ego retinui vulgatam, quam omnes libri habent; sive accusativus absolutus, sive supplendum: κατὰ. Nam et περιδινεῖσθαι et ἐκκυβιστᾶν referendum est ad μαχαίρας. Huc practerea pertinent Xenophon in Sympos. c. II. §§. 11. et 14.; idem Xenoph. in Memorabilibus Socratis (melius: *in Commentariis Socratis;* ἀπομνημονεύματα enim sunt *Commentarii.*) I. 3, 9.; Athenaeus L. IV.: θαυματουργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιστῶσαι, *mulieres praestigiatrices in caput se provolventes per erectos pugionum mucrones.;* Pollux L. IV. c. 14.: καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα σιμὴ, καλαθίσκος, χεὶρ καταπρανὴς, κυβίστησις. Mirabilis huius saltationis mentio fit iam apud Homer. Iliad. 18. 604. sq. et Odyss. 4. 18. sq. Qui tamen locus posterior, ut opinor, illuc non pertinet. Ceterum conf. cum nostro loco praeter Meurs. l. c. et Bulenger. de Theatro L. I. c. 37. inprimis illud Commentariolum Epistolare, quod sic inscribitur: *Paulli M. Paciaudii Cl. Reg. Presbyteri Historici Ordinis Hierosolymitani De Athletarum* Κυβιστήσει *in Palaestra Graecorum. Romae*

1756. in 4. 33 P., ubi p. 19. noster quoque locus profertur: *Nihilominus*, inquit, *illud Artemidoro non ego facile assentiar:* ἐκκυβιστᾶν εἰς τὰς μαχαίρας τοῖς μὲν ἔθος ἔχουσιν οὐ πονηρόν, *in caput desaltare per enses his, quibus est mos, non laboriosum; nam etsi usu, atque exercitatione difficultas laborque imminueretur, gravi tamen contentione ac periculo ea saltatio vacare minime poterat.* De Germanis veteribus scribit Tacit. de Morib. Germ. §. 24. hoc modo: *Genus spectaculorum unum, atque in omni coetu idem. Nudi iuvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios atque infestas framcas saltu se iaciunt.*

6) ἄλλον) Ita legendum pro μᾶλλον.

7) Μιμολόγοι δὲ καὶ ἅπαντες οἱ γελωτοποιοὶ) Vulgo: Μιμολόγοις δὲ καὶ ἅπασι τοῖς γελωτοποιοῖς, plane inepte. Nos Codicem B sequuti sumus, in quo tamen articulus: οἱ, deest.

8) Ἄιδειν ἐν ὁδῷ — ὑποζυγίῳ) Pro edito ὑποζυγίᾳ cum utroque Codice MS. scripsi: ὑποζυγίῳ. Illud ᾄδειν ἐν ὁδῷ autem est: *canere in via extra urbem.*

9) Ἄιδειν δὲ ἐν βαλανείῳ) Conf. Is. Casaubon. ad Theophrasti Charact. c. 4.: Περὶ Ἀγροικίας, ad illa verba: καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾄσαι.

Cap. LXXVII.

1) — ἐξ ἀνθέων) Pollux L. VI. Segm. 106.: Τὰ δὲ ἐν τοῖς στεφάνοις ἄνθη: ῥόδα, ἴα, κρίνα, σισύμβρια, ἀνεμῶναι, ἕρπυλλος, κρόκος, ὑάκινθος, ἑλίχρυσος, ἡμεροκαλλὲς, ἐλένειον, θρυαλλὶς, ἄνθρισκος, νάρκισσος, μελίλωτον, ἀνθεμὶς, παρθενὶς, καὶ τ' ἄλλα, ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς τέρψιν, ἢ ῥῖσὶν ἡδεῖαν ὄσφρησιν ἔχει.

2) ναρκίσσων) Sic pro ναρκίσῳ scripsi, et sic quoque Reisk. voluit.

3) βλέπωνται, διὰ τὴν ἱστορίαν; μάλιστα δὲ τοῖς) Ita cum Reiskio legendum. Antea perperam legebatur: βλέπωνται. μάλιστα δὲ διὰ τὴν ἱστορίαν. μάλιστα τοῖς —.

4) πορφυροῦν — θάνατον) Huc pertinet De Sainte-Croix Recherches sur les Mysteres du Paganisme. Sect. IV. Article IV. p. 175. sq.: *Les Eumolpides et les autres Prêtres d' Eleusis prononcerent leurs imprécations contre Alcibiade, en se tournant du côté du couchant, et en relevant leurs robes de pourpre (Lys. contr. Andoc. p.* 107.). *On étoit obligé de s'en servir toutes les fois qu'on sacrifioit aux Euménides (Aeschyl. Eumen. v.* 1036.). *La laine teinte en cette couleur et cardée (S. Epiph. adv. Haeres. p.* 1092.), *devoit être également usitée dans les sacrifices préparatoires aux mysteres: il en étoit fait mention par Théodore Panage, à l'occasion des Céryces (Etym. Magn. in v.* Ἡμεροκαλλές.). *Les lits des initiés, pendant la célébration de cette fête, étoient entourés de bandelettes de la même couleur (Plut. vit. Phoc. T. IV. p.* 203.), *qui étoit, suivant Homere (Iliad. V.* 83., *XVI.* 334., *XX.* 477.), *celle de la mort, avec laquelle Artemidore prétend que le pourpre avoit un singulier rapport. Ceux, qui avoient vécu pieusement, devoient habiter aux enfers dans des prés émaillés de roses pourprées (Plut. de occult. vivend. T. II. p.* 1030.). *Les Anciens répandoient sur les tombeaux d' autres fleurs de la même couleur (Virg. Aen. VI.* 884.), *ainsi que de celle de safran (Iuvenal. Sat. VII. v.* 208.). etc. Vide etiam Nostrum L. II. c. 3.: Πορφυρᾷ δὲ ἐσθῆς —. et Clem. Alexandr. Paedagog. L. II. c. 10.

5) κατὰ μὲν τὸν καιρὸν) Pro παρὰ cum Cornario et Reiskio lego κατὰ.

6) νοσούντων καὶ τῶν λανθάνειν πειρωμένων) Ita correxi, et eodem modo corrigi voluisse Reiskium video. In libris erat: νοσ. κ. τοῦ λανθάνειν πειρωμένου.

7) ὅπου δὲ) Particulam δὲ pro γε posui propter antecedens μὲν post κατὰ et ante τὸν καιρὸν.

8) μέχρι

8) μέχρι παντὸς ὁ ἀμάραντος) Ita correxit Reiskius. Postulat id sententia. Asteriscum post παντὸς delevi. Antea legebatur: μ. παντὸς ἀμαράντους —.

9) ἡ γὰς νεκροῖς) Vulgo: ἱεροῖς. Cod. B habet: νευροῖς, quod mutavi in νεκροῖς. Nam νεκροὶ et θεοὶ et paullo post ἄνθρωποι optime inter se opponuntur. Ἄνθρωπον enim Graeci appellarunt, quod sursum spectet. Conf. Lactant. Divin. Institut. L. II. de Origine Erroris. c. 1. T. I. p. 115. edit. du Fresne. Νεκροὶ autem sunt ἥρωες, quod mihi aliquando in mentem venit pro vulgata ἱεροὶ. Ceterum meminere στεφάνων ἀμαραντίνων etiam Philostrat. Heroic. p. 741. et Tibull. III. 4. 33, ut alios missos faciam.

10) — ἀναβάλλυνται τὰ πράγματα) Reiskius legit: ἀναβάλλουσι: in quo non sum eum sequutus. Quod autem idem statim post, articulum τὰ, inseruit, in eo sum eum sequutus. *Monuisse* praeterea hic *liceat*, ut Spanhemii (de Usu et Praestant. Num. T. I. p. 162.) verbis utar, *SPEM in Nummis, non herbam trifolii, ut existimabat Ant. Augustinus Dialog. II., sed revera lilium, ut monuerunt alii, opportuniori symbolo praeferre; quod ex monumentis plasticis Romae nuper cum eodem illo SPEI habitu effossis, certo mihi demum licuit. Unde lucem quoque mutuatur Artemidorus, eamque vicissim commodat his nummis, qui coronas ex Liliis plexas, ut certum rem in spes differendi ac prolatandi augurium notat.* etc.

11) Σιτυμβρίου δὲ, καὶ ἀμαράκου φρυγίου, καὶ λαπάθου, καὶ ἑλ.) Adiectivum φρυγίου, quod antea post λαπάθου scriptum erat, huc retraxi post ἀμαράκου. Cf. Rigalt. ad h. l.

12) — ῥοδοδάφνης κηπωρικῆς καὶ γεωργικῆς — ἀγαθόν) Recte; nam *nonnulli*, ut Palladius de R. R. L. I. c. 35. dicit, *rhododaphnes foliis aditus eorum* (scil.: murium) *claudunt, qui rosis his, dum in exitu nituntur, intereunt.* Idem dicitur in Geoponic. L. XIII. c. 5., ubi περὶ μυῶν

ἀρουραίων Apulei Fragmentum invenitur. Verba, quae huc faciunt, haec sunt: οἱ δὲ κατὰ Βιθυνίαν ἤμπειροι ῥοδοδάφνης φύλλα εἰς τὰς ὀπὰς ἐμφράττουσιν, ὥστε αὐτοὺς ἐξιέναι σπεύδοντας τοῖς ὀδοῦσιν ἅπτεσθαι. Ἁπτόμενοι γὰρ διαφθείρονται. Et Plinius paullo uberius L. VI. c. 20.: *Rhododendron, ut nomine apparet, a Graecis venit: alii Nerion vocarunt, alii Rhododaphnen; sempiternum fronde, rosae similitudine, caulibus fruticosum. Iumentis caprisque et ovibus venenum est.* etc. Statim post addit noster Artemidorus: τοῖς δὲ ἄλλοις μόχθους σημαίνει. Hinc lux afferenda est Galeno in Admonition. ad litteras liberales addiscendas c. 6. de Athletis: ῥοδεδάφναις τὰ νῶτα διακναίονται. Nimirum athletarum terga rhododaphnes foliis tanquam strigile defricabantur, ut a sordibus palaestrae unctione et pulverea volutatione collectis nitidiora comparerent. Ceterum conf. cum hoc loco infra L. II. c. 25., ubi Artemidorus dicit, rhododaphne refectionem significari.

13) — τὸ ἐπίθυμον καὶ τὸ μελίλωτον — ἰατρῶν; τούτοις γάρ ἐστιν ἀγαθά.) Ex Codice B huc deduxi ἐστιν, et, ut video, Reiskius quoque id voluit. Antea legebatur: ἔνεστιν, quod minus placet. Ad nostrum praeterea locum faciunt Dioscorid. IV. 179.: ἐπίθυμον θύμου ἐστὶν ἄνθος τοῦ σκληροτέρου καὶ θύμβρᾳ ἐοικότος. — πιόμενον δὲ σὺν μέλιτι κάτω καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν., Aëtius L. I.: Ἐπίθυμον κατὰ πάντα ἰσχυρότερόν ἐστι τῆς θύμου δυνάμεως, ξηραῖνον καὶ θερμαῖνον κατὰ τὴν τρίτην ἀπόστασιν, καθαίρει δὲ τὸν μελαγχολικὸν χυμόν., Ruf. Ephes. de medic. purg. p. 17.: συμφέρει δὲ ἐπίθυμον τοῖς φυσώδεσι καὶ ὑποχονδριακοῖς. et idem Dioscorid. III. 48.: Μελίλωτος, κράτιστος ὁ Ἀττικὸς καὶ ὁ ἐν Κυζίκῳ, καὶ ὁ ἐν Χαλκηδόνι γεννώμενος· κροκίζων καὶ εὐώδης. —. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, μαλακτικὴν πάσης φλεγμονῆς, μάλιστα δὲ τῆς περὶ ὀφθαλμούς, καὶ μήτραν, καὶ δακτύλιον, καὶ διδύμους, μετὰ γλυκέος ἐψηθεὶς καὶ καταπλασθείς· etc.

14) Σελίνων — στέφανός οὗτος) Asteriscum post ὑδρωπιάσαντας delevi. Ceterum huc faciunt praeter locos a Rigaltio prolatos etiam Eustath. ad Homer. Iliad. Π. 283.: Σελινον γὰρ σύγκειται ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι ἕλει, ἤγουν ὁρμᾶσθαι, καὶ αὔξεσθαι ἐν διύγρῳ τόπῳ., Michael. Apostol. Proverb. Centur. XVII. Prov. 30.: Σελίνου στέφανος πένθιμος) Τὸ γὰρ σέλινον πένθεσι προσήκει· ὡς ἔφη Δοῦρις ἐν τῷ Περὶ ἀἰώνων. et Hesych.: Σελίνου στέφανος πένθει προσήκων. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ Ἰσθμικῷ ἀγῶνι στεφάνῳ ἐχρήσαντο αὐτῷ.

15) υἱὸν μὲν ὁ φοῖνιξ) Huc Spanhem. de Praest. et Us. Num. T. I. p. 336.: „— Horat. L. I. Od. 1.: — *Palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad deos.* Plinius (X. 63.) autem alicubi: *Messalina Claudii Caesaris coniux. Regalem existimans Palmam* etc. Quin valde adposite hanc in rem Artemidorus alicubi auctor est, Principum liberos per *ramos Palmarum* designari. Unde certe haud male collegisse videtur Tristanus, signatos in quodam Constantii nummo tres Palmae ramos denotare tres Magni Constantini filios.“ Et Catalogue de quelques Medailles recueillies par Shaw en Afrique, et qui semblent avoir été frappées dans ce Pais-là.:

„No. XV.: Celle-ci porte pareillement d'un côté, une Tête ceinte d'un diadème avec une barbe, qui avance et qui se termine en pointe, comme sur la Médaille precédente: les cheveux sont frisés ou bouclés.

De l'autre, on voit un Cheval, qui galope, et derriere lui un rameau de Palme.

Ce rameau de Palme peut désigner quelque victoire remportée sur les ennemis, ou bien le jeune *Iuba,* supposé que la Médaille ait été frappée sous son Pere; car Artemidore dit, que les Enfans des Princes sont désignés par des rameaux de palme: d' où il semble, que Tristan n'a pas mal conclu, que les trois rameaux de palme, que l'on voit sur une Médaille de l' Empe-

reur Constance, dénotent les trois fils de Constantin.“ Cum nostro loco conf. omnino et. Geoponic. X. 4.

16 — ἄρχειν ὁρμωμένοις) Sic legendum. In Rigaltii edit. perperam impressum erat: ὁρωμένοις.

17) ἀδεΐξους) Ita exhibet Cod. B, quem sequutus sum. Antea: ἀπόρους, mendose. Cornar. vertit. *intrepidos*, tanquam in exemplo eius scriptum fuisset: ἀφόβους.

18) δοκῶσιν) Ita correxi pro δοκοῦσιν. Nam dependet a particula, quae praecedit: ὅταν.

19) ὁ μυρσίνης — θεαῖς τὸ φυτόν) Profert hunc locum Iosephus Lanzonus de Coronis et Unguentis. §. XII., ubi haec leguntur: *Amaracus nil aliud est quam maiorana, ut habetur ex Matthiolo, Mizzaldo, Carolo Stephano, aliisque huiusmodi Scriptoribus, et haec cum Dioscoride, Theophrasto, Diocle, et Plinio nihil a sampsycho differt: quamvis Galenus et Paulus Aegineta aperte amaracum a sampsycho distinguant. Sed nihil haec ad rem nostram: clarum enim est per allegatum Pollucem, Nauceratiten coronam ex maiorana compositam fuisse; et per Athenaeum ex myrto planta Veneri sacra; atque item Cereri, iuxta Artemidorum L. I. ubi narrat myrti significationes per somnium: „Myrtea vero eadem quae oleacea significat; verum agricolis commoda propter Cererem, et mulieribus propter Venerem: est autem* (melius: enim) *communis utrique Deae haec planta.“ Ex illa vero subita myrti apparitione in navi Polycharmi, myrteam fuisse Nauceratiten coronam magis affirmari potest: ast quia myrto superaddita fuit rosa, ut lubet Athenaeo, maioranam quoque copiose in eadem corona intextam fuisse haud incredibile est. Quapropter et Pollucem et alios plures Auctores, de quibus Athenaeus, ex magna fragrantia amaracum, seu maioranam, in coronis fuisse, arbitrasse credendum est, eo magis, quod Dioscorides maioranam coronamentis aptam testa-*

tur: sicut et Theophrastus inter flores et plantas coronarias sampsychum a Diocle unà cum amaraco enumeratam asserit. Et quia amaracus plurima est in Aegypto, monente Pascalio; atque odoratissima per Theophrastum ibi germinat myrtus, utramque plantam in coronis efformandis intextam fuisse arbitrandum facile est unà cum rosa, Veneris, Cupidinis, et Gratiarum flore. Ceterum pro κοινὸν δὲ ταῖς θεαῖς τὸ φυτὸν Cod. B habet: κοινὸν γὰρ ταῖς θεαῖς, διὰ τὸ φυτὸν.

20) Στέφανοι κήρινοι πᾶσι κακοί, μάλ.) Asteriscum post κήρινοι delevi; et κακὸν, quod antea erat, mutavi in κακοί, propter nominativum: στέφανοι. Pro κήρινοι Aldus habet: κρίνινοι. Statim post addit Artemidorus: τὸν θάνατον κῆρα καλοῦσιν οἱ ποιηταί. Vide Scholiast. Homer. ad Iliad. I. 228. et alibi. Huc facit etiam Etymol. Magn.: Κήρ, ὀξυτόνως, γένους θηλυκοῦ, καὶ σημαίνει τὴν θανατηφόρον μοῖραν· καὶ γίνεται παρὰ τὸ καίω, κέκηα· —. Ἐκ τοῦ ἔκηα· τοὺς γὰρ ἀποθνήσκοντας ἔκαιον οἱ παλαιοί. Κὴρ οὖν ὁ θάνατος. etc. Ad priora verba: στέφανοι κήρινοι πᾶσι κακοί, nescio an faciat Proverbiorum e Vatic. Append. Cent. II. Prov. 42.: Κήρινος θάνατος.) Καινίας ἐν Κρότωνι τυραννίδα κατασκευασάμενος περὶ τῆς ἀρχῆς ἀνηρώτα τὸν θεόν. Ὁ δὲ ἀνεῖλε, ὡς κήρινος αὐτὸν ἀναμένει θάνατος. Ἐκ δὲ τῆς θυρίας δύο νεανίσκοι ἐπέστησαν γραμματίδιον ἀναδιδόντες, ἐν ὅσῳ δὲ λύων τοῦτο ἀνεγίνωσκεν, ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη.

21) Οἱ δὲ τῶν ἐρίων πεποιημένοι διὰ τὸ ποικίλον φαρμακείας καὶ καταδέσμους σημ.) Κατάδεσμοι proprium est vocabulum artis magicae. Itaque Noster h. l. φαρμακείας et καταδέσμους coniungit. Alii καταδέσεις pro eodem dicunt. Vide Harpocration. in verbo καταδεδέσθαι. Nostrum κατάδεσμοι eodem significatu invenitur, aliis praetermissis, apud Eusebium in Orat. de Laudibus Constantini c. 13., cuius verba hic ponam: —. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐμφωλεύουσι τοῖς ξοάνοις, σκοτίοις τε μυχοῖς ἐγκαταδεδυκόσι

δαίμοσι πονηροῖς, ἀμφὶ τὰς τῶν θυσιῶν λοιβάς τε καὶ νίσσας λιχνεύουσι, τὴν αὐτὴν τῶν θεῶν ἀνέδησαν ἐπηγορίαν· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς καταδέσμοις τισὶν ἀπειρημένης γοητείας, ἐκθέσμοις τε καὶ ἐπανάγκοις ᾠδαῖς καὶ ἐπῳδαῖς, δυνάμεις τε ἀφανεῖς ἀμφὶ τὸν ἀέρα πετωμένας, παρέδρους ἑαυτοῖς ἐφειλκύσαντο· etc. Latini *licia* vocant. Ut Petron. Satyr. c. 131.: *Illa de sinu licium protulit varii coloris filis intortum, cervicemque vinxit meam.* Hinc intelligendum est nostrum ποικίλον. Licia haec et *ligaturae* dicuntur, ut Augustin. in Tractat. 7. in Ioannem: *Usque adeo, inquit, fratres mei, ut illi ipsi, qui seducunt per ligaturas, per praecantationes, per machinamenta inimici, misceant praecantationibus suis nomen Christi.* Orosius in libro IV. c. 13. *obligamentum magicum* dicit. Ad nostrum praeterea locum facit etiam Plutarch. περὶ ποταμ. in Phasi: πλεκτὸν ἔριον, id est, *tortilis lana*, qua Saturnus a Iove ligatus in Tartarum detrusus est. De artibus Veterum autem magicis vide omnino Tiedemanni librum: *Kurze Uebersicht der Geschichte der Artes Magicae*, ubi loci scriptorum veterum collecti sunt.

22) — στεφάνῳ ἴχῃ) Pro vulgato ἴχων cum Reiskio scripsimus: ἴχῃ. Coronis aureis ornabantur Sacerdotes aliique viri dignitate conspicui. Vide Philostrat. Vit. Apollonii Tyan. L. I. c. 11. ibique Commentatores ad verba: χρυσοῖς στεφάνοις. et Reimar. ad Dion. Cass. L. XLII. T. I. p. 334.

23) ὁ δὲ ἐπὶ μεγάλοις ἁμαρτήμασι καταφωράσεται) Haec verba, quae in textu vulgato deerant, ex Codice B huc deduxi, ut ea, quae statim sequuntur, haberent, ad quod referri possint. Illud δὲ post εἰκὸς mutavi in δή. In Codice A deest illa particula.

24) χλωρός τε γὰρ ὁ χρυσὸς καὶ βαρύς) Particulam τε post χλωρὸς ex Cod. B. inserui propter seq. καὶ. Ad nostrum locum facit Ioannis Apocal. VI. 8.: Καὶ εἶδον, καὶ

ἰδοὺ ἵππος χλωρός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος· καὶ ὁ ᾅδης ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ· etc. ad quem locum vide Commentatores. Eodem significatu dicitur ὕπωχρος et ὠχρὸς Luciano in L.: Contemplantes, pag. 503 et sq. edit. Hemsterh. Ὠχρὸς autem, ut Galenus de Sanitate tuenda L. V. c. 5. dicit, est ἐν τῷ μέσῳ καθεστὼς ξανθοῦ τε καὶ λευκοῦ.

25) Καὶ τὰ κρυπτὰ) Articulum τὰ cum Reiskio inserui.

26) διὰ ταὐτὰ) Ita correxi pro διὰ ταῦτα.

Cap. LXXVIII.

1) Πρῶτον μὲν οὖν) Hoc οὖν a me ex Cod. B adiectum est. Et initio huius cap. post συνουσίας et ante ἀφροδισίων particulam καὶ inserui.

2) — τὰς ἡδονὰς πορίζεται) Verbum πορίζεται ex Cod. B in textum recepi pro vulgato πορεύεται, quod minus placet.

3) ἐπὶ κασαυρίοις) Sic scribendum est. Nam antea legebatur: ἐπὶ καυστηρίοις, mendose; quamvis hoc tueantur Reiskius, et Burmannus in Antholog. Latin. L. II. Epigr. 246. in Lucium, vers. 27. ad illa verba: *Neque in culinam.* Sic enim posterior scribit: *Nimirum sentit Artemidorus eas, quas Catullus ait in sepulcretis, aut in ustrinis ipso rapere e rogo coenam.* Κασαυρεῖα, κασαύρια veteres vocabant *lupanaria*, et *meretrices* κασαυρίδας vel κασαυράδας. Hesych.: κασαυρείοις, οἴκοις, ἐφ' ὧν αἱ ἑταῖραι ἐκαθέζοντο, ὅθεν καὶ τὴν πόρνην κασαυράδα ἔλεγον. Vox haec usurpata Aristophani Equit. 1285. Vide etiam Polluc. L. VI. Segm. 188.

4) κατὰ λόγον γε) Hoc bene habet. Asteriscum post κατὰ delevi. Pro γε Cod. A et Aldus habent: τε.

5) Κοινὸς γὰρ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται) Hinc Arellii Fusci verba explicabuntur apud Senecam Controv. II.: *Meretrix vocata es, in communi loco stetisti, superpositus est cellae tuae titulus, venientes recepisti.* Ad nostrum locum facit etiam Plaut. Casin. Prolog. v. 18 et sq.:

Ea tempestate flos Poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.

Quintilian. Declamat. 15. vocat: *tristissimam stationem.* Idem Decl. 14. docet, quare sint inventae meretrices. Solon autem primus instituit lupanaria, ut est apud Harpocrationem. Conf. cum nostro loco etiam Arnobium adv. Gent. L. II. p. 73. edit. Lugd. B. ibique Desid. Heraldum ad illa verba: *Virilitatem sui populo publicarent.;* Taubmann. ad Plaut. Curcul. Act. I. Sc. 1. v. 35. ad verba: *publica via.;* Petri Wesseling. Observat. L. I. c. 18. et Io. Meurs. de Funere cap. 40.

6) κοινὸν αἱ γυναῖκες) Uterque Codex et Aldus habent: κοιναὶ, ex quo nostrum formavimus: κοινὸν αἱ. Asteriscum post κοινὸν et ante γυναῖκες delevi.

7) Ἀγαθαὶ δὲ καὶ αἱ ἐπὶ ἐργαστηρίων — δεχόμεναι ἐμπολὰς) Articulum αἱ post καὶ cum Reiskio inserui. Ad hunc locum nostrum pertinet Plaut. Asinar. Act. III. Sc. 1. v. 8. et sq.:

— Phil.: mater, is quaestu' est mihi.
Lingua poscit, corpus quaerit, animus orat,
res monet.

Ceterum conf. Casaubon. ad Sueton. T. I. p. 680. edit. Burmanni., Desid. Herald. ad Arnob. adv. Gent. L. IV. p. 147. ed. Lugd. B. ad illa verba: *Cuius fuerit conditionis Venus, cuius operae, cuius quaestus.* et Meibom. Commentar. in Iusiurand. Hippocratis p. 173.

8) ἢ εἰδεχθής) Haec verba, quae in Rigaltii editione omissa erant, ex utroque Codice et Aldo in textum revocavi.

9) πράξεων καὶ τῶν συνιβεβηκότων) Hoc συνιβεβηκότων ex utroque Codice et Aldo in textum recepi. Particulam καὶ autem ego adieci et asteriscum ante τῶν delevi: et sic plana erit sententia. Rigaltius habebat: πράξεων * τῶν συμβεβηκυιῶν —.

10) πλείστοι καὶ πολυτ.) Locus hic bene se habet. Itaque asteriscum ante καὶ expunxi.

11) καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα) Ita cum Reiskio legendum. Antea libri habebant: καὶ τὸ περὶ σῶμα.

12) Οἷοις γ. τὸν ἐπὶ μοιχείᾳ ἁλόντα δ νόμος ὑπάγει) Pro vulgato ἐπάγει cum Cornario, qui vertit: *subiicit*, et Reiskio scripsi ὑπάγει. Ad nostrum locum faciunt Lucian de Morte Peregrini §. 9.: — ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἑλούς, μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε, καὶ τέλος κατὰ τοῦ τέγους ἁλόμενος διέφυγε, ῥαφανίδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος· etc. et Hesych.: τοὺς μοιχοὺς ταῖς ῥαφανίσιν ἤλαυνον κατὰ τὰς ἔδρας. Huic supplicio insuper addit depilationem et cineris calidi aspersionem Scholiast. Aristophan. ad Nub. v. 1079.:

Τί δ' ἢν ῥαφανιδωθῇ γε πεισθεὶς σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ?

Quocum conf. Commentatores ad Catull. Carm. XV. v. 17 — 19.:

Ah! tum te miserum, malique fati,
Quem attractis pedibus, patente porta,
Percurrent raphanique, mugilesque.

et Kuster. ad Suid. s. v. ῥαφανίς. Alias moechorum poenas commemorat Schefferus ad Aelian. V. H. XII. 12.

13) δούλην περαν€ῖ) Ita correxit Reiskius. Antea legebatur: δ. περαίνει.

14) δέφειν) Sic scribendum, non, ut est in vulgatis, δεφεῖν. Philoxeni Gloss.: *Masturbat, manuturbat*, δέφει καὶ δέφεται. Ἐστὶ δὲ ῥῆμα κοινόν. Hoc verbum etiam Aristophani usurpatum. Et ὁ δεφούμενος, *masturbans sub pallio*: vide Augustin. de Civit. Dei XIV. 20. de Cynicis. Eodem significatu Noster paullo ante usurpat: χειροκοπεῖν

τὸ αἰδοῖον, pro quo alii: τρίβειν αἰδοῖον, et ἀναφλᾶν. Vid. Pollux. Onomast. L. II. Segm. 76., Lucian. de Morte Peregr. §. 17. Nescio, an hanc turpitudinem idem Lucian. in Asino tetigerit, ubi Palaestram libidinosam ancillam sic loquentem inducit: ἀλλ' ἤδη τὸ μέγα τοῦτο, καὶ καλὸν, τὸν ἄνθρωπον οἶδα ἔγωγε καὶ σφάττειν, καὶ δέφειν, καὶ κατακόπτειν.

15) τῶν ἐκείνου τέκνων) Mediam vocem reposui ex Cod. B. Ceteri libri habebant: οἰκείων.

16) Περὶ δὲ τῆς παρανόμου συνουσίας οὕτω κρίνειν) In Rigaltii editione a verbis: οὕτω κρίνειν, novum caput incipit, quod inscribitur: Περὶ τῆς παρανόμου συνουσίας. Nos sequimur utrumque Codicem et Aldum. Particulam δὲ autem ante τῆς ex Cod. B. inseruimus, ut responderet supra post πρῶτον particulae: μὲν.

17) διὰ τὸ φθείρεσθαι — ὄλεθρον.) Conf. I. Epist. ad Cor. III. 17. ibique Wetsten.

18) Ὁ μὲν γὰρ διὰ τὸ παιδικὸν — ἀλγεῖν, νοσήσει.) Theocrit. Idyll. V. vers. 41.:

Ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ΑΛΓΕΕΣ· αἱ δὲ χίμαιραι
Αἴδε κατεβλιχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

Ad quem locum vide Toup. in Addendis in Theocritum.

19) ἐβρωμένου τὴν γν.) Pro ἐρωμένου scripsi ἐβρωμένου, ut iam Rigaltius ac Reiskius voluere. Asteriscum ante τὴν delevi.

20) οὐχ ὅτι γε τὸν ἑαυτοῦ υἱόν,) Sic praeclare emendavit Reiskius pro: οὐχ ὅτι γέγονεν αὐτοῦ υἱὸς, quod vix graecum.

21) εἰς διδασκάλου) Vulgo legebatur: εἰς διδασκάλους, quod recentioribus usurpatum. Nos ad atticam normam scripsimus: εἰς διδασκάλου, scil. οἶκον. Gregor. Episcop. Corinth. περὶ τῶν Διαλέκτων §. XII. p. 19.: Ἀττικὸν καὶ τὴν ἐν πρόθεσιν συντάσσειν μετὰ γενικῆς, οἷον ἐν ᾅδου. καὶ τὴν εἰς, οἷον εἰς μυσταγωγοῦ. καὶ οἶμαι καὶ ἐνταῦθα ἐλλειπεῖς εἶναι τὰς προθέσεις. λείπει γὰρ τῷ τόπῳ τοῦ ᾅδου, καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ μυσταγωγοῦ.

Ad quae verba cf. Gisb. Koen. Reiskius quoque nobis consentit. Adde, quod paullo inferius simili modo reperitur: εἰς ἀνδρὸς πορεύσεται, non: εἰς ἄνδρα π.. De hac ellipsi notissima, si videtur, cf. Commentatores ad Lucian. de Somnio ibique ad Schol. ad illa verba: εἰς διδάσκαλον πέμπω., ad eund. Lucian. in Hermotim. c. 32. p. 827. ed. Hemsterh. ad verba: ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου., ad eund. Lucian. in Amor. §. 44. ad verba: εἰς μουσικοῦ., ad Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. L. II. c. 27. extr. ad verba: ἐς τοῦ βασιλέως. et Duker. ad Thucydid. III. c. 106. Sed satis iam exemplorum dedit L. Bos de Ellips. in v. Οἶκος.

22) διὰ τὸ τὴν) Articulum τὸ inserui propter seq. infinitiv.: γίγνεσθαι.

23) εἰς ἔχθραν) Sic pro εἰς χώραν legendum, et sic Reiskius iam voluit. Respondet enim infra cap. seq. verbis: εἰς φιλίαν καταστήσεται. Ceterum verba, quae proxime sequuntur, profert Wetsten. ad Matth. V. 42. ad verbum: ἀποστραφῇς.

24) ἐντὸς δ' ἔτι τῶν) Vulgatam: δέ τι, mutavi in δ' ἔτι. Sensus verborum id postulat.

25) Ὅταν δ' ὥραία γάμων) Pro δ' ὥρᾳ scripsi δ' ὡραία. Cod. B habet ὡρεὰ, pro quo, ut quisque videt, δ' ὡραία corrigi debet.

26) οὕτως εἰς τὴν θυγατέρα ἀπουσιάσει.) Hinc sua sumsit Suidas in voc. Ἀπουσιάσει: ubi tamen pro ὁ δὲ ex Nostro corrigendum est: οὕτως. Cum nostro loco cf. etiam Toup. Emendatt. in Suidam Vol. III. p. 37. et sq.

27) Πολλάκις δὲ οἱ πλ. — ἀπέθανον ἐπὶ κληρονόμοις ταῖς θυγατράσι.) Sic interpungendum. Vulgo: πολλάκις δὲ οἱ πλουτοῦντες, καὶ παρὰ προαίρεσιν ἔδωκαν τὶ ταῖς θυγατράσι. Τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον καὶ οἱ νοσοῦντες ἀπέθανον. Ἐπὶ κληρονόμοις ταῖς θυγατράσι. Cum hoc loco cf. infra L. V. S. 35., et Lucian. Dial. Mortuor. Zenophantae et Callidemidae p.

355. et sq. edit. Hemsterh., ibique not. ad verba: *Ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι*; ubi locus noster hoc modo profertur: — *Θυγατράσι. Τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον οἱ νοσοῦντες ἀπέθανον ἐπὶ κλ. τ. θ.*, particula *καὶ* ante *οἱ νοσοῦντες* deleta; quo tamen non opus, modo interpungas, ut nos interpunximus.

Cap. LXXIX.

1) *συμπλοκαὶ καὶ τὰ σχήματα*) Particulam *καὶ* cum Reiskio inservi.

2) *ζῶσαν ἔτι περαίνοι*) Vulgatum *ἐπιπεραίνοι* cum Reiskio divise scripsi ac mutavi in *ἔτι περαίνοι*. Dicit quidem Hesych.: *ἐπιπείρει. μοιχεύεται, ἢ μοιχεύει.* ubi vide et Albert. Sed nostram lectionem veram esse cuique consensum verborum inspicienti patebit.

3) *ἐπὶ τούτῳ*) Sic scripsi pro *ἐπὶ τούτων.*

4) *τεθνήξεται ἰδὼν τὸν ὄνειρον. Προστήσεται γὰρ τῆς μητρὸς*) Verba: *ἰδὼν τὸν ὄνειρον*, Cod. B dat. Totum autem hunc locum sic intelligo ac germanice verto: *wenn aber der Vater eben krank ist: so wird er (der Vater) sterben, wenn der Sohn nämlich diesen Traum sieht; denn dieser wird alsdann der Mutter Sohn und Mann zugleich seyn.* Nec tamen dissimularim lectori, me suspicari sic ab Artemidoro scriptum esse: — *τεθνήξεται, καὶ ὁ ἰδὼν τὸν ὄνειρον προστήσεται τῆς μητρὸς* etc.

5) *Τὸ δὲ ταύτῃ πλησιάζειν τί ἂν εἴη ἄλλο? ἢ τὸ μὴ σχολὴν ἔχειν, ἀλλ'* —) Quae quin sincera lectio sit, nemo dubitare potest. Verba autem: *Τὸ — πλησιάζειν*, Cod. B dedit. Contra *ἔχειν*, quod in omnibus libris deest, ego posui in textu, ut scilicet hoc verbum iungatur cum *σχολήν. Σχολὴν ἔχειν* autem et alias noster Artemidorus loquitur. Antea sic legebatur: *τὶ δὲ ταύτῃ πλησιάζοντι ἂν εἴη ἄλλο, ἢ τὸ μὴ * σχολήν, ἀλλ'* etc.

6) Ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὶ δημαγωγῷ καὶ πολιτευτῇ etc.) Huc faciunt Herodot. VI. 107.: Τοῖσι δὲ βαρβάροισι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου ἐς τὸν Μαραθῶνα, τῆς παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε: Ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ συνευνηθῆναι: συνεβάλετο ὧν ἐκ τοῦ ὀνείρου κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν ἀρχήν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑωυτοῦ γηραιός. etc., Dio Cass. L. XLI. T. I. p. 279. edit. Reimari: — τοῦτο δὲ ἐποίησεν, ἀμειβόμενος σφᾶς τῆς τοῦ ὀνείρου ὄψεως, δι' ἧς ἐνταῦθα, ὅτε ἐταμίευσε, συγγεγονέναι τῇ μητρὶ ἔδοξε: καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς μοναρχίας, ὥσπερ εἶπον, ἔλαβε. et Sueton. D. Iul. Caes. c. 8.: *Etiam confusum cum somnio proximae noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) coniectores ad amplissimam spem incitaverant, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: quando mater, quam subiectam sibi vidisset, non alia esset quam terra, quae omnium parens haberetur.* Quibuscum conf. Io. Meursii Pisistratus c. XIX. in Gronov. Thes. Ant. Gr. Vol. V. p. 1475 et sq.

7) Καὶ ὁ ἐχθρὸς) Articulum ὁ Cod. B dedit. Vulgo pro eo legebatur: εἰ.

8) καὶ γὰρ φιλότης καλ.) Hesychius: Φιλότης. φιλία, ἡ συνουσία. Ad quem locum vid. Albert. Et Homer. Iliad. II. 232.:

ἠὲ γυναῖκα νέην, ἵνα μίσγεται ἐν φιλότητι.

9) οἰκείαν) Sic legendum, non, ut est in textu vulgato, οἰκίαν. Mox cum Reiskio scripsi: ὅταν γε, pro ὅταν δὲ. Postulat id sententia.

10) Καὶ εἴτις πενόμενος καὶ ἐν ἐνδείᾳ ὢν τῶν ἐπιτηδείων) Sic cum Reiskio lego. Libri habebant: καὶ εἴτις πενομένων καὶ ἐν ἐνδείᾳ ὄντων ἐπιτηδ.

11) οὐχὶ τοὺς νοσοῦντας) Articulum τοὺς adieci, quia necessarius mihi videbatur.

12) Τῆς τε γὰρ νεκρᾶς —: τὴν γῆν; καὶ οὐδὲ —) Sic lego atque interpungo. Particulam τε post Τῆς ex Cod. B

inserui, ut respondeat sequenti καὶ ante τὸ πλεῖστον. Porro particulam καὶ ante τὴν γῆν transtuli ante οὐδὲ et asteriscum post hoc delevi.

13) τί ἂν ἄλλο σημαίνοι?) Pro indicativo σημαίνει correximus: σημαίνοι in optativo. Sic enim supra eadem structura reperitur: τί ἂν εἴη ἄλλο?

14) τῷ γῆν πρίασθαι) Articulum τὴν ante γῆν delevi, ut ineptum.

15) μόνῳ κακόν; ὡς — καταβαλεῖ) Asteriscum post μόνῳ delevimus ac pro eo κακὸν inseruimus propter sententiam. Paullo post καταβάλλει mutavimus in futur. καταβαλεῖ, quia καρπίσει sequitur. Ceterum ad verba: καταβαλεῖ τὰ σπέρματα, conf. Epist. ad Hebr. XI. 11.

16) οἰκείαν) Sic pro οἰκίαν scripsimus, et sic quoque paullo post: εἰς τὴν οἰκείαν, pro ε. τ. οἰκίαν.

17) ἀλλ' ἐπὶ τῇ) Praepositionem ἐπὶ ex Cod. B adieci. Respondet enim antecedentibus verbis: ἐπὶ τῷ σώματι. Antea legebatur: ἀλλὰ τῇ —.

18) τὸν διέποντα) Reisk. coniicit deesse: τὸν βίον αὐτοῦ. Cornarius contra subaudit: τὰ πράγματα αὐτοῦ; vertit enim: *res dispensantem*. Sic etiam infra L. III. c. 54. extr. Ego nihil addo.

19) ἐφιππαζομένην) Huc Aristoteles Hist. An. L. VI. c. 18.: Αἱ μὲν οὖν ἵπποι αἱ θήλειαι ἱππομανοῦσιν. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τῇ βλασφημίᾳ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐπιφέρουσιν ἀπὸ μόνου τῶν ζώων ἐπὶ τῶν ἀκολάστων περὶ τὸ ἀφροδισιάζεσθαι. Quocum conf. Salmas. Plinian. Exercit. p. 471. Mox post νεκρῶν ἄνωθεν in textu posui: ἐπικειμένη, ut respondeat praecedenti: ἄνωθεν ἐπικειμένην.

20) ἀπράγμονι) Editum ἀπραάγμονι mutavi in ἀπράγμονι, et mox pro ἧττον cum Reiskio scripsi ἥττονας.

21) διὰ τὸ καὶ) Articulum τὸ inserui propter seq. infinitiv. ἀφαιρεῖν, pro quo Cod. B dat: ἀφαιρεῖσθαι.

22) χρῶνται) Reiskius legit: χρῆται, partim ob neutrum: τὰ γένη, partim, quia statim sequitur numerus singularis: μεταβάλλει. Sed saepissime in priori membro verbum plurale, in posteriori singulare Graeci usurpant. Ut Aristotel. Metaphys. L. II. c. 3.: ἔτι δὲ τῶν σωμάτων καὶ οἱ πλείω λέγοντες εἶναι στοιχεῖα, καὶ οἱ ἕν, ἐξ ὧν σύγκεινται, καὶ ἐξ ὧν συνέστηκεν, ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι. et L. IX. c. 6.: Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν πολλῶν ἀπορήσειεν ἄν τις, εἰ γὰρ τὰ πολλὰ τῷ ἑνὶ ἀτλῶς ἀντίκεινται, συμβαίνει ἔνια ἀδύνατα. ut alia multa exempla omittam. Etiam in priori membro verbum singulare, in posteriori autem plurale: ut idem Aristotel. Metaphys. L. III. c. 2.: — ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἥρτηται, καὶ δι' ὃ λέγονται. Utriusque autem generis plura exempla etiam apud Nostrum reperiuntur.

23) ὄνος, βοῦς, αἶξ) Vocabulum βοῦς ex Cod. A et Aldo in textum revocavi. In Rig. edit. omissum erat.

24) — καὶ γαλαί) Conf. K. Sprengelii *Geschichte der Arzneykunde* T. I. p. 190.

25) ἡμάρτανεν) Post hoc praepositionem ἐν cum Reiskio delevi.

26) κοινωνεῖν) Sic pro κοινωνήσειν legendum; sic enim et infra: — μὴ δύνασθαι στομάτων ἔτι κοινωνεῖν.

27) Καὶ ἡ δούλῳ συνοικοῦσα) Pro vulgata εἰ correximus: ἡ.

28) συμβήσεται τοῦ ἀιδρέος) Illud τὸ ante ἀνδρὸς cum Reiskio et Wetstenio ad Epist. ad Corinth. XII. 22. mutavi in τοῦ. Ad nostrum praeterea locum pertinent ipse Artemidorus supra c. 45.: ἀναγκαῖον (τὸ αἰδοῖον) καλεῖται, Hesych.: Σάθει. τὰ ἀιδρεῖα ἀναγκαῖα. et Suidas: Ἀναγκαῖον, οὕτω καλεῖται τὸ αἰδοῖον. Sic *Necessaria* Latini dicunt. Vide De la Cerda Adversaria Sacr. c. 132. §. 32. et Des. Herald. ad Arnob. L. V. p. 220.

29) οὐ γὰρ ἔτι τοῦτο οἷόν τέ ἐστι φιλῆσαι) Pro τὸ τοιοῦτον ex Cod. B scripsi ἔτι τοῦτο. Hoc enim (scil. ῥέφος)

nondum hanc turpitudinem committere potest, quia brevius est. De verbo autem, quod antecedit: ἀῤῥητοποιεῖν, vide I. C. Wolfii not. in S. Theophil. ad Autolyc. L. III. p. 274. — 277.

30) ἀγνῶτος) Cod. B: ἀγνώστου. Ego nihil mutavi. Ἀγνῶς enim pro ἄγνωστος saepissime usurpatur. Sic in nostro capite paullo post: ἀγνῶτα.

31) ἀγνῶτα) Ante hoc praepositionem εἰ; delevi, ut verba: εἰ δὲ ἀγνῶτα, respondeant iis, quae praecedunt: εἰ μὲν γνώριμον —.

Cap. LXXX.

1) λιμὸν) *famem.* Sic legendum. Antea: λοιμὸν, mendose. Etiam infra pro καὶ λοιμὸν ἢ νόσον cum Reiskio scripsi: κ. λιμὸν ἢ ν.

2) ὄψεται τούτους καὶ καταφιλήσει.) Verba: τούτους καὶ, antea inversa erant: καὶ τούτους. Nostram scripturam firmat Cod. B, qui tamen hunc locum ita habet: ὄψεται τούτους, καὶ τούτους φιλήσει.

3) τῷ μὲν γὰρ οἱ ὄντες παῖδες φθαρήσονται, τῷ δὲ οὐκ ἔσονται.) Veram hanc lectionem Cod. B dedit. In libris erat: οἱ μὲν γὰρ ὄντες π. φθ., οἱ δὲ οὐκ ἔ.

4) τὸ δὲ στόμα τάφῳ; ὅσα — φυλάττει.) Huc facit Pauli epistol. ad Roman. III. 13.: Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.

5) Τοῖς δὲ λοιποῖς) Haec verba respondent supra verbis: πένητι μὲν καὶ δούλῳ καὶ καταχρέῳ.

6) ἀποδῶνται) Sic pro ἀποδόσθαι cum Reiskio scripsi. Respondet enim verbo ἔλθωσι.

7) — ἐπιχειρήσεων τυχεῖν) Pro ἐπιχειρήσεων Reisk. scribi vult: ἐπιχείρων, quod mihi quidem non necessarium videtur. Nam lectio vulgata melius atque elegantius respondet verbo, quod praecedit: ἐπιχειρήσαντας.

8) καὶ

8) καὶ ἐμπόροις) Particulam καὶ de meo adieci, quod ante cetera vocabula h. l. ea legitur. Paullo ante pro ἐπιμιγῆναι Reisk. vult: μιγῆναι. Fortasse: ἔτι μιγῆναι.

9) τοῖς δὲ διὰ τὸ) Praepositionem διὰ cum Reiskio inserui, ut necessariam.

10) μιγῆναι καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ) Μιγῆναι proprie dicitur de viro cum muliere concrescente, non de muliere, quae cum viro rem habet. Thom. Magist.: Μίγνυται ὁ ἀνὴρ τῇ γυναικὶ, οὐχ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. Hanc differentiam tamen non esse perpetuam argumento est noster locus, quo verbum μιγῆναι etiam de muliere usurpatur. Sed non modo apud Nostrum non observata illa differentia est, sed etiam apud alios multos. Ut Homer. Od. I. 73.:

Φόρκυνος θυγάτηρ — Ποσειδάωνι μιγεῖσα.

Quocum cf. L. XI. vers. 267., Hesiod. Theog. v. 53., Herodot. I. 199., Aristophan. Ran. v. 1112. et al. Ceterum pro μιγῆναι Cod. B dat: μίγνυσθαι.

11) μετεβάλλοντο) Ita exhibet Cod. B. Antea erat: μετέβαλλον, minus bene.

12) Καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς ἑαυτῶν ἀπαλλακτιῶντας κατέχει.) Illud ἀπαλλακτιῶντας ex Cod. B in contextu posui, pro vulgato: ἀπαλλακτικῶς ἔχοντας. Idem Codex pro ἑαυτῶν habet: τῆς αὐτῆς.

13) μιγῆναι) Vulgo: μεμίχθαι. Ego sum Codicem B sequutus.

14) τὸ καθ' ἕκαστον) Sic Cod. B legit. In ceteris: τούτων ἕκαστον, quod minus placet.

Cap. LXXXI.

1) Πάσης γὰρ ἀπαλλάττει φροντίδος καὶ δέους παντὸς ὁ ὕπνος) Homer. Iliad. X. 94. Od.:

. . . Εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε, λύων μελεδήματα θυμοῦ.

Vide et Ioan. Apocalyps. XIV. 13. ibique Commentatores.

2) Ἐν ἱερῷ δὲ καθεύδειν δοκεῖν νοσοῦντι μὲν ὑγίειαν) Aegrotantes in templo Aesculapii incubare solebant, ubi somnianti bus medicina indicata. Vide Euseb. de Vita Const. L. I. p. 210. ibique Vales., Plaut. Curcul. Act. II. Sc. 1., Petronii Satyr. c. 17., Sueton. Vespas. c. 7., Herodian. IV. 8. et Thomasin. de Donar. c. 34. Ceterum pro ὑγίειαν scripsi: ὑγίειαν.

3) — ἐν δεῷ καθεύδειν) Huc Propert. L. IV. El. 7. v. 3. et 4: *Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro, Marmor ad extremae nuper humata viae.* Conf. I. Meurs. de Funere c. 42. et C. F. Hundertmark et I. B. Carpzov Dissertatio De Artis Medicae per Aegrotorum apud Veteres in vias publicas et templa expositionem incrementis. Lipsiae 1739. (in Ackermanni Opusculis). Vide etiam Caroli Patini Commentar. in tres Inscriptiones Graecas Smyrnae nuper allatas etc. p. 1040.

Cap. LXXXII.

1) Ἐῤῥωσο! δὲ καὶ ὑγίαινε!) Huc Dio Cass. L. LXIX. Hadrian. T. II. p. 1166. edit. Reimari: ἀμέλει καὶ Κορνήλιος φρόντων, ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἑσπέρας ποτὲ βαθείας ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιὼν, καὶ μαθὼν παρά τινος, ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, δικάζειν αὐτὸν, ἔν τε τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι, ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ ἐφῆλθε, καὶ ἡσπάσατο, οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι, τῷ Χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ, τῷ Ὑγίαινε, χρησάμενος. Et apud eund. Dion. p. 695. Nero ad matrem abeuntem: Ἐῤῥωσό με καὶ ὑγίαινε! Cum nostro loco conf. praeter Reimar. ad Dion. l. c. etiam Casaubon. ad Sueton. S. S. Galb. c. 4. ad illa verba: *obstinatissime retinuit: ut liberti servique bis die frequentes adessent, ac mane salvere, vesperi valere sibi singuli dicerent.* et Commentatores ad Virgil. Aen. XI. 97. ibique Servium; ad Auson. Parental.: Aemil. M Ar-

ber. avunculus III. ad illa verba: *Ergo vale! Elysiam sortitus avuncule sedem.* et ad Lucian. ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει παιδισματος. Cuius libelli argumentum intelligere licet ex nostro loco.

AD LIB. II. Prooem.

1) Ἐν μὲν τῇ πρώτῃ βίβλῳ) Particulam μὲν ex Cod. B. in textum recepi, ut haec verba melius respondeant infra verbis: Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ βίβλῳ. Idem Cod. B. pro πρώτῃ habet: πρὸ ταύτης.

2) περὶ ἄνθρωπον) Sic cum Reiskio legendum; non, ut in libris, π. ἀνθρώπων.

3) τῇ τ. πρ. ἀκολουθίᾳ) Sic Reiskius voluit, et sic quoque oratio postulat. Vulgo: τὴν τ. πρ. ἀκολουθίαν.

4) ἐφ' ᾧ καὶ μόνῳ μ.) Voc. μόνῳ ex Cod. B inserui.

5) ἀπαγγελίαν) Ita cum Reiskio correxi; quum antea legeretur: ἐπαγγελίαν. Ἀπαγγελίαν autem h. l. significat *enunciationem*, *Ausdruck*.

Cap. I.

1) ἔξουσι σχολήν) Vulgatam lectionem: χολήν, mutavi in σχολήν, ut et Cornarius reddit: *vacationem.*

Cap. II.

1) Προϊέναι δὲ εὐμαρῶς — ἐναποκλείεσθαι ἀγαθόν.) Profert hunc locum Desider. Herald. ad Arnob. adv. Gent. L. III. p. 113. ed. Lugd. B. ad illa verba: *Atque ut bene ac feliciter cedant, illorum provisione curari.* ubi hac de re plura legere licet. Conf. etiam D'Orvill. ad Charit. p. 124.

2) προϊέναι, ἢ τὰς ἐξόδους) Particulam ἢ ex Cod. B inserui.

3) Ἐχθροὺς δὲ προσαγορεύειν καὶ καταφιλεῖν ὁ. τ. ἔχθρας λύσιν ποιεῖ.) Pro φιλεῖν cum Cod. B scripsi: καταφιλεῖν. Ad hunc nostrum locum faciunt Pith. Petr. Ravennas Serm. 93.: *Oscula sunt reconciliationis indicia.* et Petron. Satyr. c. 109.: *et, ne residua in animis etiam post iusiurandum ira remaneret, praeterita aboleri osculis placet.* Vide etiam Wetsten. ad Epistol. ad Ephes. II. 15. ad verba: λύσας τὴν ἔχθραν.

4) χρῆσθαι) Sic legendum. Vulgo: κεχρῆσθαι.

Cap. III.

1) — καὶ τρίβακα ἱμάτια) Sumsit hinc (notante etiam Kustero) sua Suidas. Huc praeterea faciunt etiam Scholiast. Aristophan. ad Plut. v. 714.: Διὰ τοῦ τριβωνίου) Νῦν τοῦ παλαιοῦ καὶ τετριμμένου ἱματίου· τὸ γὰρ τρίβακον ἱμάτιον οὕτω καλοῦσιν Ἀττικοί. et Scholiast. Theocrit. ad Idyll. VII. v. 17.: Γέρων. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἡλικιῶν. γέρων πέπλος, τριβακὸν (sic enim cum Toupio lego pro τριβακὸν) ἱμάτιον, ὅ ἐστι παλαιόν. Paullo post scripsi ὑγιείας pro ὑγείας.

2) ἔρια ἱμάτια καὶ ταῦτα καινά.) Illud ἔρια dedimus pro ἔρινα. Cod. B dat: ἔρεια ἱμάτια καὶ καινά.

3) καὶ εἰ χειμῶνος βλ.) Particulam εἰ post καὶ adieci Reiskii auctoritatem sequutus et quod sententia postulat.

4) Λευκὰ δὲ ἱμάτια τοῖς ἱερεῦσι) Huc Porphyrius de Abstin. L. II. §. 45.: καὶ ἀνδρὸς ἱερουμένου τῇ νοερᾷ θυσίᾳ, καὶ μετὰ λευκῆς ἐσθῆτος, καὶ καθαρᾶς etc. Albedo puritatis symbolum: apud Veteres τὰ λευκὰ erant καθαρά: inde vestes albae proprie sacerdotum. Vide et Hesych. Ceterum pro ἱερεῦσι Cod. B habet: εἰωθόσι.

5) δούλοις Ἑλλήνων) Ex hoc loco discere licet Graecos ingenuos vulgo albis vestimentis usos. Alba enim

vestimenta in somnis visa Graecorum servis fausta erant, quia scilicet illis libertatem portendebant, quod ingenui in ea veste conspicerentur. Sed honestiores tantum; nam opifices ac sellularii, populique faex, ut apud Romanos, ferme in sordida nigraque veste erant. Et ideo his hominibus cessationem ab opere portendi ait Artemidorus, quod albis vestibus non uterentur. Subiicit, Romanorum servis alba vestimenta per quietem visa solis illis, qui recte agerent, auspicata fuisse, servis autem nequam improspera. Futurum enim ut occulta delicta manifestarentur, quod scilicet album in tenebris latere non potest. Cum nostro loco conf. Oct. Ferrar. de Re Vestiaria P. II. L. IV. c. 13. et de Servis Romanorum praeter alios etiam Fabrum Semestr. L. II. c. 10.

6) τοὺς ἐν ὄχλῳ ἀναστρεφομένους καὶ κρινομένους ἀνθρώπους λευκὰ ἔχειν ἱμάτια.) Verba: καὶ κρινομένους ἀνθρώπους, a me ex Cod. B adiecta sunt. Ex nostro loco intelliges Luc. Evang. c. XXIII. v. 2.: Ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ, λέγοντες· Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι. et v. 11.: Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρῴδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπράν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Ἐσθῆτα λαμπρὰν autem explico: *vestem albam.* Vestes enim albae hominum turbas seditionesque moventium signum generale erant. Itaque Christus omnis pacis fons seditionis accusatus alba veste indutus est.

7) πρὸς ἔργῳ ὄντες) Pro ἔργων cum Rigaltio ac Reiskio scripsi: ἔργῳ.

8) Δούλοις δὲ Ῥωμαίων μόνοις ἀγαθὸν) Pro δοῦλοι cum Rigaltio et Reiskio scripsi: δούλοις, in dativo. Et post μόνοις cum Reiskio inserui ἀγαθὸν, propter ea, quae sequuntur.

9) διά τε τὸ τὴν αὐτὴν) Articulum τὸ inserui propter ἔχειν.

10) — τ. ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι) Huius moris, qui hodieque apud Graecos et Christianos viget, meminit iam Homer. Iliad. XVIII. 353. de Patrocli funere. Mortuos in albis vestibus efferri etiam Pythagoras praecepit. cf. Iamblich. de Vita Pythagorae c. 28. Vide de hoc ritu etiam Plutarch. Quaest. Roman. 26., Herodian. IV. 2., Ioann. Evangel. XX. 12. et Io. Meurs. de Funere c. 4., ut alios omittam. Pauperes tamen et tenuioris fortunae homines non videntur elati in albis vestibus, ut monet noster Artemidorus. Sed etiam cuivis pompae hilaritatis plenae, omnibusque apparatissimis spectaculis candida veste interfuisse traditum est a scriptoribus de Re Vestiaria.

11) Τὸ δὲ μέλαν ἱμάτιον —, ἀλλ' οἱ πενθοῦντες τοὺς ἀποθνήσκοντας τοιούτοις χρῶνται ἱματίοις.) Huc Petron. Sat. c. 133.: *intravit delubrum anus laceratis crinibus, atraque veste deformis.* et Iuvenal. Sat. X. v. 243. sqq.:

> Haec data poena diu viventibus: ut renovata
> Semper clade domus multis in luctibus: inque
> Perpetuo moerore et nigra veste senescant.

Vocabulum ἱματίοις ex Cod. B textui adieci.

12) ἐκκομισθῆναι) Hoc Codicis B auctoritatem sequutus scripsi pro futuro ἐκκομισθήσεσθαι, propter ἦν εἰκὸς, quod praecedit.

13) Ποικίλην δὲ ἐσθῆτα ἔχ. ἢ ἀλουργίδα —) Conf. I. G. Graevii not. in Suetonii Caesar. c. 43. ad verba: *conchyliatae vestis.*, Reimar. ad Dio. Cass. L. 49. p. 581. T. I. et I. C. Bulenger. de Theatro L. I. c. 55.

14) ἱερεῦσι μὲν καὶ θυμελικοῖς —) Hesychius: θυμέλη. οὕτως ἔλεγον ἀπὸ τῆς θυηλῆς, τὸν βωμόν. Ad quem locum videndus Alberti.

15) τεχνίταις μόνοις) Sic cum Cod. B scripsi. Antea haec inversa erant: μόνοις τεχνίταις. Illud μόνοις autem non solum ad Bacchi artifices pertinet, sed etiam ad eos, qui ante nominati sunt. Mox post κινδύνους et ante ἐπιφέρει delevi: μόνους, eiusdem Cod. B auctoritatem sequutus.

16) οἷς δὲ διὰ τὸ ἐπιβάλλειν) Sic legit Cod. B: cuius auctoritatem sequutus sic edendum curavi. Nam ceteri libri habent: οἷς δὲ διὰ τὸ μὴ ἐπιτάττειν, mendose.

17) Πορφυρᾶ δὲ ἐσθὴς —. Νοσοῦντα δὲ ἀναιρεῖ) Ipse Artemidorus supra L. I. c. 77.: ἔχει γάρ τινα τὸ πορφυροῦν χρῶμα συμπάθειαν καὶ πρὸς τὸν θάνατον. ubi vide notam. Conf. etiam Daniel. Wilh. Trilleri Opuscula Medica et Medicophilologica: De Morte Subita ex nimio Violarum Odore oborta. p. 259. et sqq.

18) — τὰ αὐτὰ τῇ ἁλουργίδι) Recte. Nam ἁλουργίδες non a purpureis, sed a coccineis distinguuntur; quia illa marina purpura, haec terrestris.

19) πᾶσα ἡ τοιαύτη ἐσθὴς φοινικοφανὴς ἢ πορφυροβαφὴς οἷς —) Vocem φοινικοφανὴς ex Cod. B in textum recepi; nam aliquin particula ἢ otiosa. In Cod. B tamen desunt: ἢ πορφυροβαφὴς.

20) Ἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς) Vulgo: μὲν. Ego cum Reiskio scripsi: δὲ.

21) — ῥωμαϊκὴ ἐσθής, ἣν νῦν τήβεννον καλοῦσιν ἀπὸ Τημένου τοῦ Ἀρκάδος, ὃς —) Pro τίβενον et Τιμένου, ut vulgo legebatur, scripsi: τήβεννον et Τημενοῦ. Mihi assentitur Iacobus de Rhoer in Otio Daventriensi c. 14. haec scribens: *Salmasius ad Tertullian. de Pallio p.* 122. *emendat* τημενοῦ, *et sic etiam Kuster. ad Suidam in voce* τήβεννα. *Eodem modo Cantabrigiensis.* Ad nostrum locum faciunt etiam Hesychius: Τήβεννος. εἶδος περιβολαίου παρὰ Ῥωμαίοις. ubi vid. Albert., et Pollux VII. 61.: τὴν δὲ ὀνομαζομένην τήβεννον ἐν Ἄργει φορεῖν φασὶ, καὶ τηβεννίδα δ'

αὐτὴν καλεῖ ἀξιοῦσι etc. Quibuscum conf. Oct. Ferrar. de Re Vestiaria L. I. c. 1.: Toga: τήβεννος: περιβόλαιον. Vestimenti genus fuisse rotundum ac clausum.; cund. Ferrar. in Analect. de Re Vest. c. 3., 5. et 39.; Alb. Ruben. de Re Vest. L. II. c. 8.; Lazar. Bayfium de Re Vest. c. 9.; Dempster. ad Rosin. Ant. Rom. L. V. c. 32. p. 403.; Polyd. Virg. de rer. inventor. L. III. c. 6.; Hoffmanni Lex. Univ. Bas. 1677. II. p. 477. et imprimis Salmas. ad Tertullian. de Pallio p. 121. — 124. Ceterum Cod. B ita legit: ῥωμαϊκὴ ἐσθὴς τοῖς μὴ εἰδόσιν· ἣ τημένιον καλοῦσιν,' ἀπὸ etc.

22) παρεῦσα διαμενεῖ τρυφή.) Nos cum Reiskio corrximus: διαμενεῖ, in futuro; quum antea legeretur: διαμένει, in praesenti.

23) Χλαμὺς δέ, ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βίββον καλοῦσι, θλῖψιν καὶ στεινοχ. —) Vulgo legebatur: βήριον. Ego Codicis B auctoritatem sequutus et Suidae, qui hinc sua sumsit, scripsi: βίββον. Prior tamen hunc locum sic habet: χλαμύδιον δὲ ὃ ἔνιοι πανδίτην· οἱ δὲ, ἀμφιστρίδα, οἱ δὲ βίββον. Contra Suidas: Ἐφεστρὶς, ἱμάτιον ῥωμαϊκόν. λέγεται δὲ καὶ μανδύη, καὶ βίββον. Huc faciunt etiam Etymolog. Magn.: Ἐφεστρίς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα· ἣν μανδύαν καὶ χλαμύδα καὶ πόρπην (pro quo legendum: βίββον) καλοῦσιν.; vetus Scholiast. Iuvenal. ad Sat. 8. v. 144.: *Santonico cucullo, i. e., birro Gallico, nam apud Santonas oppidum Galliae conficiuntur.* et Hesychius: Βίββος, δασύ. Μακεδόνες. De Birro vide etiam Salmas. ad Tertullian. de Pallio p. 79. — 88. Ceterum ad nostrum locum conf. cund. Salmas. in Aelium Lampridium p. 121.; T. Hemsterhus. ad Lucian. Dialog. Mortuor. Charontis et Mercurii et Mortuor. divers. p. 366. in Schol.; Du Fresne Glossar. Gr. T. I. p. 203. et 204. et p. 866.; Burtoni Λείψανα etc. p. 47.; Theodoreti Quaest. in I. Reg. c. 18. v. 4. Interr. XLIV. Tom. I. Vol. I. p. 383.

ed. Schulzii. et Reimar. ad Dio. Cass. L. LVII. T. II. p. 858. ut alios complures omittam.

24) Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ λεγόμενος φαινόλης) Etymol. Magn.: Φαινόλης, χιτών· οἱ δὲ παλαιοὶ ἐφεστρίδα, ὡς τὸ: Τὸν φαινόλαν ἀποδύσασθαι, τοῦτ' ἔστι τὸ ἱμάτιον. παρὰ τὸ φαίνεσθαι ὅλον. Conf. Pollux. L. VII. Segm. 61.; Hesych. in hoc vocabulo; porro Commentatores ad II. Epistol. ad Timoth. IV. 13., Bartol. Bartholin. de Paenula. c. 4. et Io. Bapt. Doniam in Dissertat. de Utraque Paenula. initio.

25) ἀπολλύειν τ. ἱμ.) Pro vulgatâ ἀπολύειν cum Rigaltio et Reiskio scripsi ἀπολλύειν, duobus λλ.

26) τοῖς ἐν σύνοχῇ) Conf. Evangel. Luc. XXI. 25. ibique Commentatores.

27) Πᾶν γὰρ τὸ πρὸς κόσμον τεῖνον ἀπολέσαι σημ.) Sic cum Codice B lego, et sic quoque Artemidorus supra L. I. c. 21. extrem.: Τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπολέσαι πᾶν σημαίνει τὸ πρὸς κόσμον τοῦ βίου τεῖνον. Antea sic legebatur: πᾶν γὰρ τὸ πρὸς κόσμον τινὸς ἀπολέσθαι σημαίνει.

28) Γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει, μάλιστα δὲ ἑταίρᾳ) Huc Suidas in voce ἑταιρῶν: Νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν.; Clem. Alexandr. Paedag. L. II. c. 10.: Ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιάν· ἣ μόναις ταῖς ἑταίραις ἀνθίνας ἐσθῆτας καὶ χρυσοῦν κόσμον ἐπέτρεψε φορεῖν, ἀφαιρουμένη τῶν δοκίμων γυναικῶν τὴν φιλοκοσμίαν, τῷ μόναις ἐφεῖναι καλλωπίζεσθαι ταῖς ἑταιρούσαις.; idem Clem. Alex. Paed. L. III. c. 2.: ὡς τὸν δραπέτην τὰ στίγματα, οὕτω τὴν μοιχαλίδα δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα.; idem Clem. Alex. Paed. L. II. c. 4. extr.: καταλειπτέον οὖν τὰς χρωματικὰς ἁρμονίας ταῖς ἀχρώμοις παροιμίαις, καὶ τῇ ἀνθοφορούσῃ καὶ ἑταιρούσῃ μουσικῇ. ad quem locum vide Commentatores.; Tabula Sexta Instit. X.: *Aurum et pictas vestes matronae non gestent, sed tantum meretrices.* Conf. etiam Iamblich. de Vita Pythag. c. 31. initio.; Wesseling. ad Diodor. Sicul. L. IV. c. 4.; Commentatores ad Sidon. Apoll. Epist. XX. L. IV.;

Gisbert. Cuperi Obss. L. III. c. 8.; Antonii Borremansii Variar. Lect. Librum c. X. p. 94. et seqq., et Küster. ad Suid. in vocabulo: Ζάλευκος. ad verba: τὰς δὲ ἄλλας, ἐν ἀνθινοῖς.

29) ἰδιόχρωμα ἱμάτια) Vulgo: ἰδιόχροα. Nostra scriptura ex Cod. B deducta est. Et Cod. A et Aldus habent: ἰδιόχρωα. Τὰς ἀνδρὰς opponit Artemidorus ἰδιοχρώμοις. Sic quae nativi et sui coloris sunt, versicoloribus non adnumerantur apud Iurisconsultos.

30) λαμπρὰ ἱμάτια) Conf. Ep. Iacob. II. 2. et 3. ibique Commentatores. Vid. etiam I. L. W. Scherer in Libro, qui inscribitur: *Der Schriftforscher, zur Belebung eines gründlichen Bibelstudiums und Verbreitung der reinen, verschönernden Religion. II. Stück. Weimar* 1803. in 8 mai. et ibi No. XI.: *Muss ἐσθὴς λαμπρὰ durch weisses oder glänzendes Kleid übersetzt werden? In Beziehung auf Iac. II. 2. Von I. L. Scherer.*, et Chr. Fr. Paullini L. de Candore p. 27.

Cap. IV.

1) ἢ τὰ ἄλλων ἀποθ.) Pro vulgato ἄλλου scripsi: ἄλλων, Codicem B sequutus.

2) Ἐὰν κακῶς —) Antea legebatur: Ἦν γὰρ κακῶς —. Nostra scriptura Codicis B auctoritate nixa est ac Suidae, qui ex nostro loco sua sumsit. Conf. Toup. Emendatt. in Suidam Vol. III. p. 101. — 103. ad verba: Κακὰ κακῶν. Διοκλῆς Βάκχαις: Πλυνεῖτε κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς.; I. C. Bulenger. de Theatro L. I. c. 42. et Albert. ad Hesych. in voce.: Πλύνεται, Ἔνιπτεν et Ἐπισμήχει.

Cap. V.

1) —. πολύχμητον γὰρ ὁ ποιητὴς τὸν σίδηρον καλεῖ.) Pro vulgato ἐκάλει Codicem B sequutus scripsi: καλεῖ, in prae-

8) — ἡ λεγομένη παρὰ Λυκίοις Ἐλεύθουσα.) Vulgo legebatur: ἐλευθέρα. Ego scripsi: Ἐλεύθουσα, coniectura ductus. Et sic quoque Clauser. legit in Cornuto De Nat. Deor. c. 34. p. 233. Noster tamen Böttiger, ut nunc ipsum lego, in libro, qui inscribitur: Ilithyia oder die Hexe, ein archäologisches Fragment nach Lessing. Weimar, 1799. in 8. p. 11., eodem modo iam emendavit. Paullo post distinxi ac scripsi: *οἱ ἀθάνατοι ὁρώμενοι, ἥπερ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν*, pro: *οἱ ἀθάνατοι, ὁρώμενοι ἥπερ τ. ἀ. α.*

9) Ἄρτεμιν γυμνὴν ἰδεῖν κατὰ πάντα τρόπον) Forsan respicit Artemidorus fabulam Actaeonis. Ad verba κατὰ πάντα τρόπον cf. Wetsten. ad Epistol. ad Rom. III. 2.

10) Ἀθηνᾶ — φιλοσόφοις; —) De Sainte - Croix Recherches sur les Mysteres du Paganisme. Eclaircisse-

ments. I. Parallele d'Isis et de Minerve. p. 515.: —: *tous les genres de connoissances étoient du ressort de Minerve; et sans son secours, on ne pouvoit y faire aucun progrès. Les Poëtes (Catull. ad Corn. Nep. v. 9. Ovid. Fast. L. III. v. 833.), les Philosophes (Procl. in Tim. Artemidor. de Somn.) et les Artistes (Vid. Pind. Olymp. VII. Antistroph. III.), la regardoient tous comme leur Divinité toutélaire.* Scholiast. Homer. ad Iliad. XX. 69.: Ἀθηνᾶ δέ ἐστι φρόνησις, Ἄρης δὲ ἀφροσύνη. Conf. etiam Fulgentii Mytholog. L. I. c. 26.: De Perseo et Gorgone. p. 657. edit. Staveren.: *Hos ergo terrores Perseus, adiuvante Minerva, id est, virtus adiuvante sapientia, interfecit.* Ad quem locum vide Notam. Et Athenagorae Legat. pro Christianis p. mihi 22.: ἡ ἃ περὶ Ἀθηνᾶς (scil. συγγραψάμενοι), τὴν φρόνησιν διὰ πάντα διήκουσαν φασίν.

11) ποῖς ἐπὶ πόλεμον ὁρμῶσιν —) Pro vulgato ὁρῶσιν scripsi ὁρμῶσιν.

Cap. XXXVI.

1) ἡλίους —) Hinc sua descripsit Suidas in vocabulo Ἡλίους. Cf. Toup. Emendatt. in Suid. Vol. III. p. 86. et sq. Etiam amantibus *Sol* audire et *Lux sua* solent τὰ παιδικά. Ut apud Philostrat. Epistol. LI.: πρῶτοι δὲ ἐβιάσασθε, τὸν ἥλιον καταλιποῦσι, πῦρ ἀλλότριον ἐπαινεῖν? et Epistol. LII. extrem.: τὸ δ' εἴσω παρελθὸν φῶς μέν ἐστιν ἐν ἡμέρᾳ, νύκτωρ δὲ ὄναρ γίνεται. et Epistol. LIII. media: ἀμέλει πρὶν ἔρωτα εἰς αὐτὴν καταπτῆναι μόνον τὸν ἥλιον ἠπίστατο ἡ ψυχὴ καλόν, καὶ τοῦτο αὐτῇ τὸ θέαμα καὶ θαῦμα ἦν. Ceterum huic capiti inscripsi hunc titulum: Περὶ θεῶν οὐρανίων; quum antea libri haberent: Περὶ Ἡλίου. Et paucis ante verbis, ante πῦρ τὸ αἰθέριον, erat Lemma: Περὶ πυρὸς αἰθερίου, pro quo Codex B habet: Περὶ πυρὸς οὐρανίου.

2) ἥλιον γὰρ καὶ τὴν ἐλευθερίαν καλοῦσιν) Huc pertinet quod in Anthologia Graeca L. VI. 1. memoratur *Libertatis lux:*

Οὐ γὰρ ὑπὲρ πελάγευς μόνον ἄνθεσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν γᾷ
Ἀβρὸν ἀδουλώτου ΦΕΓΓΟΣ ἘΛΕΥΘΕΡΙΆΣ.

Cf. Merrick. ad Tryphiodor. vers. 416.:

—, ὁππότε πᾶσιν ἐλεύθερον ἦμαρ ἀνῆψεν
Ἡμῖν Ζεὺς Κρονίδης, — —.

et Ios. Scaligeri Coniectanea ad Varron. de L. L. p. 108. ad verba: *Lucere item a luce.) Lucaria item a luce,* quod propter lucem amissam is cultus institut. etc.

3) — καθίσταται, καὶ τὰ κατὰ πρ.) καθίσταται cum utroque Codice scripsi pro vulgari καθέσταται. Cod. B tamen hunc locum sic dat: — καθίσταται πρὸς αὐτήν· καὶ κατὰ πρ.

4) ὕφαιμος ἢ μορμύρων, πᾶσι πονηρὸς καὶ ἄτοπος) Sic Codex A et utraque editio legunt. Profert hunc locum D'Orvill. ad Charit. p. 40., ubi tamen pro μορμύρων invenitur: μορμυρωπὸς, *turbidus.* Et Schneider. in Lexico Gr. sub vocabulo μορμυρωπὸς coniicit: μορμορωπὸς, *terrificus.* Ego vestigia Codicis B sequutus habentis: ὕφαιμος, ἢ φορφυρώδης, ἢ μορμυρώδης, πρὸς πᾶσι τοῖς πολέμοις καὶ ἄτοπος —, scripsi: ὕφαιμος ἢ πορφυρώδης πρὸς πᾶσι τοῖς πολέμοις καὶ ἄτοπος —. Cum nostro praeterea loco conf. Wetsten. ad Apocalyps. VI. 12. et ad Matth. XXIV. 29. et G. Wakefield Silv. Crit. P. V. p. 43.

5) —, σκευὴν ἔχων ἡνιόχου, ἀθλ. —) Profert hunc locum Gisb. Cuper. in Harpocrat. p. 9., ubi haec leguntur: *Artemidorus memoriae mandat, solem, non qualis est, sed qualis ab hominibus esse putatur,* σκευὴν ἔχοντα ἡνιόχου, *habitu aurigae ornatum, in somnis visum, bonum portendere athletis, peregrinari cupientibus et aurigis. Et hinc Macrobius Saturnal. I. c. 23. coniecturatur Iovem Assyriorum eundem cum Sole esse: „Hunc vero, ait, eundem Iovem Solemque esse, cum ex ipso sacrorum ritu, tum ex habitu dignoscitur. Simulacrum enim aureum, specie*

imberbi instat dextra elevata cum FLAGRO in AURIGAE modum: laeva tenet fulmen et spicas, quae cuncta Iovis Solisque consociatam potentiam monstrant.“ etc.

6) οἱ μὲν ἄρσενες) Post οἱ μὲν cum Reiskio delevi particulam γὰρ.

7) Τὸ κρατοῦν δύναμιν ἔχει θεοῦ.) Menandri Fragm. apud Ioan. Stobaeum Fl. Tit. 32.: —. τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός. Conf. Nostrum infra c. 69.

8) ἀπὸ τούτων ἡ δ.) Ita dedi, quod paullo ante sic legitur. In libris erat: ἀπὸ τούτου ἡ δ. —.

9) πλείονες φαινόμεναι σελῆναι, καὶ ἡ οὖσα ὅταν ἀπολείπῃ.) Pro γενόμεναι et ἀπολύηται scripsi φαινόμεναι et ἀπολείπῃ. Codicis B auctoritatem sequutus, in quo tamen pro ἡ οὖσα legitur ἥττους. Ἀπολείπῃ autem aptius legitur; nam eodem modo ἀπόλειψις τῆς σελήνης dicitur Aristoteli atque aliis.

10) Τὸ δὲ δοκεῖν ἐν τῇ σελήνῃ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα βλέπειν ἄπαιδι —) Noster infra L. III. c. 31.: Εἰκὼν τέκνα σημαίνει —. Conf. Wetsten. ad Epistol. II. ad Corinth. IV. 4. ad voc. εἰκὼν.

11) τοὺς μὲν ὑδρωπιάσαντας;) Particulam μὲν ex Codice B dedi pro vulgari τε. Idem Codex B tamen habet ὑδρωπιόντας pro ὑδρωπιάσαντας. Paullo post pro ἥπτονα, ut editum erat, correxi ἧττονα.

12) ἀπὸ αὐτῆς τῆς κινήσεως —) Illud αὐτῆς a me ex Codice B adiectum est. Respondet enim verbis: ἢ ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ κατὰ τὴν κίνησιν. Σχήματα autem sunt positiones signorum et constellationes.

13) Τὰ δὲ τροπῆς τοῦ καταστήματος αἴτια, τὰ μὲν θερινὰ τὴν ἐπὶ τὰ βελτίονα μεταβολὴν σημαίνει, τὰ δὲ χειμερινὰ τὴν ἐπὶ τὰ χείρονα.) Sic nos ordinavimus; quum antea legeretur: Τὰ δ. τρ. τ. κ. αἴτια, τὴν ἐπὶ τὰ βελτίονα τὰ θερινὰ μεταβολὴν σημ.. τ. δ. χ. τ. ἐ. τ. χ.

14) — καταπίπτοντες —) Noster infra L. V. Somn. 23.: — τοῦ οὐρανοῦ ἐκπεσεῖν — ἀπέθανεν. Conf. Wetsten. ad

Matth. XXIV. 29. ad verba: καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, et Pierii Hieroglyph. L. 44. Stellae — c. 36 : Morbus gravis.

15) Ἔταξαν μὲν γάρ, ἃ ἐβούλοντο, διὰ τὸ κ. τῶν ἀ.) Illud ἃ ἐβούλοντο ex Codice B inserui, qui tamen hunc locum ita habet: Ἔ. μὲν ἃ ἐβούλοντο, διὰ καὶ τὸν ἀστέρα —.

16) ἀποστεγασθῆναι ἢ καὶ κ. —) Particulam ἢ cum Reiskio inserui, et paullo post cum eodem Reiskio φαίνονται mutavi in φαίνωνται.

17) —, τὰ αὐτὰ σημ., οἷς καὶ) Pro vulgata οἷα cum Codice B correxi οἷς, propter antecedens: τὰ αὐτά. Ad verba: Παρήλιοι δὲ καὶ δοκίδες etc., conf. Aristotel. Meteorologic. L. III. capp. 4. 5. 6. et 7.; Plin. II. N. L. II. c. 25. et seq.; Scholiast. Arati ad Διοσημ. ad v. 80. sqq. et v. 149. sqq. Stobaei Eclog. Physic. c. 29. 2. Arriani. et Senec. Q. N. L. VII. c. 5. et 15. Vide etiam Wesseling. ad Diodor. Sicul. L. XV. c. 50. ad voc. δοκίς., Albert. ad Hesych. in voc. Δοκοί. et Ios. Scaliger. ad M. Manilii Astronomic. L. I. verss. 15. — 25. p. 26.

18) Δεξιὰν — πρὸς τὸν ἥλιον.) Io. Bapt. Bellus de Partibus Templi Augur. c. 8.: *Hac quidem ratione Plutarchus refert L. de Iside Aegyptios censuisse mundi partes orientales vultum esse, ad boream dexteras, ad meridiem sinistras, τὰ μὲν ἑῷα τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι, etc. Artemidorus ex solis cursu dexteram et laevam inquirit* δεξιὰν καὶ εὐώνυμον οὐ πρὸς τὸν οὐρανὸν χρὴ νοεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἥλιον. *Dexteriores itaque solis circulationes vocabimus, quae longiores sunt, aut videntur iis, qui sub inflexi plurimum et obliquâ sphaerâ incolant, ut sunt Europaei, apud quos circenses decursus frequentati. Interiores vero circulationes et gyros dicemus illos, qui breviores et ad metam brumalem propius ducuntur.* etc.

19) τὸ κατάστημα, καὶ τὸ περιέχον) κατάστημα est h. l. *coeli habitus;* et τὸ περιέχον, *aer.* Conf. D'Orvill. ad Cha-

rit. p. 581. Ad nostrum locum facit etiam Suidas: Ἶρις: — τῆς Ἴριδος τὸ χλωρὸν, ἀέρος σημαντικόν· τὸ πυῤῥὸν, πνευμάτων· τὸ δὲ μελανίζον ὑδάτων. Conf. Wetsten. ad Apocalyps. X. 1. ad voc. Ἶρις. et Scholiast. Arati ad Διοσημ. v. 208., ubi veterum quorundam Philosophorum de Iride sententias recenset. Vide et Wesseling. ad Diodor. Sicul. L. XVII. c. 10. ad verba: τὸ δὲ τῆς Ἴριδος χρῶμα, πραγμάτων ποικίλων χειμῶνα.

20) ἀγαθαὶ αἱ τῶν καθεστώτων μεταβολαί.) Articulum αἱ cum Reiskio inserui. τ. καθεστώτων est: *praesentium.* Sophocl. Antig. v. 1174.: Καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς. et Scholiast.: συμβαινόντων, γινομένων.

21) Νέφη — λευκὰ) Conf. Apocalyps. XIV. 14. ibique Wetsten. ad voc. νεφέλη λευκή.

22) σημαντικά, καὶ ἀπὸ γῆς —) Particulam καὶ cum Reiskio inserui.

23) Ἀεὶ δὲ τοῖς ἀποδήμους προσδοκῶσιν) Pro τοὺς, ut vulgo legebatur, scripsi τοῖς.

Cap. XXXVII.

1) Σημαίνει δὲ καὶ διάφορα καὶ οὐδὲν ὅμ.) διάφορα ex coniectura scripsi pro διαφθορὰν, ut vulgo. Mihi consentit Interpres vertendo: *significant item diversimode, et nihil simile* etc.

2) Ἐνοδία γὰρ —) De Sainte-Croix Recherches sur les Mysteres du Paganisme. Dissertat. sur Hécate. p. 553.: *Les statues d'Hécate étoient placées aux carrefours et aux portes des maisons (Hesych. in v.* Ἑκαταῖα. *Aristophan. Vesp. v.* 798.*), parce qu'elle étoit regardée comme la Déesse des lustrations (Schol. Theocr. ad Idyll. II. v.* 36.*). D' autres lui étoient élevées sur les grands chemins (Comme le prouve l'épithete d'* ἐνοδία. —. *On tournoit chacun des trois corps, ou visages de la Déesse, en face*

d' une rue, ou d' un grand chemin. Ovid. Fast. L. I. v. 141. sq.) et dans de petites celiules, conformément à l' usage général (Vid. Valckenaer. ad Ammon. L. II. c. XIX.). Ceterum conf. cum nostro loco Gisb. Cuperi Harpocrat. p. 207.; Vales. ad Harpocration. ad voc. Ἔμπουσαν.; Commentatt. ad Porphyr. de Abst. L. III. §. 17. ad verba: ἡ δ' Ἑκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα, μᾶλλον ὑπακούει. et ad Alciphron. L. III. Epistol. 62. ad verba: καὶ ἡ ἐπικηδείος γραῦς, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν εἰκίαν καλεῖν εἰώθασιν, ἐκ τοῦ πάντας πτοιεῖν (sic enim legendum pro πάντα ποιεῖν) καὶ βιάζεσθαι.; Kuster. ad Suid. in v. Ἔμπουσα.; Olear. ad Philostrat. Vit. Apoll. Tyan. L. II. c. 4. p. 52.; Haverkamp. ad Tertullian. Apologetic. c. 16. ad verba: *Altero pede ungulatus.* et mihi amicissimum Böttiger in libro, qui inscribitur: *Die Furienmaske, im Trauerspiele und auf den Bildwerken der alten Griechen. Eine archäologische Untersuchung. Mit 3 Kupfertafeln. Weimar,* 1801. pag. 61. et seq. Ad nostrum locum pertinet etiam Murator. Nov. Thesaur. Inscriptt. T. I.:

Athenis, in Columna.
F. Clariss. P. Montfauconio.
In una parte columnae:

Ουδενι Θεμιτον Μετακινησαι Εκ Του Τριοπιου
Ο Εστιν Επι Τω Τριτω Εν Τη Οδω Τη Αππια
Εν Τω Ηρωδου Αγρω. Ου Γαρ Λωιον Τω Κινησαντι
Μαρτυς Δαιμων ΕΝΟΔΙΑ.

3) Ἄδηλος —) Ἄδηλος h. l. idem significat, quod εὔδηλος. Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 46.

4) — τ. βάσεις τῶν ποδῶν —) Conf. Wetsten. ad Act. Apostol. III. 7. ad voc. βάσεις. Paullo ante scripsi ταῦτα pro τὰ αὐτὰ; respondet enim verbis ἐφ' οἷς. Ceterum huc faciunt Meziriac ad Ovid. Epist. T. I. Ep. Oenone à Paris. et: Sammlung antiquarischer Aufsätze von Chr. G. Heyne. 2. St. p. 53.: *Vom vorgebliehen und wahren Unterschiede*

zwischen Faunen, Satyren, Silenen und Panen. Quorum prior haec scribit: *Nonnus L. IV. dit clairement, que du premier et plus ancien Pan furent engendrez douze autres Pans. Et derechef il reconnoit deux anciens Pans, l'un fils de Mercure et d'une Nymphe nommée Sosa, qui presidoit à la chasse; l'autre fils de Mercure et de la Nymphe Penelope, qui estoit le Dieu des bergers.* Quocum comparandus Scholiast. Oppiani ad Halieut. L. III. v. 15. ad voc. Πανὶ. Posterior autem hoc modo: *Dasjenige Geschlecht, das mit Ziegenfüfsen erscheint, und auch gemeiniglich, zumal die Alten, eine weit rauhere, wildere Gesichtsbildung hat, mit Hörnern und stärkern Ohren, straubichten Bärten, krummen Nasen, hatte eigentlich gar nichts mit dem Bacchus gemein. Bey den Alten war diess die Gestalt des Pan. Er war überhaupt ein altes philosophisches Symbol, bald für die Natur überhaupt, bald für die Zeugungskraft, s. w. Schon in einem Homerischen Hymne wird die alte Fabel von ihm erzählt; auch ist unter den Orphischen Hymnen einer an ihn gerichtet. (Hymn. 10. und Hymn. Homeric. 17. Auch bey Herodot. II. 46.* αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα, *und Simonides in der Anthologie IV. p. 336.* Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα etc.)

5) Θλίβων μὲν γὰρ καὶ βαρῶν) Sic ex Codice B dedi pro Θλίβων γὰρ βαρέως —. Conf. Meziriac ad Ovid. Epistol. T. I. p. 443.

6) βραχείας γὰρ μόνον) Particulam γὰρ cum Reiskio adieci. De Aesculapio in somnis viso conf. Nostrum infra L. V. Somn. 9. 61. et 66. Vide etiam Dempster. ad Rosin. Antiq. Rom. L. II. c. 18. p. 167. Ceterum pro περὶ ante πάντων ἐγχειρημάτων nescio an legendum sit πρὸ.

7) εἰς τέλος) Conf. Wetsten. ad Luc. XVIII. 5. ad v. εἰς τέλος. Mox pro τούτου; post ἔν τινι cum Reiskio scripsi τούτων.

8) Σωτῆρες γὰρ εἰσὶν οἱ θεοί, —) Huc Arrian. Peripl. Ponti Euxini p. m. 23.: Οἱ μὲν Διόσκουροι φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται.; Aelian. Var. Hist. L. I. c. 30.: Διόσκουροι τοῖς δειλαίοις γενώμεθα σωτῆρες ἔνθα, καὶ ἀγαθοὶ παραστάται: τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν θεῶν τούτων.; Maxim. Tyr. Dissert. XV. Sect. 7.: εἶδον δὲ καὶ Διοσκούρους ἐπὶ νεὼς, ἀστέρας λαμπροὺς, ἰθύνοντας τὴν ναῦν χειμαζομένην· —. et Seneca Nat. Quaest. L. I. c. 1.: *In magna tempestate apparent quasi stellae velo insidentes. Adiuvari se tunc periclitantes existimant Pollucis et Castoris numine.* Cum quibus locis conf. Euripid. Orest. v. 1635., Plin. H. N. L. II. c. 37. et Horat. L. I. Od. 12. v. 29. Vide etiam Wetsten. ad Act. Apostol. XXVIII. 11. ad v. Διοσκούροις.; Io. Meurs. de Funere. c. 35.; eiusdem I. Meursii Miscellaneorum Laconicorum L. I. c. 5. (in Gronov. Thesaur. Ant. Gr. Vol. V. p. 2309.); Io. Scheffer. de Militia Navali. L. III. c. 3.; Wesseling. in Observatt. p. 215. et Pierson. ad Moeridem p. 77. Ad nostrum praeterea locum pertinet etiam Fulgentii Mythолog. L. II. c. 16. de Cygno et Leda.: *Castorem vero et Pollucem, quasi in modum perditionis ponunt, unde et in mari Castorum signa dixerunt, quae periculum creant.*

9) Ἡρακλέα — πᾶσι τοῖς εὐπροαιρέτοις καὶ κ.) *omnibus bonae voluntatis viris,* quos Graeci eleganti vocabulo εὐπροαιρέτους vocant. Conf. H. Vales. ad Excerpta Auctoris Ignoti De Constantino aliisque Impp. p. 480. ad verba: *Ergo praeclarus (scil. Theodericus), et bonae voluntatis in omnibus, qui regnavit annos XXXIII.* Ad nostrum locum facit etiam Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. L. VIII. c. 9.: Τίς δ' ἂν Ἡρακλεῖ εὔξασθαι, γόης ὤν? τὰ γὰρ τοιαῦτα οἱ κακοδαίμονες βόθροις ἀνατιθέασι, καὶ χθονίοις θεοῖς, ὧν τὸν Ἡρακλέα ἀποκτείνουσι καθαρὸς γὰρ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις εὔνους., ubi vide Olear.. Adde Wesseling. ad Diodor. Sicul. L. IV. c. 14. ad v.: στεφανίτην δ' αὐτὸν κατεσκεύασεν, ὅτι

καὶ αὐτὸς εὐηργέτησε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, οὐδένα λαβὼν μισθόν.

10) ἐπήμυνε τοῖς ἀδικουμένοις) Conf. Wetsten. ad Act. Apostol. VII. 24. ad v. ἠμύνατο.

11) Καλλίνικος γὰρ ὁ θ. κ) Aristid. T. I. p. 34. edit. Iebb.: αἱ ἐπωνυμίαι, Καλλίνικός τε καὶ Ἀλεξίκακος, ἡ μὲν μόνῳ θεῶν, ἡ δ' ἐν τοῖς πρώτοις δέδοται. Suidas: Καλλίνικος. ὁ Ἡρακλῆς. Conf. Toup. Emendatt. in Suid. Vol. II. p. 558., Heyn. ad Apollodor. Bibliothec. L. II. 6. 4., Barnes. ad Euripid. Herc. Fur. v. 681. et Aem. Port. Lex. Pindar.

12) — συνδιατρίβειν τῷ θεῷ, — ὅπλων λαβεῖν, πᾶσιν —) Hieronymus Aleander in Tabulae Heliacae Explicatione: *Hercules vero tempus significat, sive temporis observationem. At quoniam addit Palladius industriam, quum ait lib. I.: „bene colendi ratio quatuor rebus constat, aëre, aqua, terra, industria“, hanc etiam sub Hercule intelligere possumus, utpote qui totam in laboribus, et aerumnis vitam transegerit: id quod ansam dedit Artemidoro labores praesagiendi iis, qui cum Hercule conversari, aut ab ipso arma accipere somniarent.* Pro λεοντὴν et ῥώπαλον scripsi λεοντῆν et ῥόπαλον.

13) παῦλαν γὰρ καὶ ἀπαλλαγὴν τ. δ. σ.) Hesych.: Παῦλα. ἄνεσις, ἀνάπαυσις. ad quem locum videndus Alberti. Huc pertinet etiam Muratorii Nov. Thesaur. Inscriptt. T. I. p. 67. et sq.:

ΑΦΡΟΝΤΙΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ
ΑΝΕΥΤΟ ΕΝ ΤΑΑΙΣ ΒΙΟΣ
ΕΝ ΤΑΙΣ ΤΑΑΙΣ ΕΛΕΥΘΕ-
ΡΙΑ ΠΕΡΙΠΟΙΕΙΤΑΙ. ΚΑΙ
ΑΝΑΠΑΥΛΑ ΕΤΟΙΜΑΖΕΤΑΙ.

—. *Per montes, sylvasque discurrentes oestro percitae pinguntur a Poëtis insanae Maenades cum reliqua Dionysiacorum turba. Sed etsi furorem devotis suis immitteret Liber pater, tamen* (attamen) *quietem afferre menti*

credebatur, eo quod animum a curis avocaret, unde de illo Artemidorus: παῦλαν *etc. Et haec est verisimilis caussa, quare in nostra Tabula sylvestris vita Libertatem operari, et Requiem parare dicitur.*

14) Ἔστι γὰρ Διόνυσος παρὰ τὸ διανύειν —) Pro Διήνυσις, ut vulgo legebatur, emendavimus Διόνυσος. Huc Hieronymus Alcander in Tabulae Heliacae Explicatione: *Bacchus Autumnus: Bacchus vitis est dominus. —. quanquam caeteris quoque fructiferis plantis Bacchus praeficiebatur: et ipsi tanquam arborum tutori Graeci sacrificabant, ut testatur Plutarchus V. Sympos. quaest. 3. quam ob rem Artemidor.:* Διόνυσος, *inquit,* τοῖς γεωργοῖς συμφέρει τοῖς τὸν ξυλικὸν καρπὸν γεωργοῦσι, μάλιστα ἀμπέλους: *et a Phurnuto* (Cornuto) *appellatur* τῶν ἡμέρων δένδρων ἐπίσκοπος, καὶ ὁστὴρ θεός, *cicurum arborum tutor, datorque deus: —. Sunt, qui credant, Dionysi nomen* ἀπὸ τοῦ διανύειν *deduci, ut videre est apud Artemidorum. an quia fructus hausto calore aestatis Autumno postea perficiuntur? Nam Bacchum existimabant vim ipsam genitalem fructuum, et plantarum, ut liquet ex Porphyrii verbis apud Eusebium III. de Praepar. Evang.* τῶν ἀκροδρύων, καὶ ὅλως τῶν φυτευτικῶν ἡ δύναμις, Διόνυσος ὀνομάζεται, *fructuum et in summa plantarum omnium virtus, Bacchus vocatur. Hinc Dionysius in Situ Orbis, solutum in Arabia ex obsuto Iovis femore Bacchum scribit, quod ea regio plantarum ferax sit, e quibus aromata, pretiosique liquores sumuntur.* etc. Etymologic. M.: Διόνυσος. —. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πολλὰ διανῦσαι καὶ κατορθῶσαι, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Θάσιος. —. Si qui de huius vocis etymologia plura legere velit: adeat Ios. Scaligeri Animadverss. ad Eusebii Chronic. p. 43., Macrobii Saturnal. L. I. c. 18., Fulgentii Mytholog. L. II. c. 15. ibiq. Commentat. ad voc.: *Dionysus.*, Plutarch. de Iside et Osirid. c. 34., Platon. Cratyl. T. I. p. 406. edit. Stephan. et De Bacchanalibus Explication. in Po-

leni Supplem. ad Graev. et Gronov. Thesaur. Vol. I. p. 768.

15) Τοῖς δὲ τὸν ἄβρὸν — παιστὶ) Vulgata bene habet. Mox περιβοήσεις sunt *diffamationes*. Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 122.

16) πλέουσι κακός; ἀ.) Illud κακὸς cum Reiskio inserui. Et sic quoque Cornarius vertit: *Iter facientibus et navigantibus malus est deus.*

17) Ὁ δὲ χορὸς ὁ περὶ τ. Δ., — τ. κ. κ. κ. περιβοησίας σημαίνουσι) ex eo fortasse, quod magno cum strepitu incedere solebant Bacchi ministri cymbala pulsantes, tibias inflantes, thyrsosque quatientes.

18) πλὴν τοῦ Σειληνοῦ;) Omnes libri hic prave Σιληνοῦ habebant. Nostra scriptura etiam supra c. 12. de asino, invenitur. De origine huius vocabuli vide plura apud Perizon. ad Aelian. Var. Hist. L. III. c. 18. ad voc. Σειληνοῦ.

19) Χορεύειν — δενδροφορεῖν) Conf. Muratorii Thesaur. Inscr. T. I.:

Collegium Dendrophororum.
In Castro Montorii. Ex Donio.
etc.

ibique Notam.; S. C. De Bacchanalibus Explication. in Poleni Supplem. ad Gronov. et Graev. Thesaur. Vol. I. p. 817. et sq.; Salmas. in Acl. Spartian. p. 165. ad verba: *Ut et Anubim portaret, et pausas ederet.* —. et Poleni Supplem. Vol. IV. p. 546. et sq., ubi ad Inscriptionem:

Puteolis:
EX S. C. DENDROPHORI CREATI QUI
etc.

haec annotata leguntur: —. *Salmasius in suis commentariis in Spartianum de Vita Caracallae, ait, „Dendrophoros dictos, qui in honorem alicuius Dei arbores stirpitus excisas per urbem humeris ferrent,“ a vocabulo* δενδρο-

φόρος, *h. e., qui arborem fert. Hinc Sylvanus Dendroforus in veteri saxo apud Gruterum. Deus enim hic effingitur ramum Pini aut alius arboris ferens: ut vidimus in Musivo, quod explicuimus superius huius operis differt.* 2. *Artemidorus de praesagiis somniorum ait, qui sibi videntur in somniis choreas ducere Baccho, aut gestare thyrsum, aut arborem, aut quidpiam aliud quod Baccho gratum futurum sit agere, eos, nisi servi sint, in magno periculo versari. Ex quibus licet colligere in Bacchi festis maxime arbores deferri consuevisse. Itaque in anaglyptis, ubi expressa Bacchanalia sunt, saepe occurrunt, qui arbusculas aut ramos ferant.*

20) ἀνεπίστρεπτον) Sic cum Reiskio scripsi pro ἀνεπιτρέπτον, ut antea erat.

21) Ἑρμῆς ἀγαθὸς τοῖς ἐπὶ λόγους ὁρμωμένοις, —) Vulgatam περὶ ante λόγους mutavi in ἐπὶ. Noster enim semper loquitur: ὁρμᾶσθαι ἐπὶ τι, nusquam ὁρμ. περὶ τί. Ad nostrum locum pertinet Lucas in Act. Apostol. XIV. 12.: τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν (sc. ἐκάλουν)· ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. ad quem locum videndus Wetsten. Ad sequentia verba: πᾶσι τοῖς ἐμπορικὸν βίον ἔχουσι, conf. Gisb. Cuper. De Elephantis etc. Exercitat. II. c. 11.

22) Νοσοῦντας — ψυχοπομπὸς νενομ.) ψυχοπομπὸς scripsi pro ψυχόπομπος. Noster infra L. IV. c. 72.: ὁ πλεύταρχος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἀγόμενος ἐδόκει. Huc pertinet Petron. Satyric. c. 140.: *Mercurius enim, qui animas ducere et reducere solet*, etc., ubi vide Commentatores.

23) Ἑρμῆς τετράγωνος) Cornutus de Nat. Deor. p. 167. edit. Gal.: Πλάττεται δὲ καὶ ἄχειρ καὶ ἄπους καὶ τετράγωνος τῷ σχήματι ὁ Ἑρμῆς. Suidas: Ἑρμῆς. Ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτοῦ ποιοῦσι, διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου. Diogen. Laert. L. V. Segm. 82. (Demetrius Phalereus):— ἰδών ποτε νεανίσκον ἄσωτον, Ἰδού, ἔφη, τετράγωνος Ἑρμῆς, ἔχων

σύρμα, κοιλίαν, αἰδοῖον, πώγωνα. Martianus Capella L. II.: *Quaternarius suis partibus complet decadis ipsius potestatem; ideoque perfectus est, et habetur, quadratus, ut ipse Cyllenius.* Conf. Coel. Rhodig. L. XXII. Lectt. antiq. c. 9. et Gisb. Cuperi Harpocrat. p. 195.

24) ὁ σφηνοπώγων) Lucian. Epistol. Saturnal. §. 24.: καὶ πώγωνα φύειν ὀξύν, οἵοι εἰσιν ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ σφηνοπώγωνες, etc., ad quem locum vide Scholiast. Conf. Albert. ad Hesych. ad voc. Σφηνεύς. G. Fr. Guhlingii Diss. de Barba Deorum Ex Priscarum Graeciae Et Latii Maxime Religionum Monimentis. Vitemb. 1725. in 4. p. 15.: *Neque tu, Mercuri, nimis arroganter et proterve vultum tuum formosum et glabrum tolle. Pausanias (Achaic. p. 452. et 442.) signum tuum vidit, γένεια ἔχον, apud Pellenios et Pharenses. Lucianus (de D. S.) te genis hirsutum nominat, et in Artemidora es aliquando σφηνοπώγων. ecquid tibi videtur?*

25) Νεμεσᾷν γὰρ καλ.) Verbum Νεμεσᾷν cum Suida et Rigaltio scripsi pro Νέμεσιν, ut vulgo legebatur. Conf. etiam D'Orvill. ad Charit. p. 616.

26) Ἀφροδίτη ἡ μὲν πάνδημος —) Photii Bibliothec. edit. Hoeschel. p. 1168.: Πανδήμῳ δ' Ἀφροδίτῃ πρὸς τὴν οὐρανίαν οὐδὲν κοινόν. ἡ μὲν γὰρ βεβήλους καὶ οὐ καθαροὺς τὴν φύσιν γεννᾷ τοὺς ἔρωτας· τῇ δὲ χρυσοῖ μὲν οἱ πόδες, χρυσᾶ δὲ τὰ τούτων καὶ βέλη· σκοποὶ δὲ αὐτοῖς ψυχαὶ νεοτελεῖς καὶ ἀκήρατοι. Cum quo loco comparandus Wernsdorf. ad Himerii Eclog. XVIII. §. 3. p. 262. Lucian. Dialog. Meretric. VII. Mater et Musarion: initio: Ἂν ἔτι τοιοῦτον ἐραστὴν εὕρωμεν, ὦ Μουσάριον, οἷος ὁ Χαιρέας ἐστὶ, θύσαι μὲν τῇ Πανδήμῳ ἐκήσει λευκὴν μηκάδα, τῇ Οὐρανίᾳ δὲ, καὶ τῇ ἐν κήποις δάμαλιν ἑκατέρᾳ, στεφανῶσαι δὲ καὶ τὴν πλουτοδότειραν, καὶ ὅλως μακάριαι καὶ τριευδαίμονες ἐσόμεθα. etc. Conf. etiam Pausan. L. VI. c. 25. ibique Kuhn. p. 515. et seq.; Heliodor. Aethiopic. L. I. p. 40. ed. Bourdel.; Theodoreti Haeretic. Fabul. Compend.

pend. L. I. c. 6. Tom. IV. Vol. I. p. 295. ed. Schulzii, et Suid. in voce. Πάνδημος Ἀφρ. et Νηφάλιος. Adde Commentatores ad Fulgentii Mythолog. L. II. c. 4.: *Venus.*, Warton. ad Theocriti Epigramma XIII.: Εἰς Ἄγαλμα τῆς Οὐρανίας Ἀφροδίτης., Martini Lipenii Strenarum Historiam. §. 74. et Stephan. Byzantin. De Dodone. in Gronov. Thesaur. Antiq. Gr. Tom. VII. p. 280.

27) Ἀγαθὴ — γεωργοῖς; φύσις — καὶ μήτηρ τῶν ὅλων νενόμισται.) Hieronymus Alexander in Tabulae Heliacae Explicatione: *Mercurius Ver.*: —. *Venus itaque eadem, quae Lucifer, et quae Chloris, seu Flora herbarum florumque dea.* —. *Pomponius Sabinus: „Venus, quae mane Lucifer. Flora et Venus idem sunt:“ ut merito de Venere pronunciarit Pelignus poëta IV. Fastorum:*

Illa satis causas arboribusque dedit.

Vis enim seminalis stirpium videtur esse; unde eleganter in Pervigilio Veneris:

Ipsa venas atque mentem permeante spiritu
Intus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perque coelum, perque terras, perque pontum subditum
Pervium sui tenorem seminali tramite
Imbuit.

ac profecto eadem credita est, quae natura omnium parens. etc.

28) π. γ. μαντείας καὶ προγνώσεως εὑρετὶς εἶναι νενόμ.) εὑρετὶς in genere feminino scripsi pro εὑρετὴς, ut antea legebatur. Profert nostrum locum Ios. Scaliger. in Coniectaneis ad Varron. de L. L. p. 27., ubi tamen pro μαντείας legitur μαντικῆς. Eius verba, quae huc faciunt, hic apponere liceat: *Aelian. de Animal. L. X. ait* τὴν οὐρανίαν ἀφροδίτην *coli ab Aegyptiis. Censebatur vero inter eos Deos, quibus fiebant sacra* νηφάλια, *cuiusmodi Romae fuit Rumia Dea. Id puto, quod ei attribueretur*

divinatio, cui qui dabant operam, carebant temeto. Artemidor. de ea loquens: ἀγαθὴ δὲ καὶ μάντεσι. π. γ. μαντικῆς etc. *Non immerito igitur Ennius ait Anchisem edoctum fuisse vaticinandi scientiam a Venere: cuius hos duos versus citat Probus:*

Atque Anchises doctu' Venus quem pulchra Dearum
Fari donavit divinum pectus habere.

Conf. Iul. Caesar. Bulenger. De Oraculis et Vatibus. c. VI.: De Oraculo Delphico. et Potter. Archaeolog. L. II. c. 7. Vide etiam D'Orvill. ad Charit. p. 694.

29) Ἀφροδίτη ἡ πελαγία —) Gisbert. Cuper. in Harpocrat. p. 151.: *Isis Pelagia culta etiam fuit Corinthi, teste Pausania L. 2. p. 93.:* Ἐς δὴ τὸν Ἀκροκόρινθον τοῦτον ἀνιοῦσιν, ἔστιν Ἴσιδος τεμένη· ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐπονομάζουσιν. *Utque haec dea propter inventam navigationem Pelagia dicta est, ita Venus idem cognomen gerit in Inscriptione XCIII. Classis I. apud Reinesium, quam Vir doctissimus Anadyomenen interpretatur: quamquam Artemidorus disertis verbis Venerem* Πελαγίαν *et* Ἀναδυομένην *distinguat; illamque scribat in somnis visam naucleris, gubernatoribus et omnibus navigantibus, itemque peregrinari volentibus bonam esse; hanc vero navigantibus malam tempestatem et naufragium significare; sed nihilominus servare,* καὶ τὰ ἀπηλπισμένα τῶν πραγμάτων *perficere. Marinam Venerem celebrat Horatius* (L. III. od. 26. v. 5.), *quod recte simplex epitheton deae mari ortae eruditi faciunt, qui etiam arbitrantur Graecos eam Pelagiam et Pontiam propterea appellare* Θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις. Conf. Caroli Patini Commentar. in Antiquum Monumentum Marcellinae. in Poleni Suppl. ad Graev. et Gronov. Thesaur. Vol. II. p. 1122. De Ἀναδυομένη vide etiam Animadverss. ad Musaeum de Amor. Leandr. 249. p. 134. edit. Kromayer.

30) τ. ἀπηλπισμένα τῶν πραγμάτων τελ.) Conf. Luc. VI. 55. ibique Wetsten. ad verbum ἀπελπίζοντες, qui tamen nostrum locum sic profert: τ. ἀπηλπ. τῶν γραμμάτων τελ.

31) ἀγαθὴ — ἡ μέχρι ζώνης τ. κ. —) Erotianus: ζώνη, ὁ τόπος, εἰς ὃν ζωννύμεθα· ἔνιοι δὲ τὴν ὀσφὺν ἐνόμισαν. Hoc sensu invenitur iam apud Homerum Iliad. II. 479.:

— —· μετὰ δὲ, κρείων Ἀγαμέμνων,
ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Ubi Scholiast.: ζώνην, τῷ Ἄρει ἤτοι τὸ κατὰ ζῶσμα μέρος· ἢ τὴν ὅπλισιν, ἀπὸ μέρους. Etiam διάζωμα haec pars dicitur. Conf. Hypati de Corporis Partibus librum (Anonymi Introd. Anatom. edit. Trilleri et Bernardi subnexum). p. 150. ibique Notam ad verba: Ἰξὺς καὶ ὀσφύς, ἡ ζώνη, οὐ μόνον ἡ πλευρὰ, ἀλλὰ καὶ τὸ πλευρόν.

32) διὰ τὸ τοὺς μαζοὺς) Articulum τὸ cum Reiskio in textu posui.

33) — ὕλη γυμνὴ ἑταίρας —) Fulgent. Mytholog. L. II. c. 4. Venus: *Hanc etiam nudam pingunt, sive quod nudos sibi adfectatores dimittat, sive quod libidinis crimen numquam celatum sit, sive quod numquam nisi nudis conveniat. Huic etiam rosas in tutelam adiiciunt. Rosae enim et rubent et pungunt, ut etiam libido.* Ad quem locum vide Muncker. Tacitus Annal. L. XV. c. 37. §. 3.: *scorta visebantur nudis corporibus.* Petron. Satyr. c. 7.: *Quam ego negarem me cognoscere domum, video quosdam inter titulos nudasque meretrices furtim spatiantes.* ubi vide Wouweren. Conf. et Io. Nicolai De Ritu Bacchanalium. c. XII.

34) Πρὸς δὲ τὰ λ. α. πρ. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.) Cornarius hunc locum paullo aliter expressit vertendo: *ad reliqua confusionem significat, ut fere a nobis observatum est.*

35) Χειρώναξι) In Luciani Somnio haec vox reperitur inter βάναυσος et ἀποχειροβίωτος. Conf. et Hesych. in hoc vocabulo.

36) τ. β. νομίζεσθαι εἶναι.) Pro νομίζεσθαι Reisk. vult νομίζεται. Quo tamen non opus. Intellige: χρὴ. Et sic quoque Interpres: *tanto melius esse putandum est.*

37) κτήματα) Sic legendum est pro κτίσματα, ut vulgo. Statim quod post ἰδόντων sequebatur Lemma: Περὶ πειθοῦς, καὶ τῶν ἄλλων τινῶν, a Codice A abest.

38) Ἑστία — σημαίνει πόλεως μὲν τ. βουλὴν κ. τ. ἐνθήκην τῶν προσόδων;) Illud σημαίνει post ἐνθήκην retraxi ante πόλεως. Huc Harpocratio: Βουλαία. Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους ἐνδείξει: „Μαρτύρομαι τὴν Ἑστίαν τὴν Βουλαίαν", οἷον τὴν ἐν τῇ Βουλῇ ἱδρυμένην. Ad quem locum vide Valesium. Conf. Ez. Spanhem. de Vesta et Prytanibus Graecorum. De voc. ἐνθήκην vide supra c. 23. not. 5. et ad sequentia verba: ἰδιώταις δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν, conferre licet Porphyr. de Abstin. L. II. §. 32. et Liv. L. I. c. 56. extrem.

Cap. XXXVIII.

1) τοῖς τὴν θάλασσαν ἐργαζομένοις) Conf. Wetsten. ad Apocalyps. XVIII. 18. ad verba: τὴν θάλασσαν ἐργάζονται. et Verheyk. ad Antonin. Liberal. c. 15. ad verba: — μόνην θεῶν ἐτίμων, καὶ ἐπιμελῶς αὐτὴν εἰργάζοντο.

2) συμφορώτατοι) Sic legendum in genere masculino, non, ut vulgo, συμφορώταται.

3) δόλους καὶ ἀπάτας σημ.) Δόλους et ἀπάτας etiam alii scriptores coniungunt. Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 392. ad voc. Δόλους.

4) Ποταμοὶ — Ἐφυδρίδες) Hesiodo in Operibus et Diebus v. 737. — 739. *aquae* ipsae de Deabus accipiuntur, quas adorari vult Poëta:

Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
Πασσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.

5) Ἀχελῶος — ὕδατι σημ.) Hesychius: Ἀχελῶος. ποταμὸς Ἀρκαδίας. καὶ πᾶν ὕδωρ οὕτως λέγεται., ubi videndus Alberti. Schol. a Villoisonio edit. ad Homer. Iliad. XXI. 194.: Δοκεῖ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ποταμῶν μέγιστος εἶναι ὁ Ἀχελῶος· διὸ καὶ πᾶν ὕδωρ τῇ τούτου προσηγορίᾳ καλεῖται. Conf. et Spanhem. Observatt. in Callimachi Hymn. in Cerer. ad verba: Ἀχελῴον ἀργυροδίνην. et Comment. ad Philostrati Heroica. c. 2. §. 6. ad verba: ὁ δὲ αὐτὸν κελεύει Ἀχελῴῳ ἐν ἀγωνίᾳ εὔχεσθαι.

Cap. XXXIX.

1) Δημήτηρ δ. κ. Κόρη — τοῖς μὲν μεμυημένοις — τελειοῦσι καὶ τὸ ἀγαθόν.) Particulam μὲν ante μεμυημένοις cum Reiskio inserui propter seq. δὲ ante ἀμυήτοις. Cum nostro loco conf. Io. Meursii Eleusinia. c. XVIII.; C. Barth. ad Claudian. p. 870. ad verba: *Simul procedit.*; Handbuch der Mythologie enthaltend die Mythen aus den Lyrischen Dichtern der Griechen mit erläuternden Anmerkungen von Martin Gottfried Hermann. II. Band. 1790. p. 219. et inprimis: Ueber die Mysterien der Alten, besonders über die Eleusinischen Geheimnisse. von Christoph Meiners. p. 285. et seq.

2) Δήμητρα τῇ γῇ —) Hieronymus Alexander in Tabulae Heliacae Explicatione: *Cererem sane intelligentiam creditam fuisse, quae per terram pergit, ex iis colligere est, quae a Cicerone afferuntur III. de Nat. Deor.* (cum quo loco comparand. L. II. c. 26.) *Sed et pro terra ipsa capiebatur. Artemidorus h. l. —. Quod vero attinet ad* δημήτειρος *etymon, idem quod Cicero testatur Diodorus Sic. L. I. versiculum illum Orphei laudans:*

Γῆ μήτηρ πάντων Δημήτηρ πλουτοδότειρα.

Et Philo libro de mundi opificio (T. I. p. 90. edit. Pfeiferi): μήτηρ δ', ὡς ἔοικε, καὶ ἡ γῆ, παρ' ἣ καὶ τοῖς πρώτοις ἔδοξεν αὐτὴν Δήμητραν καλέσαι, τὸ μητρὸς καὶ γῆς ὄνομα συνθεῖσιν. οὐ γὰρ γῆ γυναῖκα, ὡς εἶπε Πλάτων (in Menexeno p. 238.), ἀλλὰ γυνὴ γῆν μεμίμηται· ἣν ἐτύμως τὸ ποιητῶν γένος παμμήτορα, καὶ καρποφόρον, καὶ πανδώραν εἴωθεν ὀνομάζειν· ἐπειδὴ πάντων αἰτία γενέσεως καὶ διαμονῆς ζώων ὁμοῦ καὶ φυτῶν ἐστιν. Conf. et Spanhem. ad Callimach. H. Cerer. v. 2. et Muncker. ad Fulgentii Mytholog. L. I. edit. Staveren. p. 635. ad verba: *Ceres enim graece Gaudium dicitur.*

3) κόρη γὰρ καλεῖται καὶ ἡ γλήνη —) Hesych.: Κόρη, νύμφη. — καὶ ἡ ὄψις. ubi videndus Alberti.

4) τῶν τούτοις συννάων τε καὶ συμβώμων θεῶν) De Graecorum Diis συννάοις ac συμβώμοις si qui plura legere velit: adeat Georgii D'Arnaud De Diis παρέδροις sive Adsessoribus et Coniunctis, Commentarium. Hagae Comitum, 1732. in 8. C. XV.; Gisb. Cuperi Harpocrat. p. 151. sq.; Io. Baptistae Donii Inscriptt. Antiq. nunc primum edit. ab Ant. Francisco Gorio. — p. 65. Class. secund.; Polcni Supplem. Vol. IV. p. 686. et p. 1327. et Iacobs. Animadverss. ad Anthолog. Gr. Vol. III. P. I. p. 380.

5) Ἀεὶ γὰρ σωτῆρες νενομισμένοι) Haec valde illustrantur verbis Kircheri Part. II. Tom. II. p. 385. Oedipi Aegyptiaci, quae adiicere nullus gravabor: *Sed ut ad institutum revertamur, ait ille, reverebantur Aegyptii praeter cetera Numina maxime Isin et Osirin, ac Horum sive Harpocratem, tanquam Iatricos Genios.* Conf. Gisb. Cuperi Harpocrat. p. 158. Mox ad εἰς πάντα ante ἀφιγμένων supplendum est: πράγματα.

6) ἀφῖχθαι γὰρ εἰς πέρας τοῦ ζῆν δηλ.) Vocabula γὰρ εἰς πέρας cum Reiskio in textum recepi propter sententiam. Et sic quoque Cornarius hunc locum expressit vertendo: *ad finem vitae pervenisse ostendunt* —.

7) — ἐξ ὕλης πεποιημένα στεφ.) Conf. Dempster. ad Rosin. Antiq. Rom. L. IX. c. 31. p. 700.

8) Πολλάκις δὲ καὶ κακὰ, οἷον τὰ γήϊνα, ὀστράκινα καὶ πήλ.) Vulgo legebatur: Πολλάκις δὲ καὶ ταπεινὰ, ὁ στράκινα (Aldus: ὀστράκινα) καὶ πήλ. Nos Reiskium secuti sumus, ita tamen, ut voc. ὀστράκινα retineamus. Nam γήϊνα et ὀστράκινα non idem significant. Huc facit Anthолog. Gr. edit. Iacobs. T. I. p. 205.:

Εἰς ἄγαλμα Ἑρμοῦ.

Αὐτόθεν ὀστρακινόν με καὶ ἐν ποσὶ γήϊνον Ἑρμῆν
ἔπλασεν ἀφῖδος κύκλος ἑλισσόμενος.
πηλὸς ἐφυράθην· οὐ ψεύσομαι, ἀλλ' ἐφίλησα,
ὦ ξεῖν', ὀστρακέαν δύσμορον ἐργασίην.

Ubi videndus Iacobs. Conf. Plin. H. N. XXXV. 12. ibique Hardoin. et eund. Plin. L. XXXIV. 7. Adde Pausan. in Attic. p. 2. et 38. edit. Fr. Sylburg.

9) ὅσοι δὲ κακὰ σημαίνουσιν, αὐτοί τε καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν,) Haec verba cum Cornario ac Reiskio inserui propter ea, quae antecedunt.

Cap. XL.

1) Ἐπεὶ ὅ, τι ἂν σημαίνωσιν) Sic legendum, non, ὅταν, ut vulgo.

Cap. XLI.

1) διαλυόμενα καὶ συμπίπτοντα) Pro συνάπτοντα, ut in vulgatis est, ex Codice B dedi συμπίπτοντα. Postulat id sententia. Cornarius vertit: *Quae enim dissolvuntur et non coniuncta sunt* etc.

2) τὰ ἄγραφα) Hoc dedit Codex B, qui tamen pro ἀπὸ τῶν habet: ἐξ αὐτῶν τῶν —. Et in eodem Cod. B desunt verba: κατὰ τὸ ὅμοιον.

Cap. XLII.

1) Μύλος —) Dempster. ad Rosin. Antiq. Roman. L. I. c. 14. p. 66.: *Notat Iacob. Cuiacius: aquariae molae rotis sublevatis inversisque suppeditabatur aqua, eique muneri iuncti asini, equi, et equae.* etc.

2) Ὅλμος γυναῖκα σ.; Ὕπερον δὲ, ἄνδρα.) Huc pertinet nota Bocacii fabula. Conf. et Alberti ad Hesychium ad vocc. Ὑπέρου περιστροφήν. etc.

3) Ἀλεκτρυὼν — ἀνιστᾷν τοὺς ἔνδον ἐπὶ τὰ ἔργα.) Conf. Antholog. Gr. ed. Iacobs. T. II. p. 31. Ἀντιπάτρου Σιδωνίου LXXXVII., ad quem locum videndus Iacobs.

4) πίσσῃ χρίεσθαι —) Huc facit Clem. Alexandr. Paedag. L. III. c. 3.: Τὸ δὲ καὶ πιττοῦσθαι· ὀκνῶ καὶ λέγειν τὴν περὶ τ' οὖργον ἀσχημοσύνην· ἀπεστραμμένους καὶ κεκυφότας, καὶ, τῆς φύσεως τὰ ἀπόῤῥητα εἰς τὸ συμφανὲς ἀπογυμνοῦντας, ἐξεργουμένους, καὶ λορδουμένους ἀπερυθριῶσι σχήμασιν οὐκ ἀπερυθριῶντας αὐτούς· ἐν αὐτῇ νεολαίᾳ καὶ γυμνασίῳ μέσῳ, ἔνθα ἀρετὴ ἀνδρῶν ἐξετάζεται, ἀσχημονοῦντας, τὸ παρὰ φύσιν τοῦτο διώκοντας ἐπιτήδευμα, πῶς οὐχὶ τῆς ἐσχάτης ἀσελγείας ἐστίν? —

Cap. XLIII.

1) σκαλεύσι) Sic cum Aldo scripsi pro vulgari σκαλύσι.

Cap. XLIV.

1) Ἰπποκένταυροι) Profert hunc locum Hemsterhus. ad Lucian. Prometh. p. 30. ad voc. ὁ Ἰπποκένταυρος. ubi vide.

2) Φαίνονται δ. οἱ θεοὶ ἐν ἀνθρώπων ἰδέᾳ —) Lactantii Placidi Narratt. Fabular. Fab. II. ed. Staveren. p. 788. et seq.: *Separata erat terra a caeteris elementis, sed homo nondum natus, ipsius terrae futurus ultor ac dominus. Itaque Prometheus Iapeti filius terram imbre mollivit, et ex hac hominem ad Dei similitudinem ac*

(melius: atque) *imaginem finxit, cui facies non prona, ut caetera animalia, esset in terram, sed coelum spectaret erecta.* ubi vide Commentatores. Ceterum mox articulum τῶν ante τεχνῶν expunxi.

3) μειράκιον νέον τ. Ἑρμῆν; νεαν. —; πρεσβύτης δὲ τὸν Κρόνον:) Albric. Philosoph. de Deorum Imaginibus. edit. Staveren. p. 896.: *I. Saturno: Saturnus primus deorum subponebatur: et pingebatur, ut homo senex, canus, prolixa barba, curvus, tristis, et pallidus, tecto capite, colore glauco;* etc. Conf. Gisb. Cuperi Harpocrat. p. 102. et seq.

4) γυνὴ δὲ νέα Τύχην, πρεσβύτις δὲ Ἑστίαν;) Pro vulgata πρεσβύτης correxi πρεσβύτις in gen. femin. Cum nostro loco conf. Muncker. ad Albrici Philosophi de Deorum Imaginibus Libell. c. XVII. De Vesta. edit. Staveren. p. 924. et seq. ad illa verba: *Supra pinnaculum autem templi depicta erat ipsa Vesta, in formam virginis, infantem ipsum Iovem suo sinu fovens.*

5) Μοίρας, —) Conf. Spanhem. de Praest. et us. Num. T. II. p. 639.

6) — Ὥρας) Conf. Appulei. Metam. L. V. p. 373. edit. Oudend. ibique not. ad verba: *seu de Horarum numero.* Adde Eustath. ad Homer. p. 514, 23. et Horat. IV. 7. 9.

7) παράσημα. Οἱ οὖν τὰ αὐτὰ) Sic cum Cornario et Reiskio legendum. Vulgo: παράσημα εἰ τὰ αὐτὰ —.

8) — συνταγὰς καὶ θερ. τ. ἀ. Σαράπιδος δοθείσας.) Diog. Laert. L. V. Segm. 76. Demetr. Phaler.: λέγεται δὲ ἀποβαλόντα αὐτὸν τὰς ὄψεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, κομίσασθαι αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος· ὅθεν καὶ τοὺς παιᾶνας ποιῆσαι τοὺς μέχρι νῦν ᾀδομένους., ubi vide Commentatores. Conf. Nostrum infra L. V. Somn. 92. et Dan. Vink M. D. Amoenitatt. Philologico-Medicc. p. 64.

Cap. XLV.

1) Ἔτι καὶ πινακὶς —) Verba: Ἔτι καὶ, ex Codice B adiecta sunt.

2) ὑπόμνησιν τραγμάτων;) Vulgo: ὑπόμν. γραμμάτων. Nos Reiskium et Codicem B. sequuti sumus.

3) Ἐσθίειν δὲ βιβλία) Ioann. Apocalyps. X. 9.: Καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον λέγων αὐτῷ: Δός μοι τὸ βιβλαρίδιον. Καὶ λέγει μοί: Λάβε καὶ κατάφαγε αὐτό· etc. ad quem locum vide Wetsten.

Cap. XLVI.

1) Πέρδικες — γυναῖκας — ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς) Huc pertinet Anacreon Od. 61. v. 8.: Ἔγρεσο, μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα. ubi vide Commentatores. Ambrosius Epistolar. Class. I. Epist. 32. §. 2. de perdice haec scribit: *Dicitur itaque avis ista plena esse doli, fraudis, fallaciae, quae decipiendi venatoris vias calleat, atque artes noverit, ut eum a pullis avertat suis; omniaque tentamenta versutiae non praetermittere, quo possit venantem abducere a nido et cubilibus suis.* etc. §. 3.: *Fertur etiam promiscuae esse permixtionis, ut in feminas cum summo certamine mares irruant, et vaga coalescant libidine. Unde impurum et malevolum et fraudulentum animal adversario et circumscriptori generis humani, fallacissimoque, et impuritatis auctori conformium putatur.* —. *Clamavit ergo perdix, qui a perdendo nomen accepit, satanas ille, qui latine contrarius dicitur.* etc. §. 5.: *Ea igitur gratia depraedatus est perdicem illum diabolum, abstulit ei male congregatas divitias multitudinis, revocavit ab errore animas gentium, mentesque nationum deviantium.* etc. §. 6.: *Unde et quidam naturae perdicis etiam istud aptandum putarunt, eo quod aliena diripiat ova, et foveat suo corpore, atque hac sua fraude partus alienos studeat adquirere.* —.

2) δυςτιθάσσευτοι) Sic scribendum erat pro δυςτιθάστευτοι. Noster infra L. III. c. 12.: ἄγχιαν καὶ δυςτιθάσσευτον.

Cap. XLVIII.

1) — ἱμάντι —) Conf. Wetsten. ad Matth. XXVII. 26. ad voc. φραγελλώσας. et ad Act. Apostolor. XXII. 25. ad voc. ἱμᾶσιν.

2) — ὡφ. συμβέβηκε γενέσθαι) Pro γίνεσθαι ex Codice B scripsi γενέσθαι, et sic quoque Wetstenius, qui nostrum locum profert ad Luc. XII. 47.

3) ἀπεοικὸς) Vulgo legebatur: ἀεοικὸς. Ego scripsi ἀπεοικὸς Codicis B auctoritatem sequutus. Quod sequitur μὴ non est cum Reiskio delendum. Nam vocem ἀπεοικὸς sequitur τὸ μή, *quominus*, cum infinitivo. Pro τὸ μὴ autem saepe solum μὴ invenitur.

Cap. XLIX.

1) παραιρεῖται) Sic dedit Cod. B, quem sequutus sum. Antea legebatur: παραιτεῖται.

2) ἀποθανόντι, —) Sic cum Codice B lego in aoristo; quum antea legeretur: ἀποθνήσκοντι. Ad nostrum locum facit Petron. Satyric. c. 26.: *iam ebriae mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque festa exornaverant veste.* Non multo post correxi ἀρώματα pro ἀρώματα.

3) οἱ γὰρ ἀποθανόντες τοῖς ζῶσιν — ἀποθανοῦσι.) Conf. Lucae Evangel. XXIV. 5.

4) τῇ οἰκείᾳ ὄντα) Sic legendum, non, ut in vulgatis est, οἰκίᾳ. Paullo post eodem modo correxi οἰκείαν pro οἰκίαν.

5) Ἀθληταὶ δὲ ἱερονίκας θάνατος ποιεῖ.) Sic emendavere D'Orvill. ad Charit. p. 34. et Reisk. Ad verba, quae

proxime sequuntur, conf. Gilb. Wakefield Silv. Critic. P. V. p. 134. ad Philipp. c. III. v. 12. Vulgo sic legebatur: ἀθλητὰς δὲ ἱερονίκαις, θάνατον ποιεῖ.

6) τῆς ἑαυτῶν σοφίας) Pro αὐτῶν ex Codice B scripsi ἑαυτῶν. De vocabulo μνημεῖα, quod praecedit, conf. Duker. ad Thucydid. L. I. c. 138. ad verba: μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ Ἀσιανῇ, ἐν τῇ ἀγορᾷ.

7) Ἀγαθὸν — βουλομένοις γῆν πρίασθαι;) Conf. Wetsten. ad Act. Apostol. I. 18. ad voc. χωρίον. Quod sequitur ἄλλαις, pro quo Reisk. legit ἄλλων, bene habet.

8) καὶ οἱ ἀποθανόντες γάρ.) Intellige: ἄπονοι καὶ ἄνοσοι. Graeca lingua hanc ellipsin fert. Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 25. Cornarius sic vertit: *Nam et mortui neque dolent neque aegrotant.*

9) ἢ αὐτὸ μόνον δοκεῖν) Sic legendum, non, ut vulgo, αὐτὸν μόνον —. Nostram lectionem: αὐτό, etiam Codex A firmat. Profert hunc locum Wetsten. ad Luc. VII. 12. ad verbum ἐξεκομίζετο.

10) Ὅ, τι δ' ἂν) Ita scripsi pro ὅτι δ' ἂν —.

Cap. L.

1) θλίψεις καὶ στενοχωρίας) Utramque vocem iunxit praeter Nostrum etiam Paulus ad Roman. II. 9.: θλῖψις καὶ στενοχωρία —. Posterior, ut gravior, semper secundo loco ponitur, ideoque a priore disiungi potest, ut in Epistol. II. ad Corinth. IV. 8.: Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι —. Ad quos locos vide Commentatores.

Cap. LII.

1) διὰ τὸ σύνθετον τοῦ ὀνόματος —) Interpres: *propter ipsius verbi κατακαίεσθαι compositionem.* Nos Reiskio assentimur.

Cap. LIII.

1) προγεγυμένοις) Sic legendum pro προειρημένοις. Pro τοῖς ναυτίλλεσθαι προγεγυμένοις Codex B habet: τοῖς ναυτιλλομένοις —.

2) — ὑψηλὸς ὁ σταυρωθείς, καὶ πολλοὺς τρέφει. Τὰ δὲ κρυπτὰ ἐλέγχει; ἐκφανεὶς γὰρ ὁ σταυρωθείς.) Sic ex Codice B dedi, qui tamen habet: πολλοῦ, quod mutavi in πολλούς. Libri vulgati hunc locum ita habebant: — ὑψηλὸς ὁ σταυρωθείς. Τοὺς δὲ πλουσίους βλ. Vide Nostrum et infra L. IV. c. 49.

3) γυμνοὶ γὰρ σταυροῦνται) Matth. XXVII. 35.: — διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, —. ubi vide Wetsten.

4) οὐ πάνυ τι συμφ.) Pro τοι scripsi τι. Vide supra c. 25.

5) οἰκείᾳ) Sic scribendum erat pro οἰκίᾳ. Paullo inferius pro τῆς γῆς ante ἐπιβαίνειν scripsi τῇ γῇ. Noster enim semper dicit: τῇ γῇ ἐπιβαίνειν, nusquam τῆς γῆς ἐπιβ.

Cap. LIV.

1) ὁ θηριομαχῶν —) i. e. *Bestiarius.* Conf. Paul. epistol. ad Corinth. XV. 32. ibique Wetsten.; Marc. Antonin. de se ipso. L. X. §. 8.; Senec. Epist. I. L. X.; Sueton. Tib. Claud. Caes. c. 34.; Gell. L. V. c. 14.; Iul. Caes. Bulenger. de Venatione Circi. c. 30.: de Bestiariis. et Lakemacheri Observatt. Philolog. I. T. p. 194. sq.

Cap. LV.

1) Εἰς ᾅδου καταβῆναι δοκεῖν, καὶ τὰ ἐν ᾅδου ἐρᾷν, ὅσα ἐκεῖ εἶναι νενόμ. —— ἄπρακτοι γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν —) Ita exhibet Cod. B, quum antea legeretur: Εἰς ᾅδου καταβῆναι καὶ ἀναβῆναι καὶ θεωρεῖν, ὅσα ἐκεῖ νενόμισται, τοῖς μὲν ἐν εὐπραξίαις βλάβας σημαίνει. ἄπρακτοι γὰρ οἱ ἐν —.

2) ἀποδημήσαντες εἰς ᾅδου πορεύεσθαι) Vulgatam retinui. Aoristus enim ἀποδημ. ponitur pro Futuro. Itaque πορεύεσθαι recte habet. Ad hunc locum facit Theodor. Prodromus de Rhodanthes et Dosiclis Amoribus. L. IX. p. 421. edit. Gaulmini: —

Καὶ προσπλακείσας τοῖς ἑαυτῶν ἐκγόνοις,
Ὡς οἷα νεκροῖς ἐκ τάφων ἠγερμένοις·
Καὶ δακρυσάσας ἄλλο χαρμονῆς δάκρυ etc.

3) εἴργεσθαι τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀνόδου, βίᾳ κ.) Comma, quod erat post βίᾳ, retraxi post ἀνόδου. Cod. B. nostrum locum sic dat: ἠγεῖσθαι τῆς εἰς ἀνθρώπους ὁδοῦ βίᾳ κ.

4) φαμὲν γὰρ ἐν τῇ συνηθ. — ἐξ ᾅδου ἀναβεβηκέναι.) Hac facit Homer. Od. XVI. 21.:

πάντα κύσεν περιφὺς, ὡς ἐκ θανάτοιο φυγόντα.

Conf. Wetsten. ad Epist. ad Ephes. IV. 9. ad verbum κατέβη. et Desider. Herald. ad Arnob. adv. Gent. L. II. p. 80. ed. Lugd. B. ad verba: *Et ab Orci faucibus, quemadmodum dicitur, vindicari.*

Cap. LVI.

1) σταυρὸν βαστάσαι σημ.) Pro αὐτῷ, ut in vulgatis erat, ex auctoritate Codicis B scripsi βαστάσαι; quamvis MS. habeat βαστάξαι.

2) — πρότερον αὐτὸν βαστάζει.) Evangel. Ioann. XIX. 17.: Καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίου τόπον, —. Conf. G. Wakefield Silv. Critic. P. V. p. 91., D'Orvill. ad Charit. p. 373. ad verba: Καὶ ἕκαστος αὐτῶν τὸν σταυρὸν ἔφερε. et Wetsten. ad Matth. X. 38.

3) αἰσθόμενον) Interpres vertit: *gaudens eam deponet*, tamquam legisset: ἡδόμενον vel ἡσθησόμενον. Sed non opus. Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 567.

4) συναιρομένῳ) Sic cum Reiskio scripsi pro συναισσομένῳ. D'Orvill. ad Charit. p. 567. legi vult: συναιγαμένῳ.

5) Ὅσῳ οὖν ἀσθενέστερός ἐστιν ὁ β.) Sic ex Codice B dedi. Antea legebatur: ὅσῳ ἀσθενέστερος ᾖ ὁ β.

Cap. LVII.

1) οἷον νεκροῖς συντίθενται:) Vertendum: *qualia cum mortuis condi solent.* Conf. Aelian. Var. Hist. L. VII. c. 3., ubi quaedam habet Perizonius. Cod. B nostrum locum ita habet: ὁποῖον οἱ νεκροὶ σ.

2) καθιστᾷ —) Vulgatam καθιστᾷ contra Reiskium retinui. Cum nostro loco comparandus Wetsten. ad Marc. XIV. 15.

3) τ. πλείονας τῶν διαφερόντων τῷ θεασαμέιῳ) Pro τοῦ θεασαμένου cum Reiskio scripsi τῷ θεασαμένῳ.

4) πρόδηλον —) Conf. Wetsten. ad Epist. ad Hebr. VII. 14. ad voc. πρόδηλον.

5) οἱ γὰρ νοσοῦντες — ὑγιαίνοντες.) Conf. Nostr. infra L. III. 39. Adde Wetsten. ad Matth. IX. 12.

Cap. LVIII.

1) τὰ δὲ ἀργυρᾶ — ἐν συνθήκαις περὶ —) Interpres: *Verum argentea verborum in pactis de rebus gravibus ac seriis significationem habere.*

Cap. LIX.

1) Ὁ δὲ πολυχρήματος θησαυρὸς) Conf. Nostr. supra c. 5., extr. verba praecedentis capitis 58. et Lucian. Philopatr. c. 21. sq.

2) — ἐργαστηρίῳ τινὶ —) Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 125. ad verba: οἷα δὲ ἀλγῶν ἐπὶ τινὸς ἐργαστηρίου καθῆστο.

3) πέμψας) Sic dedi pro πέμψαι. Mihi consentit Reiskius.

4) ἀναθέμενός —) Conf. Wetsten. ad Epist. ad Galat. II. 2. ad v. ἀνεθέμην.

5) *υἱός, ὃ καὶ ἀπ.*) Vulgat. ᾧ cum Reiskio in ὃ mutavi. Et sic quoque Interpres: *quod ipsum etiam sic evenerit.*

6) *ὅτι ἀεὶ εἰώθαμεν διὰ — ὀκτακοσίων σημ. τὸ οὐδέν.*) Interpres sic vertit: *quod etiam semper per eiusmodi positionem digitorum trium milium octingentorum, nihil significare consuevimus.* Bene. Nam si una eademque manus dextra per positionem digitorum numerum: tria millia: una cum numero: octingenta: indicat: conformat hunc gestum: Nihil significantem. Hodieque eundem gestum digitorum invenies apud Italos dicentes: *Far la fica.* Atque eodem hoc gestu Nostrates utuntur dicentes: *Einen Dreck (Ein Dreckchen) sollst du kriegen!* Ceterum si qui hac de manuali loquela plura legere velit: adeat Venerab. Bedae de indigitatione librum, Nicolai Smyrnaei *περὶ δακτυλικοῦ μέτρου* libellum in Libro: Catena Graecorum Patrum in Evangelium secundum Marcum Collectore atque Interprete Petro Possino Soc. Iesu Presbytero, qui adiecit, titulo Spicilegii, Commentarium ad Loca Selecta Quatuor Evangeliorum. etc. Romae 1673. in fol., p. 449. usque ad p. 461. et Kästner. in libro: *Geschichte der Mathematik,* T. I. p. 225. Conf. etiam Macrob. Saturn. I. 9. et Suid. in voc. *Ἰανουάριος.*

Cap. LX.

4) καὶ ταῦτά γε οὐχ ὁλόκληρα οὔτε ὑγιᾶ ἐῶσιν, ἀλλὰ καταπόπτουσι.) Sic legendum, ut edidimus: — ταῦτά γε οὐχ ὁ. οὔτε ὑγιᾶ —, et ut habet Codex B, non, ut vulgo, — ταῦτα δὲ οὐχ ὁ. οὐδὲ ὑγιεινὰ —.

5) πρὸς τοῖς κινδύνοις) Vulgo: τοὺς κινδύνους. Nos posuimus: τοῖς κινδύνοις, in dativo casu, ob praepositionem πρὸς, *praeter*.

Cap. LVI.

1) Ψηφοπαικτεῖν —) Alciphron L. III. epist. 20.: Εἷς γάρ τις εἰς μέσους παρελθὼν, καὶ στήσας τρίποδα, τρεῖς μικρὰς παρετίθει παροψίδας, εἶτα ὑπὸ ταύταις ἔσκεπε μικρά τινα καὶ λευκὰ καὶ στρογγύλα λιθίδια, οἷα ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν χειμάρρων ἀνευρίσκομεν· ταῦτα ποτὲ μὲν κατὰ μίαν ἔσκεπε παροψίδα, ποτὲ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὑπὸ τῇ μιᾷ ἐδείκνυ, ποτὲ δὲ παντελῶς ἀπὸ τῶν παροψίδων ἠφάνιζε, καὶ ἐπὶ τοῦ στόματος ἔφαινεν· εἶτα καταβροχθίσας, τοὺς πλησίον ἑστῶτας ἄγων εἰς μέσον, τὴν μὲν ἐκ ῥινὸς τινὸς, τὴν δὲ ἐξ ὠτίου, τὴν δὲ ἐκ κεφαλῆς ἀνῃρεῖτο· καὶ πάλιν ἀνελόμενος ἐξ ὀφθαλμῶν ἐποίει. Κλεπτίστατος ἄνθρωπος, ὑτὲρ ὃν ἀκούομεν Εὐρυβάτην τὸν Ὀιχαλιέα. Μὴ γένοιτο κατ' ἀγρὸν τοιοῦτο θηρίον, οὐ γὰρ ἁλώσεται ὑπ' οὐδενός, καὶ πάντα ὑφαιρούμενος τὰ ἔνδον, φροῦδά μοι τὰ κατ' ἀγρὸν ἀπεργάσεται. Ad hunc locum conf. Commentat. Vide etiam Fabric. ad Sext. Empiric. Hypotypos. L. II. c. 22. ad illa verba: ὥσπερ γὰρ οὐδ' ὅτι ἀληθῆ ἐστι τὰ ὑπὸ τῶν ψηφοπαικτῶν γινόμενα, συγκατατιθέμεθα· ἀλλ' ἴσμεν ὅτι ἀπατῶσι, κἂν μὴ γινώσκωμεν ὅπως ἀπατῶσιν· οὕτως etc. et adv. Rhetores p. 297. ad voc. οἱ ψηφοπαῖκται.; Casaubon. ad Athenaeum L. I. c. 15.; I. C. Bulenger. de Theatro L. I. c. 40. et Beckmann. in libro, quem inscripsit: *Beyträge zur Geschichte der Erfindungen* Vol. 4. N. 3.: *Taschenspieler*. p. 75. et sqq. Adde D'Orvill. ad Charit. p. 683. et sq.

Cap.

Cap. LVII.

1) πάντας ὑποδέχεσθαι.) Vulgo ἀποδέχεσθαι, pro quo scripsimus ὑποδέχεσθαι; sic enim loquitur Noster et infra L. V. Somn. 82.

2) καὶ κινήσεις καὶ ἀποδημίας) Pro κινδύνους ex Codice B dedi κινήσεις; nam κινήσεις et ἀποδημίας Noster saepe coniungit.

Cap. LVIII.

1) βουλομένῳ καὶ τελειῶσαι; ἀπὸ γὰρ —) Verba καὶ τελειῶσαι ex Codice B in textum revocavi. In ceteris libris deerant.

2) ἔστηκε, καὶ —) Particulam καὶ cum Reiskio inserui, et paullo post pro πάσης ἀποδημίας cum eodem Reiskio scripsi πάσῃ ἀποδημίᾳ.

Cap. LIX.

1) Λευκέα — διαπόντιος κομίζεται.) Λευκέα est *Hispanicum spartum, stipa tenacissima Linnaei.* De hoc sparto copiosissime tractat Salmas. in Plin. Exercitt. T. I. p. 538. et sq.

2) Τοῖς δὲ ἐν τρυφῇ διάγουσι θλ.) Evang. Luc. VII. 25.: — ἐν — τρυφῇ ὑπάρχοντες. ubi vid. Wetsten.

Cap. LX.

1) τὸ ζῆν καλ.) Pro vulgata τὴν ζοὴν ex Cod. B scripsi τὸ ζῆν, propter verba: τὸ δὲ ἐναντίον τούτου, quae statim sequuntur. Ceterum ad v. ἐσχάτως ἔχουσι, quae praecedunt, conf. Wetsten. ad Marc. V. 23. ad illa v. ἐσχάτως ἔχει.

2) λύσιν καὶ — τὸν θάνατον.) Plato alicubi dicit: Ὁ θάνατος λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. Profert nostrum locum Barth. in Adversariis haec scribens: *Vin-*

cula corporis elegantur pro vita in eo animam detinente dixit Gennadius Scholarius περὶ προορισμοῦ. *De Deo.* τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖον περιμεῖναι τῇ παρουσίᾳ τῆς σαρκὸς ᾠκονόμησε. τὸν δὲ ἧττον ἀπολυθῆναι τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος διετάξατο, κατὰ τοὺς τῆς ἀῤῥήτου σοφίας ἑαυτοῦ καὶ δικαιοσύνης λόγους. *Nodos corporis dicit Arnobius L. II.: „Homo quamvis annis vivat innumeris, et nunquam nodis corporeis eximatur.“ Hericus L. VI. de Vita Germani:*

Spiritus at caecis ardens emergere vinclis
Emicat, et liquidas ardens transfertur in auras.

Sic contrarium vitae solutio mors scilicet dicitur. Carfilis in responsis: Τί θάνατος? διάλυσις. *Vide Artemidor.* —. etc.

3) — ἐλέγχουσι;) Sic cum Codice B legendum, non, ut libri habebant, ἐλέγχει. Referendum est ad Δήμιοι et δεσμοφύλακες.

Cap. LXI.

1) Παννυχίδες — μετὰ ἀγρυπνίας εὐφροσύναι, πρὸς γάμους —) Conf. Evangel. Matth. XXV. 1. et ibi Wetsten.

2) — καταφανεῖς) Vulgo ἐκφανεῖς. Ego ex Codice B dedi καταφανεῖς, ut aptius, propter verba, quae proxime antecedunt.

3) Τοῖς δὲ ἐν εὐπορίᾳ καθεστῶσι,) Pro ἀπορίᾳ, ut antea erat, scripsi εὐπορίᾳ Codicis B auctoritatem sequutus. Assentitur mihi Interpres vertens: *His vero, qui opulenti sunt* etc.

Cap. LXII.

1) Ἀγορὰ ἐσπαρμένη πάντῃ δήπουθεν ἄβ. γ.) Pro πάντῃ legi vult Reisk. παντὶ. Sed vulgata lectio recte habet.

Cap. LXIII.

1) Ἀνδριάντες χαλκοῖ) Editum erat χαλκοὶ cum acuto. Nos scripsimus χαλκοῖ cum circumflexo.

2) τοὺς ἡγεμόνας τῆς πόλεως) Sic dedit Codex B, quem sequutus sum. Eodem modo Interpres: *urbis principes* —. Vulgo legebatur: τοὺς ἡγουμένους τ. π., quod tamen non reiiciendum.

Cap. LXIV.

1) Ἀσπάλαξ ἄνθρωπον τυφλὸν ἀπὸ τ. σ. σημαίνει,) Vulgo σημαίνειν in infinitivo. Nos scripsimus σημαίνει, ut et Aldus habet. Huc Aristotel. de Anima L. III. c. 1.: πᾶσαι ἆρα αἱ αἰσθήσεις ἔχονται ὑπὸ τῶν μὴ ἁπλῶν μηδὲ πεπηρωμένων. φαίνεται γὰρ καὶ ἡ ἀσπάλαξ ὑπὸ τὸ δέρμα ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμούς. Michael. Apostol. Cent. XIX. 65.: Τυφλότερος ἀσπάλακος.) Τοῦτο τὸ ζῶον οὐκ ἔχει ὀφθαλμούς· φησὶ δ' αὐτὸ Στησίμβροτος ὑπὸ τῆς γῆς τυφλωθῆναι, διὰ τὸ φθείρειν τοὺς καρπούς· ἔχει γὰρ ὀδόντας μιαιφονωτάτους, καὶ ῥύγχος ὥσπερ γαλῆς, καὶ πόδας ὡς ἄρκτου.

Cap. LXV.

1) Γλαυξ, ἐλεός, βρύας, αἰγώλιος, σκώψ, νυκτικόραξ, —) Sequutus sum in hoc loco restituendo partim Aristotelis auctoritatem, qui has aves nocturnales recenset (Histor. Nat. VIII. 3.), partim Codicis B vestigia ita habentis: Γλαύξ, ἐλαιὸς ∴ (*sic*) βρύαξ ἀπόδιος ∴ σκώψ, νυκτικόραξ, —. Vulgo libri habebant: Γλαυξ, εἰλεὸς, ῥύαξ, αἰπολειός, σκώψ, νυκτικόραξ, —. Si qui de his avibus plura legere velit, adeat Beckmann. ad Antigon. Caryst. c. X. p. 19.; Verheyk. ad Antonin. Liberal. Fab. 10. ad illa verba: καὶ αὐτῶν μὲν ἡ μὲν ἐγένετο νυκτερὶς, ἡ δὲ γλαυξ, ἡ δὲ βύζα (βύας). et Fab. 15. ad verba: — νυκτικόρακα κακάγγελον.; Reimar. ad Dion. Cass. L. XL. T. I. p. 235. et Scholiast. Theocrit. ad Idyll.. Θύρσις, v. 136. ad voc. Σκῶπες.

2) ὥστε εἴ ἄλλοι ὄρνιθες,) Vocem ἄλλοι ex Codice B et Aldo in textum revocavi. Et Cornarius vertit: *aliae aves.*

3) Εἰσοικιζόμενα δὲ εἰς οἰκίαν ταῦτα) Hoc ταῦτα ex Codice B adieci. Εἰσοικίζεσθαι et ἐνοικίζεσθαι est *immigrare in domum*: ἐξοικίζεσθαι, *emigrare*. Ut Aristophan. Pac. v. 196.: Φροῦδοι γὰρ εἰσὶν ἐχθὲς ἐξῳκισμένοι. v. 202.: Ἐξῳκίσαντο δὲ οἱ θεοὶ τίνος οὕνεκα; et v. 259. pistillum ad manus esse negat, quia ἐχθὲς εἰσῳκίσμεθα. De hirundinibus Synesius: αἱ ταῖς τῶν ἀνθρώπων οἷον φιλίαις ἐνοικίζονται μὲν μετὰ τοῦ φθέγγεσθαι, σιωπῶσαι δὲ ἐξοικίζονται. Hinc translata virtute Plato Πολ. IV. p. 634. D.: ἡ παρανομία αὕτη κατὰ μικρὸν εἰσοικισαμένη ἠρέμα ὑποῤῥεῖ πρὸς τὰ ἤθη etc.

Cap. LXVI.

1) καὶ ἐπιβολὰς χρειῶν σ.) Vulgo ἐπιβουλὰς. Perperam. Legendum: ἐπιβολὰς. Et sic quoque iam voluit D'Orvill. ad Charit. p. 34. Pertinent huc illi versus apud Gellium L. III. c. 3.:

Ut illum dii perdant, primus qui horas repperit,
Quique adeo primus statuit hic solarium,
Qui miki comminuit misero articulatim diem.
Nam me puero vetus erat solarium
Multo omnium istorum optumum et verissimum:
Ubi iste monebat esse, nisi cum nihil erat,
Nunc etiam quod est, non est, nisi soli lubet.
Itaque adeo iam oppletum'st oppidum solariis.
Maior pars populi aridi reptant fame.

Ceterum conf. Beckmann. in libro, quem inscripsit: *Beyträge zur Geschichte der Erfindungen* Vol. I. Tom. 2. p. 428.

2) κατεασσόμενον) Pro κατεσόμενον, ut in libris erat, cum Reiskio scripsi κατεασσόμενον, duobus σσ.

3. Ἀεὶ δὲ τὰς πρὸ) Legebatur τὰ ante πρὸ. Legendum: τὰς.

4) Ταῦτα μὲν οὖν) Sic cum Codice B legendum, non, ut vulgo; Τὰ μ. ο.

5) ὥςπερ εἰς ἀνοικείαν κατατεθέντα καὶ ἀλλοτρίαν χώραν,) Vulgo legebatur: ὥςπερ ἂν εἰς οἰκείαν etc. Pro οἰκείαν D'Orvill. ad Charit. p. 51. coniecit: ὀθνείαν. Sed non dubito, quin hunc locum correxerim sola translatione particulae ἄν, ut scriptum sit ἀνοικείαν, uno vocabulo. Ceterum pro ἀλλοτρίαν χώραν, μήτε — Codex B habet: ἀνοικείαν· μήτε —.

6) ἕπως μή τινι, ὡς ἔφην, πάροδον καὶ ἐπιβάθραν —) Pro τινα scripsi τινι Codicem B sequutus, in quo tamen proxima verba: ὡς ἔφην, desunt. De vocabulo ἐπιβάθραν vid. supra Prooem. not. 4.

7) ὥςπερ τῶν ἄλλων πρ.) Articulum τῶν ex Codd. A et B inserui, in quo tamen posteriore deest ἄλλων.

8) οἱ προεδυκηθέντες φόβοι) Vulgo: προεδικηθέντες, perperam. Ad verba εἰς κακὸν ἀπέβησαν, quae praecedunt, conf. Evangel. Luc. XXI. 13. et ibi Wetsten.

9) οἱ ὄνειροι μεμιγμένων τῶν ἐν αὐτοῖς σημαινομένων εἰκότως) Ita exhibet Codex B. Vulgo contracte legebatur: οἱ ὄνειροι μεμιγμένοι εἰκότως —.

10) ποικίλοι καὶ τοῖς πολλοῖς δυσερμήνευτοι.) Diodor. Sic. L. II. c. 52.: καὶ καθόλου πολυειδεῖς καὶ δυσερμηνεύτους ἀποτελεῖσθαι χρόας. Epistol. ad Hebraeos c. V. v. 11.: Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν· —, ubi vid. Wetsten.

11) εἶναι βασιλέα,) Post εἶναι legebatur καὶ, quod cum Reiskio expunxi.

12) θλιβόμενος) Sic legendum in casu nominativo, non, ut antea erat, θλιβόμενον. Codex B habet φθειρόμενος.

13) Ἔστι γὰρ ἡ μὲν κεφαλὴ ὁ πατήρ, ἡ δὲ —) Ita ex Codice A reposui; quum antea legeretur: ἔστι μὲν γὰρ κεφαλὴ ὁ π., ἡ δὲ —.

14) Οὗτος, οἳ καὶ καθ' ἓν τῶν σημείων ἐπίστανται, πρός τί ἕκαστον ἁρμόζει, καὶ τὰς ἀποφάσεις οὐδέν τι μᾶλλον ἐξ ἑνὸς ἑκάστου ἢ ἐκ πάντων ποιοῦνται.) Sic Codex B legit. Tantum in eo discedit, quod non ἁρμόζει, sed, ut in vulgatis est, ἁρμόζειν

habet. Ἁρμόζει mihi melius videbatur. Libri hoc modo habebant: θύτας· οἱ καθ' ἕκαστον τῶν σημείων ἐ., πρὸς τὶ ἕκ. ἁρμόζειν, κ. τ. ἀ., ο. τ. μ. ἐ. ἑ. ἑκάστου ἐκ π. π. Particulam ἢ ante ἐκ π. iam legit Bulenger. de Sortibus L. I. c. 7.: de Iudiciis Aruspicinae. Qui locus omnino cum nostro comparandus est.

15) καὶ μὴ πρὸ τοῦ — ἐγκαλεῖν τι; ἐπεί γε ὅτι τοὺς — διωμόσασθαι ἔχω.) Locum hunc Rigaltius ita habet: καὶ μὴ πρὸς τοῦ — ἐγκαλεῖν. ἐπείτοι γε τοὺς — διωμόσασθαι ἔχων. Praepositionem πρὸς cum Reiskio mutavi in πρό. Verba τι; ἐπεί γε ὅτι ex Codice B, et verbum ἔχω ex utroque Codice et Aldo dedimus.

16) — αὐτὴν δ' ἑαυτῆς περιώνυμον —) ἑαυτῆς ex Cod. B dedi pro ἑαυτήν. Profert hunc locum Wass. ad Thucydid. II. 41. ad illa verba: καὶ οὐδὲν προσδεόμενοι οὔτε Ὁμήρου ἘΠΑΙΝΕΤΟΥ, —.

17) Δαλδία δὲ πόλισμα Λυδίας καὶ οὐ σφόδρα ἐλλόγιμον. διὰ τὸ μὴ —) Ita vulgati habent. Aut illud καὶ ante οὐ σφ. transferendum est post ἐλλόγιμον et ante διά, ut ad ἐλλόγιμον supplendum sit, attico more, ἐστί. Aut, si malis, lege cum Codice B ita habente: Δάλδις δὲ πόλισμα λύδιον καὶ οὐ σφ. ἐ. διὰ τὸ μὴ —. Ceterum cum nostro loco conf. Wesseling. ad Hieroclis Grammatici Synecdem. p. 670. ad vocabulum Τρᾶλλης.

AD LIB. IV. Prooem.

1) — σοφίαν μὴ σ.) Epist. I. ad Corinth. III. 10.: σοφὸς ἀρχιτέκτων —. ubi vid. Wetsten. Paullo ante vox κρατίστου significat: *optimi*. Eodem modo in Evangel. Luc. I. 4., ubi vid. Wetsten. Et ad verba: καὶ ταῦτα ὅπως εἶχον δυνάμεως —, quae sequuntur, conf. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. T. I. p. 38.

2) τὴν πραγματείαν ηὑρίσκετο,) Pro vulgato ἀνευρίσκετο correximus ηὑρίσκετο. Et articulum τὴν ante πραγματείαν cum Reiskio inserui.

3) ἐν ἐπιδρομῇ λόγων, —) Sic sine dubio legendum, et sic quoque Codex B et Aldus habent, quibus Cornarius adsentitur. Editum erat: ἐν ἐπιδομῇ λόγων —. Aliter legi hunc locum vult Iacobus de Rhoer in Otio Daventr. c. XV. haec scribens: —. *Cornarius dedit illa* ὡς ἐν ἐπιδομῇ λόγων: *velut in incursione sermonum. legi itaque* ἐν ἐπιδρομῇ λόγων. *Scio,* ἐπιδρομὴ *sermoni potest tribui. Notum est e Lexicis etiam Plutarchi istud* ἐξ ἐπιδρομῆς λέγειν. *Sensus autem iste huic loco parum videtur convenire. Mallem itaque* ὡς ἐπίδομα, *velut additamentum. Dicit ipse in praef. libri 3. sibi adhuc aliquid argumento deesse videri, duobus autem prioribus libris cum nihil attexendum videretur, singulis seorsim relictis, sparsis et non in unum coactis capitibus se librum illum fecisse. Erud. Knoop.* coniiciebat ἐν ἐπιτομῇ λόγων. Paullo post particula ἢ ante ἐνδέσιον a me ex Codice B adiecta est.

4) εἰ αὐτὸν μόνον δέοι κρ.) Pro vulgata αὐτὸ cum Reiskio scripsi αὐτὸν. Subaudi σὲ.

5) μὴ πολλοῖς κοινωμῆς ἀντιγραφῶν.) ἀντιγραφῶν ex Codice B dedi pro ἀντιγράφοις. Profert hunc locum Christian. Schoettgenius De Librariis et Bibliopolis. c. II. De Librariis et Bibliopolis Veterum Graecorum.

6) τὰ γὰρ ἐνταῦθα) Illud γὰρ inserui ex auctoritate Codicis A et Aldi. Paullo post scripsi: ἢ οὐδενός γε, propter vim orationis. Antea erat: ἢ οὐδενός. Particulam γε ex Codice B addidi, et particulam ἢ, quae in Codice B deest, ego mutavi in ἢ.

7) οἷς ἐπιμελὲς ἐστι τὸ κατορθοῦν ἐν μαντικῇ.) Sic legit Cod. B, quem sequutus sum. Vulgo legebatur: οἷς ἐ. ἐ. τὸ κατ' αὐτοὺς ἐπανορθοῦν ἐν μ.

8) πρώτοις δύο βιβλίοις ἀπ' ἀρχῆς ἀ.) δύο ex Codice B adieci, et pro ἀπαρχῆς disiunctim scripsi ἀπ' ἀρχῆς.

9) αἰτιολογεῖσθαι) Sic dat Codex B pro αἰτιολογήσασθαι.

10) τὸ ἐκ τοῦ προοιμίου τοῦ πρώτου βιβλίου ῥητόν;) Illud ἐκ ex Codice B et Aldo in textum recepi pro vulgata ἐπὶ; et τὸ ῥητόν est *locus, die Stelle.*

11) παραλελεῖφθαι) Sic scripsi pro καταλελεῖφθαι. Nostram scripturam confirmat etiam Codex B, qui tamen habet: παραλέλειπται.

12) οὐκ ἐξείργασται, ὡς στρόφιον —) Hinc sua descripsit Suidas in vocabulo Στρόφιον, ubi pro ἐξήργηται ex Nostro corrigendum est: ἐξείργασται.

13) τὸ ἐνύπνιον καὶ οὐ ταὐτόν. Ἀλλαχῆ καὶ τὸν ὄνειρον ἐνύπνιον λέγων εἴπῃς ἄν) Ita exhibet Codex B, qui tamen pro εἴπῃς et λέγῃ, quod paullo post sequitur, habet εἴποις et λέγοι. Vulgo legebatur: τὸ ἐνύπνιον, καὶ ἀλλαχῆ οὐ ταυτόν. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνύπιον καλῶς εἴπῃς ἄν, —.

14) δύναμιν ἔχον,) ἔχον scripsi pro ἔχοντα Codicem B sequutus. Nam referendum est ad articulum τὸ ante μὲν ἀσήμαντον. Non multo post eiusdem Codicis B auctoritatem sequutus scripsi ὑπὸ ἐπιθυμίας pro ἀπὸ ἐπ. et posteriùs ἀπὸ ante ὑπερβάλλοντος delevi.

15) — Ὄνειρος.) Homer. Iliad. II. 56.

16) τοῖς ἑνστάσει χρωμένοις ἀγαθῇ καὶ εὐπροαιρέτῳ ἐνύπνια) Ita correxit Reiskius, et sic quoque sententia postulat. Libri vulgati habebant: τοὶς ἐν στάσει χρωμένοις, ἀγαθὰ καὶ εὐπροαίρετα ἐνύπνια —.

17) οὔτε φόβοις, οὔτε ἐλπίσιν,) Praepositiones ἐν ante φόβοις et ante ἐλπίσιν expunxi auctoritate Codicis B, qui tamen pro φόβοις habet φόβῳ.

18) οἷον δυνάμενος διακρίνειν) Vulgatam οἷα mutavi in οἷον, ut etiam Codex B legit, qui tamen hunc locum ita habet: ἄλλο ᾽ οἷον (*sic*) δυνάμενοι διακρ.

19) εὐεπιβόλως) i. e. εὐστόχως. Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 509.

20) ἐσθῆτα γυναικείαν) Sic scribendum erat pro vulg. αἰσθῆτα γ. Cornar. recte vertit: *vestem muliebrem.* Ad verba: οὐ τὴν ἐρωμένην ὄψεται, ἀλλ' ἵππον, quae praecedunt, conf. Nostr. supra L. I. c. 79. n. 19.

21) οὐδὲ ναῦς, οὐδὲ στρωματοδέσμους, —, ἵπτασθαι δὲ ἢ δόξει, ἢ σ. —) Antea legebatur: οὐδὲ ναῦς, ἀλλὰ στωματοδέσμους, ἢ σκεύη συνειλημμένα, ἢ πωρασκευὴν ἀποδημίας· ἵπτασθαι δὲ εἰ δόξῃ, ἢ σ. —. Pro εἰ δόξῃ nostro usi iudicio emendavimus ἢ δόξει. Quae quin sincera lectio sit, nemo dubitare potest. Et δὲ post ἵπτασθαι est ἀλλὰ, *sed, sondern.* Cetera ex Codice B dedimus. Quae paullo post sequuntur verba: καὶ εἴ τι ἄλλο ἀποδημίας ἔσται σύμβολον, Interpres omisit.

22) ζωγράφος, ὃς τ. δ. κατορύττειν π. ἐ., καὶ τ. μ. τ. ὀ. τοῦ οἰκήματος, ἐν ᾧ δ., ἀπόλυσθαι, τ. δ. κ. τ. ἑ. κ. ἀποτέμνεσθαι:) Vulgo legebatur: ζωγράφος τὸν δεσπότην κατορύττων πολλάκις ἐδόκει. τοῦτο μὲν τὴν ὀροφὴν τοῦ οἰκείου οἰκήματος ἐν ᾧ διέτριβεν, ἀπόλλυσθαι· τοῦτο δ. κ. τ. ἑ. κ. ἀποτετμῆσθαι. Vocabulum οἰκείου ante οἰκήματος delevi et pro ἀποτετμῆσθαι scripsi ἀποτέμνεσθαι in praesenti Codicis B auctoritatem sequutus; nam paullo ante Noster loquitur ἀπόλλυσθαι in praesenti. In ceteris sum Reiskium sequutus.

Cap. I.

1) — ἀλληγορικοὺς καλοῦμεν: καὶ —) Suidas: Ἀλληγορία ἡ μεταφορά. ἄλλο λέγον τὸ γράμμα, καὶ ἄλλο τὸ νόημα. καὶ ἀλληγορικοὶ ὄνειροι οἱ ἄλλα δι' ἄλλων ἀγορεύοντες· θεωρηματικοὶ δὲ, οἱ τῇ ἑαυτῶν θέᾳ προσεοικότες. Hesych.: Ἀλληγορία. ἄλλό τι παρὰ τὸ ἀκουόμενον ὑποδεικνύουσα. Conf. Wetsten. ad Epist. ad

Galat. IV. 24. ad v. ἀλληγορούμενα. et Nostrum supra L. I. c. 2. ab initio. unde sua sumsit Suidas l. c.

2) καταβεβηκέναι, ἢ ὑπὸ κυνὸς —) Deesse hic aliquid Reiskius recte coniicit; sed quid, nescio.

3) λαβεῖν, ἢ φίλον ib.) Particula ἢ a me ex Codice B textui inserta est. Statim post eicci verba: ἢ ἥλιον, ut variam lectionem vocis φίλον, eiusdem Codicis B auctoritate nixus.

4) Ἀλλὰ τοῦτο μένον θεωρηματικὸν) Pro μὲν, ut vulgo legebatur, scripsi μόνον ex auctoritate Codicis B. Mox pro τε ἔχειν post σφοδρα cum Cornario ac Reiskio correxi γε ἔχεις. Prior enim vertit: *valde sane exacte traditam in primo libro habes.* Et ad verba: πάντῃ καὶ πάντως —, quae praecesserunt, cf. Wetsten. ad Act. Apostol. XXIV. 3.

5) — ἐν τούτῳ τὸ θεώρημά ἐστι:) Sequimur Reiskium. Vulgo: ἐν τούτῳ τῷ θεωρήματι. οἱ —.

6) χαλκέα χαλκεῖ, καὶ τέκτονα τέκτονι, καὶ τὴν χαλκευτικὴν —) Antea legebatur: χαλκέα καὶ τέκτονα, τὴν χαλκευτικὴν —. Nos Codicis B auctoritatem sequuti sumus.

7) Φιλάγριος ὁ ῥήτωρ —) Conf. Henr. Vales. Emendatt. L. III.

8) καὶ διὰ δανειστὰς ἐξεχώρησε —) Sic legendum, non, ut vulgo, καὶ διανιστὰς ἐξεχώρησε —. Et sic quoque scriptum est in margine Codicis A.

Cap. II.

1) νόμος ἄγραφος:) Mores sunt leges non scriptae, quae magnae auctoritatis habentur, quod in tantum probatae sint, ut [illegible] fuerit necesse scripto eas comprehendere, ut loquitur Paulus L. 36. D. de legibus senat. et long. consueta l. [illegible]. Sic apud scriptores aliquando duo haec coniuncta reperiuntur: ἔθος et νόμος ἄγραφος. Ut apud Eumathium L. I. initio p. 2. edit. Gaulmini: καὶ τοῦτο

γὰρ ἔθος τῇ πόλει καὶ νόμος ἄγραφος, —. Cum nostro praeterea loco conferre licet Eusebii Praeparat. Evangel. L. VI. p. 274. ed. Vigeri.; Andocid. 42. 4.; Aristotel. Rhetoric. L. I. c. 14. §. 2. et §. 5.; Hierocl. in tractatu, quales erga patriam esse oportet, apud Stobaeum c. 157.; Sophoclis Aiac. p. 21. ed. Henr. Stephan.; Dionys. Halicarnass. Antiq. Rom. L. X. c. 57.; Diog. Laert. L. III. Segm. 86. et Segm. 103.; Spanhem. Observ. ad Iulian. Imp. Orat. I. p. 35. et R. Bentleii Responsion. ad C. Boyl. De Legibus Zaleuci.

2) χρῆται) In Rigaltiana editum erat: χρῖται, quod cum Aldo et Cornario mutavi in χρῆται, *utitur*.

3) καὶ ἐπιτηδεύμασι πᾶσι,) Sic legit Codex B pro vulgari καὶ ἐπιτηδεύματι, —.

4) ἄλλα δὲ —) δὲ h. l. est: *nam*, ut et Cornarius vertit.

5) πράττοντι δὴ κατὰ τ. —) Pro δὴ legebatur δὲ. Eodem tamen modo, quo nos scripsimus, iam legit Gilb. Wakefield Silv. Critic. P. III. p. 43. Sect. 123. ad Rom. 13. v. 3. et 4., quem vide.

6) καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων.) Articulum τὴν scripsi pro τὸ, ut antea erat. Paullo ante pro ἀποσχέσεις melius scribetur ἀποσχίσεις, i. e. διαιρέσεις, propter antecedens ἀδιαίρετον. Eodem modo paucis post verbis scribendum.

7) ἀτεχνῶς δὲ οἱ μή. Τέχνην δὲ σύστημα — ὁρίζονται εἶναι.) Sic cum Reiskio ac Henr. Valesio Emendd. L. III. legendum pro vulgata: ἀτεχνῶς δὲ, οἱ μὴ τὴν τέχνην, σύστημα — ὁρ. εἶναι. Ceterum hanc artis definitionem habet etiam Lucianus de Parasito c. 4.: Τέχνη ἐστὶν, —, σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. ad quem locum vide Commentat.

8) καὶ ὑγίεια, καὶ ἔκκρισις καὶ πρόσκρισις σωμάτων,) Vulgo: καὶ ὑγεῖα, καὶ ἔμπτωσις κ. πρ. σ. Vocem ὑγεῖα mutavi in ὑγίεια. Pro ἔμπτωσις scripsi ἔκκρισις Codicem B sequutus,

qui tamen hunc locum ita habet: καὶ ἔκκρισις καὶ πρόςχρησις σώματι. Et in margine Codicis A scriptum est: ἔμπτωσις καὶ ἔκκρισις, καὶ πρόςχρησις.

9) ὡς τὸ βλίτυρι καὶ σκινδαψός,) Pro βρίτυρι, ut legebatur, correxi βλίτυρι. Ammonius in librum Aristotelis περὶ Ἑρμηνείας p. 7.: Ἐπεὶ οὐ πᾶσα λέξις ὄνομα ἢ ῥῆμα, ἡ γὰρ ἄσημος, οἷον βλίτυρι καὶ σκινδαψὸς, οὐδέτερον τούτων. Clemens Alexandr. Stromat. L. VIII. c. 2.: ἆρ' οὖν τοιοῦτόν ἐστιν ὄνομα τῆς ἀποδείξεως, οἵόνπερ τὸ βλίτυρι, φωνὴ μόνον, οὐδὲν σημαίνουσα? Suidas in voc. λόγος: —. λέξις μὲν γὰρ ἄσημος γίνεται, ὡς τὸ βλίτυρι· λόγος δὲ οὐδαμῶς. Conf. Menag. ad Diog. Laert. L. VII. Segm. 15. et 57.; Ioann. Damascen. in Dialectica T. I. Opp. p. 12.; Albert. ad Hesych. s. v. Βλιτύριον.; Schott. ad Proverbiorum E Vaticana Appendice Cent. I. Prov. 14.: βλίτυρι καὶ σκινδαψός. et Du Cang. Glossar. Gr. T. II. p. 1391. ad voc. σκινδαψός. Huc pertinet etiam Festus: Titivilitium nullius significationis est, ut apud Graecos βλίτυρι et σκινδαψός. Cum quo loco comparand. Turnebus Adversar. L. XVI. c. 2. et Commentatores ad Plaut. Casin. Act. II. Sc. 5. v. 39. Ceterum verbis βλιτυρίζεσθαι et σκινδαψίζεσθαι usus est ad pulsuum explicandas differentias Galen. De Different. puls. L. III. c. 4.: καί που καὶ βλιτυριζόμενον ἐρῶ σφυγμὸν, καὶ σκινδαψιζόμενον, εἰ χρὴ λέγειν ὀνόματα μόνον. ἀλλὰ καὶ τὸ βλίτυρί φασι, καὶ τὸ σκινδαψὸς, ἄσημα παντελῶς ἐστι. τὰ δ' Ἀρχιγένους, δῆλα. τί λήρεῖς ἄνθρωπε ἑκών, καὶ γὰρ τὸ βλίτυρι, κρεῦμά τι δηλοῖ, καὶ τὸ σκινδαψὸς, οὐκ οἰκέτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀργάνου τινός ἐστιν ὄνομα. Conf. K. Sprengelii librum germanice scriptum: *Geschichte der Medicin* T. II. p. 69. et Casaubon. ad Athen. L. IV. c. 25. ad voc. σκινδαψός.

10) — στοιχεῖον λέγω: ἢ τέχνην λέγει ἢ ὄνομα ἢ χρόνον: τέχνην μὲν, ὅταν —) Sic legendum atque interpungendum. Vulgo: — στοιχεῖον ἢ τέχνην λέγει, ἢ ὄνομα ἢ χρόνον. τέχνην

μ., ὅ. —. Ad sequentia verba: ἐν ὡρισμένοις γὰρ χρόνοις — ἀνθρώποις, conf. Wetsten. ad Act. Apostol. XVII. 26.

11) νόμον, [ἢ φήμην,] ἢ ἔθος,) Voc. ἢ φήμην a me uncinis inclusa sunt, ut inepta. Etiam Interpres ea vertendo omisit.

12) ἀνακολούθως τῇ φύσει) Sic scripsi pro ἀκολούθως τ. φ.; et sic quoque scriptum reperitur in margine Codicis A.

13) Ἀριστείδης ὁ νομικὸς καίτοι ἔθος ἔχων —) Sic emendavit Henr. Vales. Emendatt. L. III. Vulgo legebatur: — νομικός. καί τις ἔθος ἔχων —. Cognomen: ὁ νομικός, Cornarius vertit: *legisperitus*. Sed ille Aristides ὁ νομικὸς fortasse idem est, cuius liber in Collectione Auctorum Musicorum profertur sub titulo: Ἀριστείδου Κοϊντιλιανοῦ περὶ Μουσικῆς βιβλία γ.: et tum cognomen νομικὸς pertineret ad νόμους, ἁρμονίας, ἁρμονικά, quae scripsit.

14) —; καὶ γὰρ οἱ δμηρισταὶ τιτρώσκουσι μὲν καὶ αἱμάσσουσιν,) Cornarius totum hunc locum ita vertit: *Videt, Apollonides Chirurgus putavit se in theatrum ad conflictum vulnerarium progressum esse, et multos sauciare, et sane multos per chirurgiam curavit. nam et qui vulnerarium conflictum exercent, homeristae Graecis appellati, vulnerant quidem et cruentant, sed non occidere volunt.* Verbum δμηρίζειν h. l. significat *cucurbitare (schröpfen)*, et δμηρισταὶ sunt *cucurbitatores (Schröpfer)*. *Cucurbitulae* autem *medicae* Graecis dicebantur σικυωνίαι. Ut Plutarch. in Sympos. Vol. VI. p. 585. edit. Reiskii.

15) πραγμάτων, ἢ ἀλόγῳ —) Illud ἢ ante ἀλόγῳ a nobis ex Codice B textui insertum est. Et post ὁρμῇ et ante ἐπιθυμίᾳ cum Reiskio addidi particulam ἢ; delere enim ἐπιθυμίᾳ non volui, quia et omnes libri id habent, et vox ἐπιθυμία a voce ὁρμὴ distinguitur.

16) ᾐδεῖν τι περὶ τῶν —) Praepositionem περὶ ex Codice B addidimus. Ad verba: καὶ τὸ κεφάλαιον εἰπεῖν, quae

paullo post sequuntur, conf. Wetsten. ad Epist. ad Rom. XIII. 9.

17) καὶ θύε καὶ εὐχαρίστει!) Verbo εὐχαριστεῖν usi sunt praeter Nostrum (vide Indic. s. h. v.) etiam Porphyrius de Abstin. L. II. §. 34. et Scriptores Novi Testamenti. Alia exempla dabit Wesseling. ad Diodor. XX. 34. Frustra tamen in veterum Atticorum scriptis quaeri notat Pierson. ad Herod. Phil. p. 441.

18) Ἔτι δὲ καὶ τῶν νομοθετούντων τοῖς θεοῖς καταγελᾶν, λέγω δὲ τῶν—) τοῖς θεοῖς cum Reiskio correxi pro τοὺς θεούς. Pro ἔτι porro aliquando conieci ἔστι, i. e. ἔξεστι, *licet*. Sed non opus; modo aut ad καταγελᾶν suppleatur δεῖ, aut infinitivus καταγελᾶν accipiatur pro imperativo, ut saepe apud Graecos scriptores ac Romanos. Conf. Schwebel. ad Onosandrum p. 37. et 64. ad verbum φείδεσθαι.

19) — καρπός ἐστιν, ἀλλὰ) Pro ἐστιν scribi iubet Reiskius εἰσιν propter numerum pluralem ἄρτοι ὠμοί, ad quem illa vox redit. Sed vulgata recte habet. Attici enim verbum cum voce proxime posita saepe construunt; et sic etiam hoc loco Artemidorus posuit non εἰσιν, quamvis pluralis numerus: ἄρτοι ὠμοί, antecesserit, sed ἐστιν in singulari, quia ἀττικῶς proximam vocem καρπὸς respicit.

20) ἄμπελος καὶ οἶνος, ἡ μὲν διὰ—) Pro ἄμπελοι, quomodo libri habebant, scripsi ἄμπελος in singulari, propter seq. ἡ μέν.

21 — θεοῖς ἢ τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ) Vulgatam retinui contra Reiskium. Fortasse enim hic locus sic intelligendus atque vertendus est: *Quomodo autem Deos praedicere nobis oporteat, permittendum est illis ipsis, aut nostrae animae vaticinatrici.*

Cap. III.

1) — τ. αἰφνίδιον ἐφισταμένους,) Vitiose editum erat: αἰφνηδιον. Ceterum cum hoc loco conf. Wetsten. ad Epist. I. ad Thessal. V. 3. ad voc. αἰφνίδιος.

Cap. IV.

1) Γυνὴ — Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας εἰςελθοῦσα —) Iacobus de Rhoer in Otio Daventr. c. 15.: — *Atqui meretrix etiam est mulier, cui tamen opponi videtur.* Γυνὴ *itaque est femina nupta. Illis non licebat templum istud ingredi. Res clara est ex Achill. Tat. L. VII. p. 451.:* Τὸ δὲ παλαιὸν ἄβατος ἦν γυναιξὶν ἐλευθέραις οὗτος ὁ νεώς, ἀνδράσι δὲ ἐπετράπετο καὶ παρθένοις. εἰ δέ τις εἴσω παρῆλθεν γυνή, θάνατος ἦν ἡ δίκη, εἰ μὴ δούλη τις συνεγκαλοῦσα τῷ δεσπότῃ. Γυναῖκες *opponuntur* παρθένοις, *uti hic meretricibus. E quo loco ius asyli templi istius ostendit Spanhem. in Addend. ad Dissert. 9. de Praestantia et Usu Num. T. I. p. 725.* Profert nostrum locum etiam Wetsten. ad Act. Apost. XIX. 35. ad voc. Ἐφεσίων πόλιν.

2) Ἐλήφθη —) Sic scripsi Codicem B sequutus. Eodem modo etiam paullo post sequitur: Ἐλήφθη.

3) — τὸ περαίνειν) Conf. Albert. ad Hesych. in voc. Περαίνει et Περίνα. Nescio an huc faciat etiam Galen. in Commentar. II. in Hippocratis de Fracturis librum: — κατὰ τὸν περίνεον, οὕτω δὲ ὀνομάζεται τοῦ σώματος ἡμῶν ἐκεῖνο τὸ μέρος, ὃ μεταξὺ τῆς ἕδρας ἐστὶ καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ αἰδοίου.

Cap. V.

1) δίκτυα, καὶ νεφέλαι, ἀλλὰ καὶ σπυρίδες καὶ κανᾶ,) In hoc loco verborum ordo erat turbatus ac mixtus. Ego cum Reiskio, quod erat inordinatum, in suum ordinem restitui ac redegi. Antea sic legebatur: δίκτυα, καὶ σπυρί-

δες, καὶ νεφέλαι, ἀλλὰ καὶ κανᾶ, —. De voce autem κανᾶ conf. Schneideri Indic. ad Scriptt. R. R. in voc. *Canna*.

2) κανθήλια,) Geoponic. VI. 11.: Οἱ ἐφεστῶτες τοῖς μείζοσι κοφίνοις, τοῖς καλουμένοις κανθηλίοις, ἐκλεγέτωσαν τὰ φύλλα, καὶ εἴ τις ὄμφαξ κομίζοιτο, ἢ ξηρὸς βότρυς εὑρεθείη. —.

3) κεκρύφαλοι) H. l. de reticulo, quo mulieres utebantur. Alias κεκρύφαλος significat etiam id, quod γύργαθον Graeci appellant, vel etiam *reticulum panis*, quod nos vocamus: *Körber*.

4) στέφανοι,) Noster infra c. 28.: ὁ δὲ στέφανος ἐποίησεν αὐτὸν γῆμαι —. Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 461. ad v. Ἐστεφανωμένην.

5) διὰ τὰς δέσεις,) Vulgo legebatur δήσεις, quod mutavi in δέσεις.

Cap. VI.

1) ἐχθρούς.) Post hoc delevi asteriscum.

Cap. VII.

1) Ἃ πάλαι τὶς ἐκέκτητο χρήματα ἢ κτήματα, ἢ οὓς π. ε. ἀ., ὅ. ε., τ. ἢν νῦν —) Sic legendum. Voculam τὶς ante ἐκέκτητο ex Codice B dedi pro vulgata τὶ. Nam eadem verba: ἃ πάλαι τὶς ἐκ., etiam paullo post sequuntur. Particulam ἢ ante οὓς ex Codice A et Aldo in textum recepi; et deinde particulam ἢν ante νῦν Codici B debemus, quamvis non ἢν in eo legatur, sed ἦ. Pro ἦ fortasse cogitet quis scribendum esse εἰ. Ego non sic; nam ἦ in ἢν mutari melius videbatur propter sequens δέξῃ.

Cap. XI.

1) Ὅσα μὲν βρ.) Pro vulgata δὲ scripsi μὲν, ut respondeant paullo post verba: ὅσα δὲ ταχέως —. Particulam μὲν etiam Codex B habet. Paullo inferius ad verb. μακροθυμεῖν conf. Wetsten. ad Matth. XVIII. 26.

Cap.

Cap. XII.

1) ὅταν ἐμπεριέχηταί τις —) Post ὅταν sequebatur particula negativa μὴ, quam expunxi propter verba quae sequuntur: εἰ δὲ μή, scil. ἐμπεριέχηταί τις ὑπ' αὐτῶν. Ἐμπεριέχηται autem cum Reiskio scripsi pro vulgari ἐκπεριέχηται.

Cap. XIII.

1) ἀνδραποδισταῖς) i. e. ἀνδραποδοκαπήλοις. Aristophan. Plut. p. 51.: κερδαίνειν βουλόμενός τις ἔμπορος ἥκων ἐκ Θετταλίας παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν. Ad quem locum Scholiast.: ἀνδραποδιστὴς οὐ μόνον ὁ τοὺς ἐλευθέρους δι' ἀπάτης ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποστῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν ἀλλαχοῦ καὶ διαπωλῆσαι. Conf. Vales. ad Harpocration. in voc. Ἀνδραποδιστής.

Cap. XIV.

1) Κολακεύεσθαι δὲ ὑπ' οὐδενὸς οὐ συμφέρει,) Reiskius negationem οὐ ante συμφέρει delevit, et ego aliquando conieci ὑπό τινος pro ὑπ' οὐδενός. Sed vulgata lectio optime habet. Nam duae negationes vehementius negant. Eodem modo nos dicimus: *Geschmeichelt werden aber ist von keinem nicht gut.* Athenaeus L. VI. c. 17.: Ἀνδροκύδης δ' ὁ ἰατρὸς ἔλεγε τὴν κολακείαν ἔχειν τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὁμιλίαις. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ διὰ τὴν εὐχέρειαν, ὅτι πάντα ὑποδύεται ὡς δή τις ὑποστατικὸς ναταγωγῶν τῷ τῆς ψυχῆς ἤθει, καὶ οὐ βαρυνόμενος οὐδενὶ τῶν αἰσχρῶν.

Cap. XV.

1) ταύτῃ διαφέρει, ᾗ τὸ μὴ — γενέσθαι; ὅτι τὸ μὲν —) Sic nos cum Reiskio et Codice B correximus: et quidem ᾗ post διαφέρει cum Reiskio, et ὅτι, pro quo in textu vulgato est ἢ, ante τὸ μὲν cum Codice B inseruimus,

in quo tamen pro τὸ μὴ τελείως τὶ γενέσθαι, καὶ τὸ τελείως γενέσθαι; ὅτι τὸ μὲν πεπρᾶσθαι legitur: ὅτι τὸ μὲν ἡρπάσθαι. Reliqua desunt. Profert nostrum locum Wetsten. ad Act. Apostol. IV. 34.

2) ἔτι πωλούμενον μὴ πρ.) Sic cum D'Orvillio (ad Charit. p. 113.) legendum pro ἐπιπωλούμενον —. Vertendum est: *Evenit, ut, qui adhuc venditur, non venditus sit.*

3) ὀνείρων τὰ γεγονότα πάντως ἀποβαίνει, τὰ δὲ γιγνόμενα ἤτοι ἀποβαίνει, ἢ οὐκ.) Sic dedi ex Cod. B, qui tamen pro γιγνόμενα et οὐκ legit: γινόμενα et οὐ. Vulgo legebatur: ὀνείρων, τὰ γιγνόμενα πάντως ἀποβαίνει.

Cap. XVII.

1) πρὸς τὴν —) πρὸς ex Codice B scripsi pro εἰς.

Cap. XIX.

1) Τὰ παρ' ἡλικίαν) Pro ἡλικίας, ut in Rigaltiana legitur, scripsi ἡλικίαν in sing. Aldi auctoritatem sequutus; et sic etiam infra: παρ' ἡλικίαν —. Porro post πολιὰ ex Codice A et Aldo dedi θηλείαις in dativo casu, pro θηλείας, ut antea erat.

2) ἐγγὺς ἐστι τοῦ γήρως,) Sic legendum, non, ut vulgo, τὸ γῆρας. Nam ἐγγὺς construitur cum genitivo. Ut apud Nostrum etiam supra L. I. c. 80.: ὅταν ἐγγὺς ᾖ τοῦ καταλιπεῖν τὸ σῶμα. Vide et Epistol. ad Hebraeos VI. 8. et VIII. 13.

3) λογικὸν ζῶον —) Hoc opponitur τοῖς ἀλόγοις ζώοις, quae non *rationis expertia*, sed *muta* animalia sunt. Nam et animalia rationem habere quis negabit? Itaque λογικὰ ζῶα idem sunt, quod Homero μέροπες ἄνθρωποι, *Menschen, welche eine articulirte Sprache haben*, vel: *articulirt redende Menschen*. Quorum *sermo* certe diversus est a *lingua* bestiarum. Τῶν ἀλόγων ζώων mentio fit apud No-

strum supra L. II. c. 69. et in Iudae Epistol. v. 10. Ad quem locum conf. etiam Gilberti Wakefield Silv. Critic. P. IV. p. 243. sq.

Cap. XX.

1) πάντα) Sic ex Codice B dedi pro πάντων, propter proximum verbum αἰτιολογεῖν.

2) λέγων ψιλὰ καὶ περιεσπασμένα πρ.—) Participium λέγων ex Codice B in textu posui pro vulgata λέγεις. Pro περιεσπασμένα D. W. Trillerus in Observatt. Critic. mavult περισκεπασμένα. Cuius verba hic apponam: ψιλὰ καὶ περιεσπασμένα πράγματα, „*tum nudas, tum distractas res*“, *vertit Interpres. Sed dubito omnino, an* ψιλὰ καὶ περιεσπασμένα, *iuste et recte sibi opponantur. Malim igitur hic legere:* ψιλὰ καὶ περισκεπασμένα, *h. e.* „*nuda apertaque ut et operta tenebrisque involuta negotia*“. *Quem verborum sensum hic locus unice sibi postulare videtur, ut ex contextus serie evidentissime, opinor, cuivis apparebit.*

3) Πολλὰ —, καὶ ὅτι μὲν —) In Rigaltii editione est: ὅ, τι. Ego cum Aldo ὅτι scripsi, ut veram scripturam.

4) Ὅθεν ἡγούμεθα τὰς μὲν ἀποβάσεις ἀπὸ τῆς πείρας — ἑκάστου δύναμιν.) Huc Iamblichus de Vit. Pythag. c. 32.: Ἦν δὲ καὶ τοῦτο μέγιστον εἰς γενναιότητος ἔρμα, τὸ πεπεῖσθαι, ὡς οὐδὲν δεῖ τῶν ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων ἀπροσδόκητον εἶναι παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντα προσδοκᾶν, ἂν μὴ τυγχάνουσιν αὐτοὶ κύριοι ὄντες. Conf. etiam C. Barth. ad Claudian. p. 106. Celerum ἀπὸ ante τῆς πείρας ex Codice B restitui pro vulgata ὑπὸ.

5) καὶ οὐκ ἂν ἁμαρτήσης.) Sic Codex B legit. Nos Germani: *und du kannst wohl nicht fehlen.* Antea erat: καὶ οὐχ ἁμαρτήσει.

6) Ἔδοξέ τις ἀροτριᾶν) Ab his verbis incipiebat novum capitulum, quod inscriptum erat: Περὶ ἀρότρου; quodque

proximo capiti continua serie adscribendum erat, ut omnibus liquido patebit.

Cap. XXI.

1) ἡγοῦνται — ἐξηπατῆσθαι;) Vulgo: ἐξαπατεῖσθαι. Ego scripsi ἐξηπατῆσθαι; nam paullo inferius sic invenitur.

2) προαγορευτικούς) Sic legendum pro vulgata πρόσαγορευτικούς.

3) ἑκάστῳ —) In edit. Rigalt.: ἑστάτῳ, et in Aldina: ἑστάστῳ. Ego correxi ἑκάστῳ, et Cornarius recte vertit: *unicuique*. Paullo post delevi particulam δὲ post πάντες, οἳ (sic enim scribo pro οἱ) et ante κατὰ τὸ ἐντός; nam etiam paullo inferius post ἀγαθοί, οἳ (sic scribendum pro οἱ) et ante καὶ κατὰ τὸ ἐντὸς illa particula abest. Adde, quod Codex B illud δὲ non habet.

Cap. XXII.

1) Περὶ δὲ συνταγῶν, ὅτι —) Observa hic constructionem particulae ὅτι. Eodem modo nos: *Von den συνταγαῖς, DASS nämlich die Götter den Menschen Heilmittel angeben*, etc. De his autem praeceptionibus Deorum et omnino de incubatione si qui praeter Nostrum etiam plura legere velit: adeat Porphyr. de Abstin. L. I. §. 25. p. 35. et 36. ibique commentat. ad verba: καὶ μὴν καὶ οἱ θεοὶ συντάξεις μὲν πολλοῖς θεραπείας ἕνεκα δεδώκασιν τὰς ἐκ θηρίων.; Commentatores ad Arnob. adv. Gent. L. I. p. 28. edit. Lugd. Bat. ad illa verba: *Aut cibum aliquem iusserunt capi.;* Caroli Fr. Hundertmark et Io. Benedict. Carpzov Dissertat. De Artis Medicae per Aegrotorum apud Veteres in vias publicas et templa expositionem incrementis. Lipsiae 1739. (in Ackermanni Opusculis —.) Sect. III. §. VII.; Fr. Aug. Wolfii Miscellanea litteraria.

XLII.: *Beytrag zur Geschichte des Somnambulismus aus dem Alterthum. An Herrn Oberkonsistorialrath Gedike.*, ubi p. 422. noster quoque Artemidorus citatur. et K. Sprengelii *Geschichte der Arzneykunde.* Tom. I. p. 129.

2) Εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ τὴν ἰατρικὴν — εὑρῆσθαι.) Pro εὑρεῖσθαι, ut vulgo, correximus εὑρῆσθαι. Aliam originem artis medicae narrat Maximus Tyrius Dissert. XII. Sect. 2.: Φασὶ δὲ καὶ ἰατρικὴν εὑρῆσθαι τὸ ἀρχαῖον ὧδε· Κομίζοντες οἱ οἰκεῖοι τὸν κάμνοντα εἰς τῶν ἀγυιῶν τὴν ἐν τριβῇ, κατετίθεντο· ἐφιστάμενοι δὲ οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀνερωτῶντες τὸ ἄλγος, ὅτῳ τὸ αὐτὸ ξυμπεσόν, ἔπειτα ὥνατο ἢ ἐδωδῇ τινι, ἢ καύσας, ἢ τεμὼν, ἢ διψήσας, παρετίθεντο ἕκαστοι ταῦτα κάμνοντι οἱ πεπονθότες πρότερον καὶ ὠφελημένοι· ἡ δὲ ὁμοιότης τοῦ πάθους συναθροίσασα τὴν τοῦ ὠφελήσαντος μνήμην τῇ κατ' ὀλίγον ἐντεύξει ἐπιστήμην ἐποίησε τὸ πᾶν.

3) οὖσας μεστάς,) Sic ex Cod. B dedi pro εἰσὶ μεσταί.

4) Ὅταν γάρ τις λέγῃ νηρεΐδων ζωμὸν χειμῶνι συνταγὴν δεδόσθαι τισί:) Vulgant Ὅταν γάρ τις λέγων ἢ ῥεΐδων * ζωμῶν χειμῶνι σ. δ. τ., quod meritissimo H. Valesium (in Emendatt. L. III.) offendit, quem in refingendo hic sequutus sum. Tantum in eo discedo, quod pro λέγει Νηρηΐδων, scripsi λέγῃ νηρεΐδων.

5) τὰς χείμας [proprie χήμας] τῶν πελωρίδων) In edit. Rigalt. editum est: τ. χηλὰς * τ. π. Quod, ut ingenue fatear, non intelligo. Contra si χείμας, ut Codex A et Aldus habent, vel potius χήμας legitur: omnia plana ac dilucida mihi videntur. Nam Artemidorus tangit voce χήμας illam vocem, quae antecedit: χειμῶνι. E quo loco patet illis Artemidori temporibus η et ει satis pariter sonare.

6) ἀπολῃρήσας) Sic legendum pro ἀποκληρώσας, ut vulgo legebatur. Ἀπολῃρεῖν est *delirare*, sive, *rem ludo nugisque disperdere.* Pro ἀποκληρώσας legi ἀπολῃρήσας iam voluit Toupius Emendatt. in Suid. Vol. III. p. 73.

7) καὶ πελωρίου ἐγκέφαλον, τὸν ἀλ.) Henr. Valesius hunc locum sic emendare voluit: καὶ Διὸς ἐγκέφαλον, τὸν ἀλ. *Proverbialis*, inquit (in Emendatt. L. III.), *fuit locutio de eduliis quibusdam admodum raris*, Διὸς ἐγκέφαλος, *ut tradit Hesychius.* (Vide notam a) et Samuel. Petiti Miscellan. L. VII. c. 6.) *Ennius de sacro pisce:*

„— — — — *sed quid*

Scarum praeterii, cerebrum Iovis paene supremi.“ *Quod si cui haec emendatio minus arridet, possit etiam legere* καὶ Πέρσου ἐγκέφαλον; *nam gallus a Graecis* μηδικὸς ὄρνις *est appellatus.* Ego vulgatam lectionem retinui, ita tamen, ut pro καὶ ante ἀλεκτρυῶνος articulum τὸν posuerim.

8) καὶ Ἰνδοὺς δάκνοντας, πέπερι, ὅτι μέλαν —) ὅτι cum H. Valesio (l. c.) scripsi pro τι. Ceterum πέπερι est vox a Persis profecta, qui hoc nomen ab Indis sumserunt, ut, si recte memini, Galenus alicubi docet.

9) — καὶ ἄστρων αἷμα, δρόσον;) Sic cum eodem Valesio (l. c.) legendum pro vulgata: καὶ ἄστρον αἱμαδρόσον.

10) τὴν ἑαυτῶν ἕξιν ὑποδεικνύειν,) Ita exhibet Codex B, quem sequutus sum. Antea legebatur: τὴν ἕξιν ἐπιδεικνύειν.

11) — θεῶν φιλάνθρωπον συνιέναι.) Conf. Epistol. ad Titum III. 4. ibique Wetsten.

12) οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἓν τοιοῦτον) Pro priore οὐδὲ legebatur ἓν. Et οὐδὲ γὰρ οὐδὲ invenitur apud Nostrum etiam supra L. I. c. 2. et IV. prooem.

13) Σκέπαρνον τὸ κώδιον ἔφη τις, ἐπεὶ σκέπει τὸν ἄρνα.) Statim post τὸ κώδιον vulgo iterabatur τὸ κώδιον, quod delevi, ut supervacaneum.

14) Ξενοκράτους τοῦ Ἀφροδισιέως) Articulum τοῦ cum Reiskio inserui. De hoc autem scriptore vide Indic. Scriptorum.

15) φοβεῖται ἢ ὦ μ.) Particulam ἢ ex coniectura scripsi. Ἢ propter exitum verbi φοβεῖται facile absorberi potuit.

16) χριστὰ γὰρ ἢ ἐπίπλαστα, —) Hic vitiose legebatur χρηστὰ. Quod tamen vitium Cornarium non fugit vertentem: *Unguenta enim aut emplastra, aut cibos aut potus,* —. Huc facit Hippocratis locus περὶ χυμ. p. 48.: χρίσμασιν, ἐγχρίσμασιν, ἐπιπλάστοισιν, ἐμπλάστοισιν, ἐπιπάστοισιν. Et Scholiast. Aristophan. ad Plut. v. 716. et sq.: Καταπλαστὸν.) Τῶν φαρμάκων τὰ μὲν ἐστι καταπλαστὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ποτά. Τινὲς δὲ προπαροξύνουσι, κατάπλαστα λέγοντες. Ἔστιν οὖν παστὸν τὸ πασσόμενον, πλαστὸν τὸ πλαττόμενον, ὃ καὶ καταπλαστὸν λέγεται, καὶ πιστὸν τὸ πινόμενον. Ad quem locum conf. Hemsterhus. Vide etiam I. Rhodium ad Scribon. Larg. p. 14. et sq. ad illa verba: *Divinum munus esse* —. Paullo post malim τοῖς αὐτοῖς ἐνόμασιν, οἷς —.

17) ὅταν αἰνίσσωνται οἱ θεοί:) Αἰνίσσωνται in coniunctivo modo scripsi pro αἰνίσσονται, ut antea erat.

18) ἀρνόγλωσσον βοτάνην καταπλασσμένη ἰάθη, διὰ) Pro καταπλασσμένη scripsi καταπλασμένη, uno σ. Pro ἰάθη, διὰ Codex B habet: ἰαθῆναι· ἢ διὰ, pro quo fortasse melius sic scribitur: ἰάθη, ναὶ δὴ διὰ —. Ceterum huc facit Theophanis Noni locus Epitom. de curatione morborum c. 152. P. II. p. 4. edit. Bernardi:

Πρὸς Ἀνάβρωσιν μασθῶν:

Κίσσου φύλλα· καὶ ῥοῦ δραχμ. δ'. ἑψήσας, πυρία. αὐτὰ δὲ λεῖα κατάπλασσε, ἢ ἀρνόγλωσσον, καὶ σίδια σὺν φακῷ. Nostrum locum profert etiam K. Sprengel. in libro, quem inscripsit: *Geschichte der Arzneykunde.* Tom. I. p. 129.

19) σύνθετον δηλοῦν τὴν βοτάνην καὶ τοῦ ἀρνὸς γλῶσσαν.) Pro vulgata ἐδήλου scripsi δηλοῦν Codicem B sequutus, qui tamen totum hunc locum ita habet: σύνθετον ὂν δηλοῦντα (sic) ἢ τοῦ ἀρνογλώσσου ἂν θε τα῎μεν (sic) ἂν εὕρης, pro σύνθετον — θεραπείαν εὕρης. Cetera ex coniectura scripsi. Vulgo legebatur: σύνθετον ἐδήλου τὴν τοῦ ἀρνογλώσσου βοτάνην. οἷαν δ' ἂν θ. —.

20) ἀπόβασιν) Ante hoc Reiskius ponit articulum τὴν. Bene. Nam non generatim de eventu, sed speciatim loquitur hic Artemidorus.

21) περιπολήσει χρησάμενος) Sic cum H. Valesio (Emendatt. L. III.) edendum curavi pro πυρπολήσει. Nostram tamen lectionem dat etiam Hieronymus Alexander iunior in Dissertationibus philologicis adhuc ineditis, quarum exemplum, ex autographo in Bibliotheca Barberinorum Romana asservato manu Iusti Fontanini Archiepiscopi Ancyrani sumtum, Venetiis apud meum Iacobum Morellium exstat. Eius verba, quae huc faciunt, haec sunt:

„*Artemidori locus illustratus, aut verius emendatus. Burgus quid. Arthritidis curationes.*

Delirant ut plurimum qui somniorum interpretamenta perquirunt. Nescio an idem de iis statuendum, qui eiusmodi interpretamenta interpretari satagunt. Quicquid sit, lubet Artemidori locum in eburnea porta haerentem ad corneam transferre, perlucidum videlicet ex denso et obscuro reddere. Futiles sane sunt, et ridiculae eius de somniis coniectationes. Sed cum ille ex inani prorsus re frustra divinationem conetur eruere; nobis, qui eius in scriptis aliquid divinare, ac tanquam e turbido coeno eruditionis gemmulam expiscari tentamus, haud irritus forsan erit labor. Non pauca illius Scriptoris ὀνειροκριτικὰ ad etymologiam, et nominum similitudinem referuntur, quae quidem prae caeteris levissima sunt: veluti cum ait ἀξίνην pretium et mercedem significare, quia id valet ἀξία: ἀετὸν praesentem annum, siquidem ἔτος annus dicitur, hornae res ἀέτεα: κριὸν ad dominatum, seu principatum esse referendum, quod κρίνειν imperare apud veteres significabat: ὄνους utilitatem, et commodum praesagire, nam ὄνασθαι iuvare est: πρόβατα progressum in melius denotare, ex eo nimirum quod προβιβάειν, et προκόπτειν

procedere sit, seu progredi, quod etymon ex Philone probatur lib. de Sacrif. Abel et Caini, cum is tamen ad laborem ὄνου originationem referat: πόνου μὲν γὰρ ὄνος, πλητικὸν γὰρ τὸ ζῶον· προκοπῆς δὲ, πρόβατον, ὡς καὶ αὐτὸν ὀνλοῖ τοὔνομα. Aliaque huiusmodi ingerit Artemidorus, quae propemodum somnia sunt vigilantium. Porro lib. IV. cap. XXIV. (*in mea edit. cap. XXII.*) morborum curationes simili ratione e somniis perceptas recenset: inflammationem scilicet cataplasmate plantaginis, arthritidem igni curatam; quasi vero non satius fuisset (quemadmodum de iis, qui oracula sciscitatum ibant, disserit Maximus Tyrius Serm. III.) consulere medicum, quam e somniorum ambagibus medicinam petere. is enim apertius docuisset, plantagini vim esse refrigerandi, ac propterea peraptum φλεγμονῇ esse remedium, ut ex Dioscoride liquet Lib. II. c. CXV. insuper ustione noxium exhauriri madorem, unde origo arthritidi, quod colligas ex Hippocrate cap. XXXVII. de internis affectionibus, et VI. Aphorism. LX., ex Polybio item cap. XXX. de affection., ex Cornelio Celso Lib. IV. cap. XXII. et seq., ex Caelio Aureliano L. V. Chronic. cap. I., aliisque. Verum quod de priore medicamento tradit Artemidorus, apertum est; narrat siquidem, mulierculam inflammatione circa ubera laborantem visam sibi esse per quietem lactare oveculam, quare plantaginem adhibuit: ea etenim herba ἀρνόγλωσσος (*lege:* ἀρνόγλωσσον) Graecis nominatur, quod linguam ovilam significat; sed et προβάτειον dicebatur, teste Dioscoride. Minus perspicua est alterius curationis coniectura: locum integrum adscribam. φρόντων ὁ ἀρθρ. — πυρπολήσει χρ. π. ἰ. . ὡς ἴ. ε. τ. χρ. θ. *Fronto quidam arthriticus curatione* (a Diis) *petita visus sibi est in suburbiis deambulare, et ignis admotione usus, affatim allevatus est; quasi res ipsa medicamento congrueret.* Quid habet simile cum inustione spatiatio sub-

urbana? Si quis ineptire vellet, ridiculum πυρπολήσεως etymon odoraretur, tanquam vox ea dicta sit ἀπὸ τοῦ πύργου, καὶ πόλιος. Erat πύργος (praeter notam turris significationem), qui postea exigua mutatione dictus est *Burgus*, quo nomine per universam Italiam, Galliamque Suburbia appellantur. Veteres glossae: πύργος. *Turris. Burgus.*, atque id quidem iampridem a doctis viris animadversum, praecipue post Petrum Namium in Miscellaneis a Cuiacio in Observation., a Casaubono ad Strabonem, a Godeschalco Stewechio ad Vegetium, ab Hadriano Iunio V. Animadvers. Fortasse id nomen ad Suburbia traductum, quod turribus urbium, ac moenibus sint contigua: tributa exinde eadem appellatio parvis quoque Castellis, ac vicis, quae longius ab urbibus abessent: atque id quidem vel Strabonis aetate, siquidem is Polybium irridet, quod Celtiberiae pagos in gratiam Tib. Gracchi, qui eos expugnarat, urbes nominaverit: τοὺς πύργους (inquit) καλοῦντα πόλεις, ὥςπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς; immuens non magis pagos illos urbes esse, quam quae urbium nomine censebantur ad extollendam triumphantis gloriam, vel quam essent ea urbium, oppidorumque simulacra, quae in triumphi pompa gestabantur. Nam et haec urbes, atque oppida appellari solita, unde illud apud Quintilianum lib. VI.: *Chrysippus, cum in triumpho Caesaris eborea oppida essent translata, et post dies paucos Fabii Maximi ligneа, thecas esse oppidorum Caesaris dixit.* Nunc etiam provincias, urbesque vulgo nominamus earum pictas effigies. Sed ad πύργον ut revertamur, aut ad nominis similitudinem respexisse Artemidorum quis dicat, si vulgatam lectionem tueatur, aut vere credidisse ἀπὸ τοῦ πυρὸς dictum, neque id forsitan absurde; seu quod turres prae caeteris aedificiis ad aethera tolli videantur, seu forte quia earum fastigia pyramidali struebantur figura, quemadmodum nunc etiam

intuemur ut plurimum Sacrarum aedium turres. Ineptior enim videtur τοῦ πύργου originatio, quam Graeci etymologistae ingerunt παρὰ τὸ ὑπερᾴρω γῆς ἵστασθαι. Pyramidum enim appellatio ab igne ducta videtur. Ammianus Marcellinus lib. XXII. ubi pyramides describit: *quae figura apud Geometras ideo sic appellatur, quod ad ignis speciem* τοῦ πυρὸς, *ut nos dicimus, extenuatur in conum.* Vetus Horatii interpres, quem Cruquius edidit: *Pyramides propriae Regum Aegyptiorum sepulcra sunt, ingenti mole constructa, et in cacumen educta in modum flammae surgentis, unde et eis nomen est inditum.* Scio esse, qui huic etymo refragetur ob diversam priorum syllabarum quantitatem, quasi vero non idem sit in *luce* et *lucerna*, in *rege* et *regere*, in *duce* et *ducere*, aliisque sexcentis. *Nam pleramque* (ut ait Servius) *in compositione vel derivatione principalitatis corrumpitur natura.* Ut tamen verum fatear, suspectus mihi magis de mendo locus est, quam ut Artemidori ineptiis alias accumulem. Suspicionis praecipue dat ansam, quod, si nominum similitudinis habita fuisset ratio, non τὸ χρῆμα, sed τὸ ὄνομα ἴσον εἶναι θεραπείᾳ, dixisset. Itaque pro πυροληθσει exigua mutatione legendum censeo περιπολήσει, licet ea vox an a quoquam praeterea sit usurpata in praesentia non succurrat: eadem ratione, qua ἀναπόλησις dicitur, et apud Eustathium ἐπιπώλησις, cur enim illam non liceat ἀπὸ περιπολεῖν derivare? ut significet, Frontonem illum obambulatione usum, quam ex somnio didicerat, melius habuisse. Nam etsi adeo praesens arthritidi remedium ignis est, ut asserat Celsus cap. XXIII. libri quarti, *eiusmodi dolores ubi inveteraverint, vix citra ustionem finiri:* conducere tamen et modicam exercitationem, idem sequenti capite fatetur: *cum vero* (ait ille) *dolor non urget, manu gestari debet, deinde ferri, inambulatione levi se movere.*"

22) πεῖραν εἰσέσθαι λόγων.) Vulgo: εἴσεσθαι, quasi sit a verbo εἴδομαι. Sed scribendum: εἰσέσθαι, quod est infinitivus aor. 2. medii, a verbo εἶσίεμαι. Ceterum pro ἰατρικῶν πεῖραν εἰσέσθαι λόγων Codex B habet: ἰατρικῆς ἔχεσθαι λόγων.

